
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Popma de Ordine Iudicior.

KW 388 F 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

XV. d. 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

AVSONII POPMÆ FRISII
DE ORDINE, ET VSV IVDICIORVM,
LIBRI TRES.

Nunc primùm editi.

Ad praxin omnibus in foro, & judicijs verſantibus, utiliſſimi.

KW 388 F 43



Koninklijke Bibliotheek te s Hage.

LEOVARDIÆ,
EXCVDEBAT
ABRAHAMVS RADÆVS,
TYPOGRAPHUS ORDINARIUS
CIƆ. IƆ. CXVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

NOBILISS. & AMPLISS.

Senatorio in Friſiâ

ORDINI.

PIERIVS VVINSEMIVS S.D.

RArum eſt hoc tempore V. A. Iuriſprudentiæ, & humaniorum literarum commercium. Sivè quod decliclinantiâ cum rebus ingenia illam molem non ſuſtineant, ſivè ꝙ iſta barbaries præpoſteris judicijs debeatur. Ita enim plurimi opinãtur Sapientiæ, & literarum ſtudia parum ad vitæ humanæ regulam facere, ad ſcientiam autem legum nihil cõducere. Quare malunt cum barbaris illis gloſſographis legulei eſſe, quã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

natam in Tuſculanis ſapientiam profiteri. Perinde quaſi ſublimes animæ, quæ & olim de legibus ſcripſerunt, ac in foro facundiam, in ſeceſsu ſapientiam profeſsi ſunt, minus reip. profuiſſent, quod curis, ac clientelis fractos ſenſus ad literaria otia, & philoſophiam revocaſſent. Interea tamen imperante Auguſto, & florente imperio, cum uterque Sol in ditione Romanâ curreret, de illorum ingeniorum ſorte non minus Roma triumphavit, quam Scipionum victoriâ, quod natura ea omnia in compendia redegiſset, quæ diviſa ſuſpexerat antiquitas. Erat ſæculum iſtud potens terrarum fortunam laceſsere, & tralatæ è græciâ Tabulæ in paucorum Quiritium animis ſedem fixerant, ut & jus dicere pariter, & literas docere Suada Romana poſset. Non cadunt divini illi motus in pullatam multitudinem ut pari dexteritate naturæ, & cauſas in foro agere, & cenſoriam in literaturâ poſſint. Cæli vitio, aut negotiorum mole depreſsa ingenia ut poſita infra cæterorum faſtigium, raro naturæ legem, aut metam officii ſinè abortu tranſcenderunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

cenderunt, quaſi palam faciente fati invidiâ vulgares iſtos animos diſparibus ſtudijs non ſufficere. Præbuit tamen ſæpius ejus rei exemplum Nobiliſſimus & C L. V. Auſonius Popma, qui ut in hoc moribus antiquis accederet aſpera, ac ſevera legum ſtudia, fœliciorum ſæpe ingeniorum remoras, literarij otij dulcedine partito officio mitigabat. Ita enim ſervus animus, ac laborum ſeveritate contractus in rugas, tanquam cuſtodiâ exiliens amæniores Muſas excolebat, ut frontem exporrigeret, ac igneo ſpiritu tanquam vehiculo in ἄδυτα ſapientum, ad quæ accedere plebeio piaculum eſt, penetraret. Inde emiſsi tot partus ad ſtuporem ſæculi, & ne noſtra ætas barbarè loqueretur, aut ſcriberet, ſuâ Latinitate cavit, quæ tam auguſta jam erat, ut cum antiquitate facilè in comparationem deſcenderet. Fragmenta Varronis, quem gravis linguæ maieſtas literarum Principem fecit, temporum injuriis mutilata, partim à Criticorum erroribus, quorum ſumma hoc ſæculo imperia ſunt; partim ab interitu, qui fatalis bonis authoribus eſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ſe ſolet, erudite vindicavit, adeo ut dubitare poſſis, an literæ plus Varroni, an Varro Auſonio debeat. Iam quæ de Verborum differentijs, de Antiquæ Locutionis Vſu prodiere ea talia ſunt, ut, literarũ Mater Germania cum miraculo, ac horrorè exceperit. Adeo ut invidere eam ſortem vicinior nobis orbis poſsit, illam eſſe ingenijs in hac provincia naſcendi conditionem, ut prodigiorum inſtar habeantur. Solet natura abortivis partubus veros ſæpè fœtus, ac genuinos miſcere, & in tanta Doctorum hominum penuriâ (qua laborare noſtra tempora videmus) nonnullos ſubſtituere, quos literarum famâ Togatus ordo ut filios Deorum ſuſpiciat. Eſt enim eorum hominum id ferè proprium, quod virtutis, cujus ea vis eſt ut in longum ſe diffundat, nec contineat ſe unius loci anguſtia. Ferit remotos etiam terrarum angulos celebre nomen, & quod in ingratâ patriâ morbis temporum obliteratur, alibi æternis monumentis inſcribitur. Adeo non didicere homines res ſui ſoli æſtimare. Sive vitijs temporum, quibus ſacra ferè omnia, & pro-

ſana

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ſana polluuntur, ſive quod præſentium rerum pretia viliſsima ſint. Dolendum certè eſt divinos illos Sapientiæ magiſtros in noſtram fœlicitatem, in invidiam autem cæterarum gentium natos conſilijs maioribus non adhiberi, aut proſcriptam ferè ex Academijs Latinitatem in ſuggeſtis non docere. Haberent noſtra pulpita Varrones, Feſtos, & ſi legibus in literatura opus ſit, Scævolas, aut Modeſtinos. Nunc cum homines vix Grammaticam edocti, ac transfugæ ſui ordinis literarum Profeſsiones, quas nunquam didicere, ſibi deſpondeant, fit ut tacitæ repulſæ ſummiſsa ingenia malint in ſeceſſu, ac ſolitudine, quam in circo maioris Fortunæ vivere, cuius ea hodie caritas eſt, ut antiquo more, ac uſurpato à maioribus non ematur. Sed noſtrum non eſt cenſoria ſeveritate moribus ſæculi legem præſcribere, hoc tantum liberâ linguâ in liberâ rep. effari liceat, tum demum fortunata imperia fore, cum in ea ingenia inciderint, quæ cum gloriâ legum ſimul, & ſapiētiæ ſtudia exerceāt. Veſtrum eſt, V. A. eâ authoritate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

quâ poteſtis eo candore quo ſoletis judicare de ſcriptis C L^mi virorum qui ne quâ in parte reip. deeſſet, procul à foro, ac turbâ hominū, quæ alias divinis laboribus obſtare ſolet, forenſiū tamē iudiciorū praxin veſtro nomini inſcribi voluit ac utrunq; noſtrū quaſi veſtri ordinis amantem, ex placito veſtro redamari. Valete togata nomina, & ſerenâ fronte hæc accipite Leov. XVI. Kal. Sept. A° CIↃ. IↃ. CXVII.

In libros V. N. Auſonii Popmæ
DE ORDINE ET VSV
IVDICIORVM.

QVi Latios fonteis, priſco deduxit ab ortu,
Et linguam antiquis donat originibus,
Nativoque loqui Muſas dedit ore Latinas
Auſoniæ lumen nobile *Popma* togæ:
Romani dat jura fori, ſæcliſque negatum
Myſta ſacer Themidos, ordine pādit opus.

H. BOURICIUS.

ERRATA.

Pag, 14, *judicis ſert,* 15, *& municipia* 16, *poſſeſſioniſve ejus* 21 *à pluribus* 25, *debet eſſe* 29, *ſtatim in* 31. *non agnoſcentis tum parere* 34. *coram Arbitro* 39. *Si neque præſumatur* 43. *ad mittendum in poſſeſſionem citare poſſeſſorem* 46, *rerum dominium, & habent bona & proprio & exigat* 48. *ex fundo* 50, *excipere onus* 51. *intendit nec quod tamen* 56, *majore fide, & cura Immo is qui* 61. *diſpar ratio* 64, *bonis dandus eſt ut percipiatur* 72, *debet* 81, *Conſtitutus* 93. *præfigit tantum* 106, *quos is qui* 107, *non tutum* 113. *obticente nec* 122. *Tertia clauſula. earum mentionem* 125. *deſcribi poſſunt ſine poſita inſtrumentis uti velit* 129, *quam primum interlocutione* 156. *parte judicij* 160. *an liberationem* 234. *appellationis Iudici.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

AVSONII POPMÆ
DE
ORDINE ET VSV IVDICIORVM
LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.
De Iudicijs.

IVDICIUM eſt legittima rei controverſæ inter litigantes diſceptatio, ac dijudicatio. Ejus multa, & varia ſunt genera, ut Iudiciũ aliud Ordinarium, in quo ſolemnis procedendi modus plenè obſervatur; aliud Extraordinarium, quod ſine ſolemni ordine, & figurâ ſummariè exercetur: ſicut ſolent ſummariâ cognitione expediri cauſſæ ad quarum definitionem non requiritur ex acta probatio. Deinde Iudicium vel eſt Simplex, vel Duplex. Simplex eſt in quo litigantes diſtincti ſunt, & unus ſuſtinet partes Actoris, alter rei, veluti eſt in actione mutui, aut exempto, aut in rei vendicatione, & ſimilibus. Duplex in quo par utriuſque litigatoris conditio eſt, & unuſquiſque tam Rei, quàm Actoris partes ſuſtinet. 1. quoad probationes quidem, & judicii progreſſum, ſed non quoad definitionem, & deciſionem. Ea tenus enim ille fungitur vice Actoris qui prior ad judicium provocavit 2. ut in judicio familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum. 3. & in interdicto Vti poſſidetis, & Vtrubi 4. Rurſus Iudicium aliud eſt Civile, aliud Criminale. Civile dicitur quod præcipuè ad privatorum commodũ exercetur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ſive cauſa ex delicto,ſive ex contractu deſcendat 5.& hoc vel Petitorium,vel Poſſeſſorium. Petitorium eſt in quo principaliter de proprietate & dominio rei agitur; quod dividitur in Perſonale,& reale.Perſonale eſt quod ex contractu,& obligatione ad dandum, vel faciendum aliquid inſtituitur. 6. Reale quo rem noſtram, quæ ab alio poſsidetur, jure dominii, vel quaſi petimus 7. Cujus tria genera, Vniverſale, Generale,& Singulare. Vniverſale ubi petitur univerſum jus, &corpus integrum,utpote bonorũ poſseſsio,hæreditas,civitas, caſtrum, beneficium. 8. Generale cum de uno jure multas ſpecies continente agitur, veluti de tutelâ, ſocietate, negotio geſto 9.Singulare ſeu ſpeciale quo una certa res vendicatur, ut fundus, equus, domus 10. Poſſeſſorium judicium eſt cum de ſola poſſeſsione diſceptatur; quod triplex, vel adquirendæ, vel retinendæ, vel recuperandæ poſſeſsionis. Adquirendæ poſſeſsionis eſt quando quis rei alicujus poſſeſsionem,quam nunquam habuit, adquirere conatur; quale eſt interdictum, Quorum bonorum, Quorum legatorum,& Interdictum Salvianum 11. Retinendæ poſseſsionis cum quis poſseſsionem quam adeptus eſt, ſi forte in ea turbatur, vult retinere; quo pertinent interdicta Vti poſsidetis & Vtrubi 12. Recuperandæ poſseſsionis quo poſseſsionem quâ vi dejecti ſumus nobis reſtitui petimus, cujuſmodi eſt interdictũ Vnde Vi 13. Criminale judicium eſt quotiens ex crimine ad vindictam publicam agitur,ſive reo corporalis pœna infligatur,ſive mulcta fiſco applicetur. 14. Et hoc aut Publicum, aut Privatum. Publicum ideo dicitur quod cuivis ex populo,qui modo idoneus ſit accuſator, coercitio publici delicti plerumque datur 15. vel potius quòd ex legibus publicorum judiciorum veniat, atque deſcendat 16. cujus duplex genus, unum Capitale quo pœna mortis aut exilii irrogatur 17. alterum non capitale quo infertur pecuniaria pœna,vel modica coercitio in corpus, ut fuſtigatio. 18. Privatum eſt quo crimen ſeu delictum privatum perſequitur is in quem illatũ eſt,ſibique aliquid dari, vel applicari eo nomine petit, ut ob

damnum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

damnum injuriam, furtum, & ſimilia 19. quod item vel Ordinarium, in quo certa pœna nominatim conſtituta eſt, & certus judicandi modus, atque ordo ſervatur, cujuſmodi eſt crimen læſæ majeſtatis, adulterium, homicidium 20. vel Extra ordinarium, in quo pœna qua crimen vindicatur eſt arbitraria, nec jure civili definita, ut eſt concuſſio, prævaricatio, incendium, & alia *21*. Poſtremò inter judicij genera numerantur Eccleſiaſticũ, & Civile ſive ſeculare: quorum unumquodque ſuas leges, & jura habet, & ubi Canones, & jus civile diverſa ſtatuunt, & inter ſe pugnant, quæ libet lex ſervatur in ſuo foro, quando cauſſa eſt indifferens, & ſalutẽ animæ non contingit alioquin ubi agitur ſalus animæ, ut in juramento, matrimonio, tum jus Canonicum in utroque foro ſervatur 22. Item judicium Competens, & Incompetens, Conventionale, & Reconventionale, Ordinarium, & Delegatum, & pleraque alia, quæ juris Interpretes prolixè magis quam utiliter pertractant. Conſtat autem Iudicium ex perſonis & rebus, ſine quibus omnino conſiſtere nequit. Perſonæ principales & neceſſariæ ſunt Iudex, Actor, & Reus 23. Acceſſoriæ, & utiles ſunt Adſeſſor, Advocatus, Procurator, Defenſor, Teſtis, & ſimiles, de quibus mox infra dicemus. Res, ſive lites quæ in judicium veniunt, ſunt vel Publicæ vel Privatæ. Illę pertinent ad jus publicum ꝙ in ſacris, ſacerdotibus, magiſtratibus, legibus, in jure fiſci, in re militari, denique in rebus civitatum conſiſtit 24. Hæ reſpiciunt jus ſingulorum, de quo in judicio diſceptari ſolet; ſuntque duorum generum. Aut enim obligationis ſpeciem habẽt, ut q̃ referũtur ad cõtractus, vel ad quaſi cõtractus 25. vel ad delicta, vel ad quaſi delicta, quibus in judiciũ noſtro, ſive alieno nomine vocamur *26*. Aut non habent ſpeciem obligationis, cujuſmodi ſunt cauſſæ, quibus vel dominium rei vindicatur, vel quaſi dominium, vel poſſeſſio, vel uſus, uſusfructus, vel habitatio, vel ſervitus ruſtica, aut urbana 27. Vel denique ſimile aliquod jus quod quis in re aliena ſe habere prætendit. Non tamen licet in judicium trahere rem

alienam *28*. Aut alterius cauſſam in ipſius præjudicium agere *29*. Veluti ſi plures ſint hæredes unius creditoris, unus totam cauſſam in judicium deducere nequit, ſed id tantum quod ſibi debetur actione proſequi poteſt 30. Neque etiam in judicium venit id quod poſt accidit, vel à cauſſa inſtituta planè alienum, & ſeparatum eſt, ſed id tantum quod actione comprehenſum eſt, & cauſſam propoſitam contingit *31*. Itaque non poteſt judicium firmari, neque ſuſtentari ex eo quod lite pendente eſſe, aut deberi incipit, ad quod proſequendum alia interpellatione opus eſt, niſi ex ea cauſſa vel obligatione, ex qua prius lis intentata fuit, ſuſtineri poſſit *32*. Acceſſiones tamen in judicium deducuntur, non quidem jure actionis, ſed officio judicis 33. Atque adeo quicquid ex natura judicij ſive propoſitæ actionis dependet in judicium tacitè venit, licet non petatur 34. Præterea Res ſive lites quæ in judicio tractantur, vel in facto, vel in jure conſiſtunt. Vnde omnis quęſtio aut facti eſſe dicitur, aut Iuris. Facti quæſtio eſt cum non conſtat an id factum ſit de quo controverſia eſt, vel ſi de facto conſtet, de ejus qualitate ex circunſtantijs quæritur *35*. puta ſi factum liquet, quis fecerit, quomodo fecerit, quo loco, quo tempore, quo inſtrumento, quibus præſentibus, quid ante rem, quid cum re, quid poſt rem evenerit *36*. Quorum omnium probatio incumbit adſerenti; quoniam ea quæ in facto conſiſtunt non præſumuntur, ſed probanda veniunt *36*. Et hæc quæſtio facti vel eſt de cauſa criminali, ubi an admiſſum ſit crimen ante omnia quæritur, deinde ſi hoc liquet, de circunſtantijs; vel de cauſa civili, veluti de exiſtimatione, de honoribus, de muneribus, de re pecuniaria, de dominio, de poſſeſſione, contractibus, & aliis 37. In quibus ſpectantur modi per quos res adquiruntur, vel amittuntur, vel retinentur, & adminiſtrantur. Hoc enim in toto jure agitur quemadmodum quid cujuſque fiat, aut quemadmodum quis rem vel jus ſuum cōſervet, aut quomodo alienet, aut amittat 38. Quæſtio juris eſt cum conſtat factum eſſe id de quo lis eſt, nec ulla eſt inter

litigantes

litigantes de facto controverſia, ſed quæritur recte jurene factum ſit fierine potuit vel non, & quid leges, ac jura ea de re ſtatuant, ut ſi conſtet, Titium occidiſſe Seium & quæratur an jure occiderit, & qua pœna afficiendus. Nam cognito facto inde juris quæſtio emergit 39. Quæ ex præſcripto legũ & conſtitutionum decidenda eſt 40. In eo enim facti quæſtio à Iuris quæſtione maximè differt, quod hæc ſecundum, leges, jura, & conſuetudines receptas deciditur 41. non ex opinione & mente Iudicis; qui ſi à juris & juſtitiæ tramite deflectat litem ſuam facit 42. Facti vero quæſtio cùm tota à probationibus dependeat 43. in poteſtate & arbitrio judicantis poſita eſt; ſic tamen ut acta & allegata ſequi debeat 44. Et ex illis ſtatuere, perpenſis diligenter omnibus circũſtantijs ſatiſne probatum fuerit, an non. Porro judiciorum ordo, & uſus multiplex, ac varius eſt, & alius ſervatur in cognitionibus cauſſarũ, alius in actibus, & partibus proceſſus. Cognitio cauſſarum fit hoc ordine; Quæſtio incidens ante principalem deciditur 45. Pręjudicialis ante finalem 46. Vt ſi ſtatus quæſtio movetur 47. Aut contra agentem opponitur exceptio eum ſine actione agere 48. Vel perſonam non eſſe legittimam 49. Aut judicem incompetentem, vel ſuſpectum eſſe 50. Quia tales exceptiones præjudicium adferunt, ideoque prius definiendæ erunt. Sic cauſa criminalis præcedit civilem, etiam in privatis; cùm ſcilicet utraq; principaliter proponitur. unde qui criminaliter accuſavit Titium furti vel alterius delicti, is pendente lite actionem civilem de aliquo debito adverſus eum intendere prohibetur, quod actio criminalis ut magis ardua, prius finiri debeat 51. Sed ſi cauſſa criminalis in modum exceptionis propoſita incidit in civilem, ut ſi petam decem ex inſtrumento, tu excipis, & opponis inſtrumentum illud falſum eſſe, vel civilis in criminalem, ut ſi tu me accuſas plagij ob ſervum abductum, contra ego dico illũ ſervum meum eſſe, poteſt utraque cauſſa eadem ſententia dirimi 52. Si una civilis in aliam incidit, prius de incidente cognoſci debet, veluti in conſtituendis a-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

limentis ſi pater neget filium eſſe, idcircoque alere ſe non debere contendat, vel ſi filius neget parentem, ſummatim oportet, incidentem hanc quæſtionem cognoſcere 53. Similiter ſi criminalis cauſſa alia in aliam incidit, ut ſi maritus uxorem ſuam adulterij reãm facit, uxor autẽ viri lenocinio ſe adulteratam opponat, lenocinij quæſtio prius erit decidẽda 54. Si in cauſam ſummariam, ut eſt executio judicati, incidit alia quæſtio non ſummaria, ut eſt quæſtio proprietatis, nihilominus debet exceptio illa incidens ſummariè decidi, ſicut ſummaria principalis 55. Si cauſſæ principales civiles duæ proponantur, ea prius definietur, quæ ordine primum edita eſt *56*. Si criminales, vel civiles cauſſæ ambæ ſint inæquales, major prefertur minori, ut petitio hæreditatis cum ſit univerſale judicium, pręcedit alias cauſſas ſpeciales, & ideo dum quis petit hæreditatem à poſſeſſore, interim non poſſunt libertates & legata peti tanquam minora judicia 57. Major enim quæſtio minorem ad ſe trahit 58. Item judiciũ poſſeſſorium retinendæ poſſeſſionis ante petitorium cognoſci ac peragi debet. Nam inter illos qui de retinenda poſſeſſione contendunt, neceſſe eſt prius conſtitui uter poſſideat. 59. Alioquin neuter poſſet alterum tanquam poſſeſſorem convenire, & rem vendicare; cum vendicatio adverſarium poſſidentem fateatur *60*. Nec poteſt intendi poſſeſſorium retinendæ poſſeſſionis ante finitum & deciſum petitorium; niſi in cauſa beneficiali, aut reſpectu diverſæ poſſeſſionis naturalis, & civilis *61*. Secus ſi actor expreſsè vel tacite petitorio renuntiaverit, aut illo finito ſuccubuerit tũc enim permittitur à petitorio ad poſſeſſorium tranſire 62. At poſſeſſorium adipiſcendæ, aut recuperandæ poſſeſſionis, cum petitorio cumulari, & eodem libello proponi poteſt *63*. Licet judex ex officio poſsit jubere ut ſeparatim judicia tractentur *64*. Et ad illud poſſeſſorium ſemper poteſt litigator recurrere, ſi velit ſuſpendere, & deſerere petitorium *65*. Sententia autem in poſſeſſorio judicio lata non præjudicat, neque officit petitorio *66*. quoniam in hoc de proprietate, in illo de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

de poſſeſsione agitur, & ſeparatam rationem habent poſſeſsio & proprietas *67*. Contra ſententia lata in petitorio poteſt per exceptionem rei judicatæ obſtare poſſeſſorio, maximè ſi admixtam proprietatis cauſsam habeat, veluti cùm ad obtinendam poſseſsionem neceſſaria eſt dominij, vel quaſi probatio 68. Quod ad ordinem actuum, & ſolemnitatum judicialium attinet, is omnino ſervandus eſt, neque licet judiciorum ordinem omittere, vel pervertere, tam in criminalibus, quam in civilibus cauſsis *69*. Quod adeo verum eſt, ut nec valeat ſententia ubi judicium ordine, forma, & ſolēnitate ſua caret *70*. Sunt tamen multæ cauſſæ quæ non ſervato judiciorum ordine ſummatim tractari poſſunt. Immò in pleriſque non modo prætermittuntur ſolemnitates in judicijs conſuetæ, ſed etiam ſemiplenæ, & ſummariæ probationes ſufficiunt, ut in cauſsis modicis & parvi momenti 71. in quibus nimirum ſummaria illa cognitio nullum cauſſæ præjudicium adfert 72 Veluti in actione ad exhibendum, in qua & remittitur juris ordo, & ſufficit ſemiplena probatio, nempe juramentum *73*. Item cùm agitur de conſtituendis alimentis *74*. Vel lis eſt inter domeſticos, patrem & filium, vel libertos 75. Et ſimilibus cauſsis de quibus interpretes fuſius agunt 76. In nonnullis cauſsis ordo quidem & forma ſolemnis judiciorum prætermittitur, plenæ tamen probationes & defenſiones requiruntur, ut evenit in cauſsis gravibus & magni præjudicij, veluti beneficiorum, electionum decimarum, & uſurarum, 77. Item in crimine leſæ majeſtatis 78. In quibus neque libelli oblatio, neque litis conteſtatio, neque feriarum humanarū obſervatio, neque multa alia ſolemnia judiciorum requiruntur, ſed probationes debent eſſe ſufficientes 79. Ordo autem judiciorum poſtulat ut primum Reus in jus legittimè evocetur, id quod in ſupremis Curijs fit citatione impetrata per ſupplicem libellū. in quo & actoris, & rei nomen domiciliūque, & cauſſę qualitas exprimitur: in inferioribus tribunalibus & dicaſterijs non opus eſt ſupplicatione, ſed actor ſimplici citatione curat

adverſarium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

adverſarium citari per judicem pedaneum, aut viatorem; deinde offertur reo libellus ad quem reſpondendo litem conteſtatur, vel ſi habet exceptiones fori declinatorias, aut ſimiles dilatorias eas priore loco opponit; poſt exceptiones peremptorias ad refellendam, vel tollendam actionem in libello propoſitam regerit, quas actor per replicationē diluit, hanc reus per duplicationem, & ſic deinceps 80. Tum acta & probationes utrimque conferuntur, & facta concluſione tādem cauſſa judici, ut de ea ſententiam ferat, committitur. Poſtremo ſententia quæ tranſivit in rem judicatam, neque per appellationem ſuſpenſa eſt, executioni mandatur ut judicium habeat effectum. Præcipuus enim judicii effectus eſt ipſa Executio *81*. licet alii quoque multi ſolent effectus numerari, inter quos primus eſt inſtantiæ obligatio; quoniam iudicium cœptum, poſt litem conteſtatam litigatores inſtantiæ obligat 82; ita ut unus ſine conſenſu alterius liti renunciare, & à iudicio diſcedere minimè poſſit, ſed ubi diſcedere velit, tanquam litigator temerarius, impenſas litis, & omnia damna adverſario ſuo refundere cogitur 83: & ubi ſine iuſta litigandi cauſſa & fatigandi tantum adverſarii gratia litem intentavit, tenetur iudicio de calumniatoribus *84*. Quæ obligatio Inſtantiæ facit ut non detur locus pœnitentiæ *85*. nec admittatur mutatio, niſi ea ſit modica quæ naturam iudicii non immutet cùm modicum pro nihilo habeatur; neque id Iudex curet 8*6*. At declaratio conſtante judicio ſemper permittitur 87; quia nihil novi inducit, ſed id quod eſt obſcurum duntaxat aperit 88. Secundus effectus eſt Iuriſdictio voluntaria quæ per judicium datur; cùm ſcilicet convenit inter partes ut alius quā cujus, juriſdictio ſit cauſſam cognoſcat 8*9*. quilibet enim poteſt alterius juriſdictioni ſe ſubjicere *90*. Tertius eſt Iuriſdictionis præventio; quoniam ubi lis cœpta eſt ibi quoque finiri debet *91*. unde etiam hæres judicium cum defuncto inſtitutum ſubire tenetur 92. & clericus ſuccedens in inſtantia laico debet litem peragere coram judice profano *93*. Quartus Actionum conſervatio, quas ju-

dicium

dicium perpetuat in triginta annos 94. Quintus Præſcriptionis interruptio, Iudicium enim præſcriptionem interrumpit, & conſtituit in mala fide poſſeſſorem 95. Vltimus Novatio, quæ inducitur per litis conteſtationem, & per ſententiam judicialem 96.

1. §. Duplicia Inſtit. de Interdic. 2. l. qui prior, & l. inter litigantes ff. de judic. 3. l. in tribus ff. eod. l. 2. ff. Commo. dividun. l. judicium ff. finium regund. 4I. ſi duo §. I. ff. uti poſſid. & d. §. duplicia. 5 I. judex poſteaquam ff. de rei vendic, l. ult. ff. de privat. delict 6. § omnino Inſtit de action. 7. l. actionum genera ff, eod. 8, l. 1. ff. de rei vendic. l. ſed ſi §. fin. ff. d. petit. hæred. Abbas in c. 2. de libelli oblat. 9I. 38. ff. Pro ſocio, gloſ, in d. c. 2. Specul. tit, de action 10. l. I. ff. de rei vēdic. II. § 203. Inſtit. de interdic. 12. §. 4 Inſtit. eod. tit. ff. & Cod. uti poſſidet. 13. §. 7. Inſtit. de interdic. 14. l. 9. §. quod illicitè ff. de vectigal, l. 3. §. divus Adrian. ff. de ſepulc. viol. cap. ſi clerici, de judic. 15. Inſtit. de publ. judic. 16. l. I. ff. eod. 17. §. 2. Inſtit. eod, 18. d. §. 2. & d. l. 2. in fine, l, capitalium ff. de pœnis, 19. l. fin. ff. de privat. delic. l, fin. ff. de furt. 20. d. l, fin. ff. de privat delic. §. quædam Inſtit. de action. 2I ff. de extraord. crimin. c. ſuper his, extr, de accuſat 22. gloſ. & Dd. in cap. licet ex ſuſcepto, de foro competen. Abb. in c. I. de operis novi nuntiat. Bart. in l. privilegia, & in l. omni novatione C. de ſacroſ. eccleſ. 23. in l. minor. ff, de judic. in c. forus de verbor. ſignific. 24. §. hujus ſtudij Inſtit, de inſtit et jure 25. lib. 3, Inſtit. tit. 14 Digeſt. & Cod. 26. Inſtitut. Digeſt & Cod. ſingul. titul. 27. Inſtit. & Digeſt. tit. 28. §. I. Inſtitut. de action. l. nihil, ff. de obligat. & action. 29. l. ſi petitor ff, de judic, l. ſæpe ff. de re judic. 30. d. l. ſi petitor. 31. l. non poteſt l, ſolemus l. non quidem, ff. de judic. 32. d. l. non potoſt & d. l. non quidem. 33 l. IC. de judic. l. Aediles. §. item ff. de ædil. edic. l. litem l. videamus ff. de uſur l. ex diverſo ff. de rei vendic. 34. d. l. Ædiles §, item ſciendum l, ſolemus, & ibi gloſs. & D d. ff. de judic. 35. l. eum quem §, I. ff. de jud. l. quatenus. ff. de reg. jur. l. idem Mænius ff. de Statu. homin. l. Servius ff. de verb. ſignif. 36. l. IC. de probat. l. aſſeveratio C. de non numer. pecun. C. cum in jure, de offic. deleg. 37. l. cognitionum ff. de extraord. cognit l. I, §. penul. C. de calumniat, 38. l. ult. ff. de legib. 39. l. ſi ex plagis, §. in clivo ff. ad legem. Aquiliam 40. l. I. ff. ad ſenatus c. Turpil. 4I. authen. hodie C. de judic. §. jusjurandum authen. de defenſor. civitat. c. venientes, de jure jurando. 42. §. I. Inſtit de obligat. l. fin. C. de pœna judic. qui malè judic. 43. l. 3. §. ideoq; & l. ob carmen ff. de teſtib. d. l. eum quem ff. de judic. 44. l. properandum C. eod. l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid. l. 7, C. de fideicommiſ. 45, l 2, C. de iudic. 46. l. I. & 2. C. de ordin. judic. 47. §. præjudiciales Inſtit. de action. l. cum ſtatus l. ſi res C. eod. l. quoniam Alexandrum C. de adulter 48. l. ſi pupilli §. videamus ff. de negat. geſt. gloſſa & Dd. in l. ſi pactum c. de tranſact. 49. l. licet C. de procurat. 50. l. a pertiſſimi. C, de judic. c. ſuſpitionis, de offic. deleg. 5I. l. 3. l. ult. C. de ord. judic, Bartol. in l. ſi ab eo ff. de calumniat. 52. d. l. 2. C, de ordin. judic. 53. l, ſi cui à liberis §. ſi vel parens ff. de liber. agnoſc. 54. l. cum mulier viri ff. ſoluto matrim, l. ult. ff. de furt. 55. l. à divo Pio §. poſt additam ff. de re judic. 56. l. qui prior, & ibi gloſſa & Dd. ff. de judic. cap. 2. de ord. cognition. 57. l, ult. c, de petit. hæred. 58. l. per minorem ff. de judic. 59 l. exitus ff. de acquir. poſſeſſ, l. nulli C. de judic l. ordinarij C. de rei vendic, l. incerti. C. de interdic. 60. l. officium ff. de rei vendic. 61. gloſſa, in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de adquir. poſſeſſ. 62. gloſſa & Dd, in cap. paſtoralis extr. de cauſſ. propr. & poſſeſſ. & cap. examinata, de judic. 63. l. cùm fundum §. I. ff. de vi arm. d. cap. paſtoralis, Hoſtienſis in Summa tit. de cauſſa propriet. 64. Panorm. c, 2. de cauſſ. poſſeſſ. et propriet. 65. d. l. cùm fundum & ibi gloſſa, Covarr. lib. I. Reſolut. 66. l, & an eodem §. ult. ff. de except. rei judic. 67. d. l. naturaliter 68. l. 2. §. quædam. ff. de interd. & ibi gloſſa. 69. l. prolatam C. de ſentent. & interlocut. l, ſi pacto C. de pactis, cap. dilectus, extr. de ſimonia. 70. gloſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ſſa in d. l. prolat. & in l. jubemus C, de liber. cauſ. 71. Authent. niſi breviores C. de deſentent. ex brevic. recit. 72. d. l. à divo Pio. l. ſi quis à liberis §, meminiſſe ff. de lib. exhib. 73. 1,3. §. ſciendum ff. ad exhibendum. 74. l. theſaurus ff. de tit. 75. d, l. ſi quis §. ſi vel parens. 76, l. nec quicquam §. de plano ff. de offic. procons. & leg. Gloſſa in d. §. ſciendum 77, cap. diſpendioſam. de judic. in Clement. 78, Extravag. ad reprimendam. Qui ſint rebell. & ibi Bartol. 79. cap. ſæpe, de verbor. ſignific. 80. Inſtit. tit. de replicat. l. 2. §. fin. ff. de except. 81. l. 1. & l. fin. C. de execut. rei judic, 82. l. is qui ſe obtulit ff. de rei vendic, & ibi gloſſa. l. licet §. item ſcribitur ff. de pecul. 83. § hæc autem Inſtitut. de pœna temerè litigant. d. l. properandum §. ſin autem altera 84. l. 1. ff. de calumniat. 85. Authent. qui ſemel C. quomo. & quan. 86. l. 4. ff de in integr. reſtitut. l. ob, quæ vitia §. ult, ff. de ædil, edic, 87. l. 3. C. de eden. & ibi Dd. l. ſi quis ff. de judic. 88. l. hæredes §. 1. ff. de teſtā. 89. l. 1. & 2. ff de juriſd. 90. l. ſi cōvenerit. ff. d. tit. & l. 1, & 2. ff. de iudic. 91. d. l. ſi convenerit, & l. ubi acceptum. d. tit. §. quoniam Authen. de teſt. 92. Dd. in l. hæres abſens ff. de judic. 93. Imola in l. ſi eum ff. de fidejuſſor. facit tex. in l. ſi is qui ff. de judic. 94, l. unica. C. ex delict. defunct. l. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. 95. Authent. mala fides C. de acquir. poſſeſſ, l. ult, C. de præſcript. cap. ult. de præſcript. 96. l. aliam ff. de novation. gloſſa in l, 2. C. de judic.

TIT. II.

De Iuriſdictione.

IN Iudicio tria potiſſimum conſiderantur quæ ante omnia debent eſſe legittima & idonea, Iuriſdictio, Forum, Perſona. Iuriſdictio autem eſt publica poteſtas juris dicendi, & ſtatuendi in quacunque cauſſa, ſive ea ſit criminalis, ſive civilis 1. Quæ dividitur in plures & diverſas ſpecies, quarum una eſt cum altera Imperium, altera Iuriſdictio ſimpliciter dicitur, eoque modo fit ut idem nomen, & genus & ſui ipſius ſpecies ſit, ut Adoptio, Cognatio, & ſimilia 2. Iuriſdictio ſimplex eſt cognitio cauſſarum civilium ſine coercitione, quæ jure magiſtratus competit 3. Imperium eſt magiſtratus poteſtas qua coercere aliquem poſſunt, & jubere in carcerem duci. Hoc aut Merum aut Mixtum eſt. Merum imperium eſt poteſtas gladii, ſive gravioris alicujus coercitionis ad animadvertendum in facinoroſos; ita dictum quod ſit à juriſdictione ſeparatum, quaſi ſolum, purum 4. Quod rurſus duplex, Plenum vel Minus plenum. Plenum eſt cùm quis plenam poteſtatem coercendi & puniendi facinoroſos habet; Minus plenum eſt cùm quis partem tantum hujus imperii habet, velut jus gladii & damnationis in metallum, ut Præſides in Provinciis, & Præfecti urbis olim habuerunt.

5. Per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

5. Pertinent autem ad Merum imperium Accuſatio, & Inquiſitio criminum, atque maleficiorum, abſolutio accuſati de crimine 6. Cognitio rixæ in qua ſanguis effuſus eſt, Ius & definitio pœnarum in facinoroſos, quæ pro varietate delictorum diverſi ſunt generis. Primum Mors naturalis, quæ Pœna corporis, & Summũ atque Extremum ſupplicium dicitur. Cujus exemplo & alia à Iuriſconſultis nominatur Mors civilis, quæ ſalva vita libertatem civitatemque adimit. Servitus enim & Deportatio, Relegatio, Aquæ & ignis interdictio, Damnatio in opus publicum, Exſilium perpetuum cum confiſcatione bonorum Detruſio in monaſterium dum vita manet, Incarceratio perpetua, morti comparantur, & his pœnis damnati mortuorum loco habentur 7. ſicut & illi qui damnãtur ut perpetuo ſint carnifices, vel qui vigore ſtatuti impune occidi poſſunt 8, Item Meri imperii ſunt Patibulorum erectio 9. Amputatio ſive mutilatio membrorum, & alia quælibet acerba in corpus coercitio, veluti fuſtigatio, vinculorum verberatio, flagellorum caſtigatio 10. Ex communicatio ſive proſcriptio contra rebelles & contumaces, Publicatio & confiſcatio bonorum, Nota infamiæ in criminalibus 11. Animadverſio in corpus demortuũ in atrocioribus criminibus, in quibus memoria defuncti damnatur 12. Ius condendi ſtatuta de cauſis criminalibus, Impoſitio exactionum & collectarũ, Multa & Pœna quæ ad animadvertendum in facinoroſos indicitur: licet olim multarum & pœnarum compendia regalium jure venerint 13. Incarceratio perpetua, vel etiam ad aliquod tempus coercitionis aut cuſtodiæ gratia in criminalibus. Nam in civilibus & pecuniariis cauſſis Incarceratio pro modica coercitione, vel cuſtodia mixti imperii vel ſimplicis quoque juriſdictionis eſt, 14. Mixtum imperium eſt poteſtas juris dicendi & exſequendi in civilibus privatorum cauſſis; ita dictum quia Iuriſdictioni miſcetur & jungitur, quæ alioquin ſine modica coercitione nulla, & eluſoria eſſet 15. Cujus duæ ſunt partes, Quædam enim ſunt Imperii magis quam Iuriſdictionis, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

quæ magis in imperando, jubendo, & exſequendo quàm in cognoſcendo conſiſtunt, veluti jubere, cavere, & in poſſeſsionem mittere quacunque ex re id fiat 16, in integrum reſtituere, 17, iudices dare pedaneos 18, pupillis tutores conſtituere 19, interdicere urbe aut agris, lapidem ſcandali portandum imponere, in columna, aut poſticulo affixos multitudini publicè exhibere 20. Alia potius ſunt juriſdictionis, quàm imperij, ut quæ magis in cognoſcendo, quã imperando verſantur; veluti cognitio de quæſtione ingenuitatis, & de tranſactione alimentorum 21, adjudicatio bonorum poſſeſsionis, adoptio, manumiſſio, interpoſitio decreti in alienatione prædiorum, & rerum minorum ætatis, eccleſiæ, & ſimilia, 22. Hoc autem Mixtum imperium habent omnes magiſtratus qui pro tribunali jus dicunt, & poſſunt juriſdictionem ſuam pœnali judicio defendere: ſicut Merum imperiũ habet Princeps, vel magiſtratus cui lege, aut SC, aut conſtitutione aliqua ſpecialiter delatum eſt 23. nam idem magiſtratus aliquando & juriſdictionem & merum imperium habet. Et tam Mixtum imperium quam Iuriſdictio delegari poteſt & mandari, adeoque mandata Iuriſdictione tranſfertur 24; niſi quotiens aliquid quod in mixto imperio, aut juriſdictione ſitum eſt, nominatim, ac ſpecialiter eſt commiſſum, quoniam ea quæ ſpecialiter dantur, mandari non poſſunt 25; veluti eſt tutoris datio, cujus cognitio ipſi Prætori ſpecialiter demandata eſt. 26, cognitio de tranſactione alimentorum, interpoſitio decreti 27, & pleraque alia. Contra Merum imperium jure civili mandari non poteſt 28, niſi à Principe, vel alio ſupremo, vel à Proconſule à quo delegari poteſt Legatus 29; qui tamen de ijs quæ majorem animadverſionem requirunt ad Proconſulem remittere debet 30; aut à Præſide abſente ex cauſſa neceſſaria, vel infirmo, à quo Merum imperium delegatur quoad cognitionẽ quidem & ſententiam, non autem executionem 31: niſi eſſet inſignis latro, cujus ſupplicium differri non expediret 32. Secus eſt jure Canonico, quo omnia poſſunt delegari tam quæ

Imperii

Imperij meri & mixti quàm quæ Iuriſdictionis ſunt 33. Altera diviſio Iuriſdictionis eſt, quod alia Voluntaria dicitur, alia Contentioſa. Illa in cauſis civilibus inter volentes adhibetur, eaque explicantur emancipationes, manumiſſiones, adoptiones, confirmationes teſtamentorum, donationum, contractuum, aliique hujuſmodi actus qui magiſtratus autoritate etiam extra territorium, & citra tribunalis adſcensū quocunque loco rectè fiunt 34; hæc adverſum invitos & contendentes exercetur tam in criminalibus, quàm civilibus cauſſis 35. Et rurſus duplex eſt, Vna Iudicialis quæ in judicio cum cauſſæ cognitione explicatur, ut in citationibus, & reliquis actibus judicialibus; altera Extrajudicialis quæ extra judicium exercetur, interdum quidem ſine cauſæ cognitione, ut fit in miſſionibus in poſſeſsionem, in interruptionibus, in cautionibus, & ſimilibus; aliquando cum cognitione, ut fit in bonorum poſſeſsione, alimentis, excuſationibus, tutelis, curationibus, aliiſque. Poſtremo dividitur Iuriſdictio in ordinariā, Delegatā ſive Mandatā, & Prorogatam. Ordinaria eſt quam quis ſuo jure vel beneficio Principis plene habet; Delegata quā quis recipit ex ſuperioris delegatione 36. Quæ rurſus eſt aut Vniverſalis, aut Specialis. Vniverſalis cū univerſa cauſarū cognitio, Specialis cum ſpecies dūtaxat iuriſdictionis cōmiſſa eſt 37. Is ergo qui Delegatā iuriſdictionem ſuſcepit, non propria ſed mutuata delegantis iuriſdictione perfungitur, qua deficiente deligatam etiam deficere neceſſe eſt 38. Vnde nec Iudex delegatus mandatam ſibi juriſdictionem alteri mandare poteſt 39, præterquam ſi ſit delegatus Principis aut Proconſulis 40; cui par eſt legatus Cardinalis 41, aut ſit delegatus ad univerſitatem cauſſarum 42, aut actus ſit non juriſdictionalis, ſed exſecutivus, ut vocant, qualis eſt Citatio, & Examininatio teſtium poſt juramentum ab ipſo delegato exactum 43. Delegata autem juriſdictione veniunt ea ſine quibus aut res explicari, aut juriſdictio defendi & exerceri commodè nequit 44. Itaque delegatus tantum ad quæſtionem proprietatis, nihilo-

minus de poſſeſſione poteſt cognoſcere, ſi cauſſam proprietatis alias non poteſt definire 45. Et delegatus licet multare non poſſit 46. tamen quotiens impediretur aut eluderetur ejus juriſdictio, multam dicendi, & pignoris capiendi poteſtatem habet 47. Prorogata juriſdictio dicitur cum litigatores ſponte ſua ſe ſubjiciunt alterius juriſdictioni, &, ut inter eos jus dicat conſentiunt 48. Qui conſenſus adeo neceſſarius eſt, ut nō valeat juriſdictio quę per metū, vel errorem eſt prorogata 49. Si tamen mutata voluntas litigatorum fuerit ante litem conteſtatam, aut ſaltem priuſquam Iudex adiretor re adhuc integra, poterant recedere, nec tenentur hujuſmodi conventioni ſtare 50: niſi juramentum intervenerit, vel niſi judice præſente & conſentiente prorogatio facta eſſet 51: quoniam ea quæ in judicio promittuntur præciſe obligant 52. Prorogatio autem in eum tantum fit qui notionem & juriſdictionem habet 53, ſcilicet ut cauſſam prorogatam cognoſcat & judicet, non tamen exſequatur ſententiam à ſe latam, cujus executio pertinet ad judicem ordinarium, & proprium 54. Et fit quatuor modis, De perſona ad perſonam, nempe ut alius Iudex quam cujus juriſdictio eſt, jus dicat 55. De re ad rem, ut Iudex ultra ſummam ſuæ juriſdictionis judicet 56; quæ Prorogatio fieri poteſt tacito conſenſu partium actore exigente majorem ſummam quàm judici, fert juriſdictio & reo non opponente 57; De tempore ad tempus, ut Iudex ultra tempus litibus dirimendis præfinitum cognoſcat, & judicet 58. De loco ad locum, ut Iudex hujus territorij, alibi jus dicat 59: in qua prorogatione non modo requiritur expreſſus conſenſus partium, ſed etiam conſenſus judicis illius ad cujus territorium cauſſæ dijudicatio prorogatur 60. Nec fieri poteſt Prorogatio in rebus diverſi generis, ſed in ijs tantum fit quæ ſunt ejuſdem naturæ & formæ, veluti judex ad certas merces datus ad aliud genus prorogari non poteſt 61, neque maleficiorum judex ad lites pecuniarias 62, vel contra Iudex cauſſarum civilium ad criminum inquiſitionem 63. Denique

Proro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Prorogatio non habet locum in cauſſa criminali quotiens judex ex officio inquirit *64*; neque in cauſſa appellationis, quia appellatio fit ordine & gradatim ad judicem ſuperiorẽ, nec poteſt fieri ad judicem non ſuum 65. Adquiritur autem Iuriſdictio tribus potiſſimum modis. Primo conceſſione & beneficio Principis, cùm ſcilicet Princeps vel alius ſuperior habens poteſtatẽ concedendi ordinariã jurisdictionem eam alicui committit in aliqua civitate, provincia, aut præfectura *66*. Idque cum teſtificatione publicæ ſcripturæ, ſine qua juriſdictio ordinaria nunquam cenſetur collata *67*. Sed conceſſa per Principem juriſdictione non etiam venit Merũ imperium *68*, quod non alijs competit quàm quibus id ſpecialiter cõceditur *69*; niſi fortè de Principis mente aliter conſtet, nempe illum conceſsiſſe plenisſimam juriſdictionem. Quamvis major pars Interpretum exiſtimet conceſſa juriſdictione Merum quoque imperium concedi; quoniam Principis beneficia pleniſſimè interpretanda ſint 70, & nomen Iuriſdictionis ſimpliciter prolatum potiori ſua ſignificatione accipi debeat, ut tanquam genus ſuas includat ſpecies 71. Quæ controverſia ad uſum fori parum pertinet, cùm hodie ferè ubique hęc omnia jure Magiſtratus definite competant. Deinde adquiritur Iuriſdictio Conſuetudine 72. ut quando Vniverſitates ſtudioſorum Præfectum ſibi deligũt ordinarium, vel cum civitates, & mancipia judices conſtituunt inter negotiatores, & artifices qui de his judicent, quæ ad negotiationes & artificia illorum pertinent, ad quos tenẽtur ſe ſiſtere abſque ulla fori exceptione, ſi actor velit 73. Poſtremò adquiritur Præſcriptione longi temporis, & quidem cum territorio ut res immobilis decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes 74; Citra territoriũ exemplo rei incorporeæ triginta, vel quadraginta annis 75. Cæterum Præſcripto uno aliquo actu juriſdictionis nõ adquiritur alia ſpecies juriſdictionis, quàm ille actus refert; quoniã non plus præſcriptũ intelligitur, quàm poſſeſſum fuit 76. At ſi actus ſimiles & ejuſdem generis ſint, aut ſi Iuriſdictio conceſſa ſit,

tum

tum is qui unum actum præſcripſit reliquos quoque ſimiles adquiſivit, 77. non enim debet una & eadem juriſdictionis ſpecies diverſo jure cenſeri 78. Retinetur vero, & defenditur Iuriſdictio tribus itidem modis, Actionibus, Coercitione, & Exercitio. Actiones tuendæ juriſdictionis propoſitæ ſunt Confeſſoria, & Negatoria in petitorio judicio 79, & in poſſeſſorio interdictum uti poſſidetis, adverſus eum qui alterũ in poſſeſſione juriſdictionis turbat, & interdictum De vi cõtra eum qui aliquem de juriſdictione vi dejicit. & hodie inſuper actio Fractæ pacis, ſi vi publica & armata manu doloque malo hoc factum fuerit 80. Item actio ex edicto De albo corrupto datur ad quingentos aureos in eum qui albũ juriſdictionis cauſſa publicè propoſitum, vel qui literas, tabulas, mandata & edicta magiſtratus dolo malo corrumpit, & tollit ipſe, vel mandat alteri 81. quæ pœna tota adjudicatur ei ad quem pertinet, & ſi non pertineat ad aliquẽ certum, dividitur inter actorem & rempublicam 82. Et ex edicto, Si quis jus dicenti non obtemperaverit actio in factũ, competens actori adverſus reum contumacem, quem judex damnat ad id quod actor petit, & ſic litis damno contumaciam ejus coercet. actorem autem non admittit ad agendum & denegat juriſdictionem, quo utriuſque contumacia litis damno multetur 83. Coercitio fit ad tuendam juriſdictionis dignitatem 84: ex quo etiam minores magiſtratus juriſdictionem ſuam poſſunt pœna defendere 85: quod tamen in Delegato non recipitur ut ante diximus. Ejus genera ſũt Apprehenſio, Pignoriſcapio, Arreſtatio, Sequeſtratio rei poſſeſsionis ſive ejus & fructuum, Miſsio in poſſeſsionem bonorum, Multæ & pœnæ dictio, de quibus infra titulo De cõtumacia agemus. Exercitium juriſdictionis fit, vel in judicio ac apud tribunal cum ſolemni ac plena cauſſę cognitione 86. vel etiam ſummarie & de plano non ſervato juris ordine 87. vel extra judicium per actus extrajudiciales, veluti per munerum & miniſteriorum collationem 88. Impoſitionem & exactionem tributorum, vectigalium, decimarum 89. appre-

89. apprehenſionem delinquentium, furcarum & poſticulorum erectionem 90, & per ſimiles actus quibus juriſdictio quoque probatur. Sed in exercenda juriſdictione præcipuè videndum quouſque porrigatur, ut fori diſcrimina ſerventur, neve juriſdictiones confundantur *91*; alioquin non conſiſtit quod agitur; veluti ſi Iudex extra territorium provinciamve ſuam jus dicat, aut aliquem evocet, niſi in hoc conſentiat *92*. quoniam Iuriſdictio ita firmata, & fixa eſt in territorio, ut ab ea avelli non poſsit, unde conceſſo territorio Iuriſdictio videtur conceſſa *93*; & cujus eſt territorium ejuſdem Iuriſdictio præſumitur eſſe 94. Aut ſi Iudex ultra poteſtatem, & notionem ſuam judicet, puta ſi Iudex profanus de eccleſiaſticis perſonis, & cauſis, eccleſiaſticus de profanis 95, aut ſi majorem juriſdictione ſua ſummam tractet; in quo attenditur quantum petatur, non quantum debeatur, & poteſt peti ex pluribus rebus & ſummis debitis res, & ſumma una; ut Iuriſdictio confirmetur *96*. Contra amittitur Iuriſdictio aliis, & diverſis omnino modis, utputa per ceſſationem & intermiſsionem altero prohibente factam 97. Nam abſque prohibitione, & ſubſecuta patientia ut aliæ res meræ facultatis, ſic juriſdictionis exercitio quæ ipſa quoque meræ facultatis eſt, præſcribi non poteſt 98 Rurſus finitur morte, & ordinaria quidem morte ejus cui conceſſa eſt, non concedentis 99. Delegata verò morte, tum delegati tum delegantis priuſquam exerceri cœpta eſt 100; vel revocatione delegantis 101, vel elapſo tempore delegationis 102, vel quia tulit ſententiam nullam de qua ipſe amplius non cognoſcit, ſed ordinarius 10*3*. Denique perditur Iuriſdictio ob nimiam ſævitiam in ſubditos, & vaſallos 104.

1, l. 1 ff. de offic. ejus cui, gloſ. in l. 1. ff de juriſdict, 2. l. 1. ff. de adopt. 3 l. C. 3. & 4. ff. de juriſd. 4 l. 3. ff. eod. 71. ff. de reg. juris l. ſolēt ff. de offic. procōſ, l, ſi quid erit ff. eod. 5. l, illicitas §. qui univerſas ff. de offic perſid. 6. d. l. ſolent. Bart. in l. relegati ff. de pœnis 7. l, 209. ff. de reg. jur. l. capitalium ff. de pœnis l 1. §, ult. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. 8. Angel in l, publicorum judiciorum ff. de public. judic. 9. Maſcard. de probat. concluſ. 946. 10. l. ſi quis ff. de pœn. 11. l. aut damnum ff. eod 12. l. majeſtatis C. ad leg. Iul. majeſt. 13. Bald, l 1. C. de fruct. & lit. expenſ, 14 l. incredibile C. de pœn. d l. aut damnum §. ſolent ff. eod. Bald. in l. imperium ff. de juriſd. 15. l. fin. ff. de offic. ejus cui l, 3. ff. de juriſd. l. ea quæ ff. Ad municipalem 16. l. jubere ff. de juriſd. 17. d. l. ea quæ 18. d. l 1. & 5. & 13. ff. de juriſd. 19. d. l. 1. 20. d.

l. capitaliũ Bartol.in d.l.imperium 21. l. placet C. de pedan.judic. l. non distinguemus §. Iulianus ff.de recept arbitr. 22. d.l.3,de juriſd. l. emancipari ff. de adopt. & toto tit. C. de emanc.liber.23.d.l.illicitas l.1.ff. de offic.ejus cui. 24.l.4. & l. fin. ff.d.tit.l.2. ff.de juriſd. 25.d.l.1.26. l. muta §. tutoris datio ff.de tutor.& ibi gloſſ.§. ſed hoc cure Inſtitut. de Attil, curat.27.d.l.nec quicquam §. abi decretum ff. de offic.proconſ.28.d. l.ſolent l,nemo poteſt §. de reg.jur.29 .l.1.C.Qui pro ſua juriſd.d.l.ſolent 30.l.ſi quid ff.de offic.proconſ.31. Authẽt. de Collator.§. ad hæc prohibemus,Bald.in l. 2.C.de pedan, judic. 32.l. ſi quis §. hi autem ff. de injuſt.rupt.& irrit.teſtam.33. cap.quod ſedem, extr.de offic.ordin. & ibi gloſſ. & in Clement.1.de offic.jud.de leg.34.l.2.ff. de offic.proconſ.& l. 36. ff.de adopt. & §. multis modis Inſtit.de libert.35,d.l.2.l.nam ſtipulantem ff,de verb. oblig.36.l.2. & 3.ff. de offic.proconſ, l,5. & 6.ff.de juriſd.37, l,ſolet & l prætor ff.de juriſd.38.d.l.1.ff de offic.ejus cui l.etſi prætor & d.l.ſolet ff.de juriſd.39.l.ult. ff.de offic.ejus cui l. à judice C de judic, 40.d.l.à judice l.cùm prætor ff,de judic,41.cap.legatus & ibi gloſſ.de offic.legat. Abb.in cap.cùm Bertoldus, extr. de ſenten.& re judic. 42. Bald.Salic. & Iaſon in d. l. à judice, & l.1.ff. quis à quo appell.43. Abb.& Panorm,cap.cum cauſam de appellat.& c.ſuper quæſtionem de offic de leg.44,l.1.ff.de juriſd,cap.1.& cap.præterea,de offic, deleg.45. gloſſ. in l.3.C.ſi à non competen.46.cap.dilectus & ibi Panorm, de pœnis 47.d.cap. præterea,& cap.1. de offic. deleg. & ibi Panorm 48.l. eſt receptum l. & ſi convenerit ff.de juriſd.l. ſi quis ex conſenſu C.de epiſcop.audient 49.l.conſenſiſſe ff.de judic.50.l.ſi convẽnerit ff.de juriſd.51.Dd.d.l.ſi convenerit Panorm c. 1.de judic.52.gloßa in l.filius familiar.& in l.ſi procurator ff.de procurat.53.l.1.& 2,ff.de judic.ubi gloſſ.& d.l.eſt receptũ 54.l.epiſcopale C.de epiſcop.audiẽ. Alexã.& Iaſon in l. cùm quædã ff. de juriſd.55.d.l.1.& 2.& d. l.ſi cõvenerit 56.l.de qua re ff.de judic.57.Innoc.in c.cũ veniſſent de in integr.reſtitut.Bartol.in l,1,ff,de judic,58.l.2.§. ſed ſi judex ff.de judic.59.Bart.in l.quæro ff.de ſolut.Alexãd.in l.ult. ff. de juriſd 60.cap.ut litigãtes ubi gloſſ,de offic.ordin.in 6 Panorm.in cap P.G. x̄ de offic et poteſt Iud.deleg 61.l.de qua §.1.ff.de judic.l inter cõveniẽtes ff. Ad municipalẽ & ibi gloſſ.Panorm.d.cap.62.l,ſolemus §.latrunculator ff.de judic.63.Bald.l.1.C.de juriſd.& in l.teſtam C.de teſtã.64.Bald. in d.l,ſi quis ex conſenſu Felin. d. cap. P. & G. 65.l. Imperatores ff.de appell.Bald.in tit.de pace Conſtantiæ Felin. d.cap.66.Bart.in l.1. & l.5.ff.de juriſd. Alexan.d,l.1.& l 16.eod. tit.67.Bald.in l,prohibitũ C.de jure fiſci Iaſon in l.more majorũ ff.de juriſd.68.Bald.in cap. 5.de judic.Salicet C.in l.licet C. de pedã.judic,69.l.1.§.ult.ff. de offic. ejus cui 70.l ult.ff. de conſtitut,princip.71.Decius, & Iaſon in d.l.imperiũ 72.l.1.C.de emãcipat.gloſſa ibi,& in l.& quia ff.de juriſd.73.l.ult.C.eod.74.Bal.in l.ult.C.de præſcript.long.temp.Iaſon in l. 3.ff.de juriſd.75.cap.auditis cap.cum olim, de præſcript 76. Corner.conſil.142. & 233.volum.1.77.l.1.§.ſi quis hoc interdicto §.ff.de itin.actu.priv.& ibi Bartol. Felin. d. cap.cum auditis 78.arg.l.eum qui ædes ff.de uſucap.cap. cognovimus quæſt.2.79.Innocent.in c.conquerenti, de offic.ordin.80. Conſtitutio Imperij De pace publica 81. l.7.& ibi Dd. ff.de juriſd.82,arg.l.3.ff.de ſepulc.violat 83.l.unic.ff.Si quis jus dicen. non obtemper.l.contumacia ff.de re judic.84.l.ult.ff.de offic.ejus cui 85.d.l.unica 86.l.jus pluribus ff.de juſt.& jure 87. l.2.ff.de ferus l. 1.ff.de conſtit.princip.l.ordo ff. de public.judic. 88. Natta conſil. 677.volum.4.89.Bald.conſ.161.& in l.data opera C.qui accuſ.non poſſunt 90.Bald,in l.procuratorem C.mandati & in l.de arboribus §.de illo ff. de uſufr. & ibi gloſſa 91.tit. Cod. de juriſd.omn.judic.d.cap.P. G. 92. l.1.§. cum urbem ff. de offic.præf.urb.l.ult.ff.de juriſd. 93.Curtius Iunior in l,1.ff.de juriſdict.94.d.l.1. & cap. 2. de reſtitut, ſpoliat, c. poſſeßio quæſt.3.95.l.omnes C.de epiſcop.c.ſi diligenti de foro compet. 96, l, penult, §. quotiens ff, de juriſd.l.in commodaro § duobus ff.comm.dividun. 97. Bald. de præſcript. 98.gloſſa in l. ſolent ff.de offic.proconſ.Iaſon in l.beneficium ff de conſt. princip.99 cap. gratum cap. relatum,de offic.ordinar. Alexan.in d.l. more majorum 100.d.l. & quia, & ibi Iaſon.cap.penult. de offic.de leg.101,c.inſinuante, eod.tit,102. l. cum prætor l.judicium ff. de re judic. c. de cauſſis, de offic. de leg. 103. Bartol. in l, expreſſum ff. de appellat, & in l. ſi ut proponis C. quomod. & quand. jud, & ibi gloſſa 104. l. 1. C.de emend. ſeru. l,1,& 2.& ibi Bald. ff. de his qui ſui vel alie. jur.

TITVLVS III.

TIT. III.

De foro competenti.

FORVM eſt locus exercendarum litium, quod duplex eſt, Competens, & Incompetens. Competens, dicitur proprium tribunal, ad quod reus ab actore legittimè evocatur. Incompetens contra, alienum tribunal cui reus ſubjectus non eſt, & in quo conveniri minimè poteſt. Nam in ſuo foro quiſque conveniri debet, & in eo conventus ſeſe defendere 1. Actor enim ſequitur forum rei 2: et quotiens reum ad incompetens forum trahit litis damno multatur ſi dolo malo, aut præfractè fecit 3. vel nulla & irrita fiunt omnia quæ acta ſunt 4. Niſi actor privilegium aliquod habeat cujus ratione poſsit reum extra forum ſuum ad ſupremum tribunal vocare, utputa ſi actor ſit pupillus, virgo, (vidua cujus appellatione intelligitur & mulier quæ maritum vivum habet ſed relegatum, aut ab hoſtibus captum, aut divortio ſeparatum, & Eccleſia habens prælatum inutilem 5,) Senex, pauper, valetudinarius, vel alio caſu humano, aut injuria fortunæ afflictus, qui omnes cenſentur perſonæ miſerabiles. etiamſi divites ſint, & ideo poſſunt reũ inferiori judicio ſubjectum, veluti civem aut ruſticum, prima inſtantia corã ſuperiore judice precibus oblatis convenire 6. nec poteſt reus eodem privilegio munitus, ut ſi agat vidua contra viduam, opponere exceptionem fori; quoniam ut vulgò dicitur Privilegiatus contra privilegiatum jure ſuo non utitur 7. Competens autem Forum faciunt multæ, & diverſæ cauſſæ, quarum primo loco refertur Conſenſus, & voluntas litigatorum, qui alterius juriſdictioni ſe ſubjiciunt, ut ante diximus. Secundo Domiciliũ habitationis 8. quod ibi quis habere intelligitur ubi vel larem fovet, vel majorem bonorum ſuorum partem poſſidet, vel habitandi animo frequentius verſatur 9. Vnde etiam duobus pluribuſque locis quis domicilium habere poteſt, ſi omnibus locis æqualiter inſtructus ſit, nec minus in uno quàm altero commoretur 10: quo caſu in arbitrio, & electione actoris poſitum eſt, ubi locorũ reum con-

venire velit *11*; ita ut reus ſine juſta recuſationis cauſſa judicium declinare non poſsit *12*. Quod ſi domicilium poſt motam litem immutetur, nihilominus ubi acceptum eſt judicium, ibi & finem accipere debet 13. Tertio Perſonæ quæ convenitur conditio, qualitas, & privilegium. hinc Nobilis coram ſuperiore judice convenitur, ruſticus aut civis coram inferiore, uxor cum marito ejuſdem fori eſſe cenſetur 14. & id retinet vidua, adeo ut femina ignobilis ſi vidua eſt viri nobilis ipſius forum reſumat 15. & contra nobilis nupta ignobili amittat fori privilegium *16*. nec mortuo marito recuperet *17*. Filij familias ſuorum parentum, & liberti patronorum forum ſortiuntur, niſi alibi ſibi conſtituerint domicilium 18. Miles coram magiſtro militum conveniri debet, & hoc non ſolum in cauſſa militari, ſed etiam civili *19*. Scholaſtici tres habent judices quacunque de re agatur, Præfectum Academiæ vel Gymnaſij, Epiſcopum, & Magiſtratum *20*: quorum ſinguli plenam habent juriſdictionem 21, Et reus poteſt eligere coram quo velit conveniri 22, niſi aliter ferat conſuetudo quæ in hoc non ubique eadem eſt. Clerici in foro Eccleſiaſtico conveniendi ſunt, utpote extra profanorum notionem, poteſtatemve poſiti *23*, exceptis certis quibuſdam caſibus, de quibus infra. Quarto Qualitas actionis, quæ cum in perſonam intenditur rei domicilium ſequendum eſt *24*, cùm verò in rem eſt, ut ſi quis agat Hypothecaria & rẽ vendicet, vel dejectus poſſeſſione cupiat reſtitui, proponi debet apud judicem in cujus territorio ſita eſt res controverſa *25*. Vnde & hæreditas, fideicõmiſſum, legatum relictum ibi recte petitur ubi bona defuncti teſtatoris inveniuntur *26*, vel ubi major pars hæreditatis exiſtit *27*. Quinto Cauſa ſive Res in judicium deducta, ut cauſa fiſcalis diſceptatur apud Procuratorem Cæſaris 28. Feudalis apud pares curiæ, quotiens agitur ex lege, vel conditione feudi ad conſtitutionem, vel privationem ejus, ſed ſi alia via agatur & ad alium effectum, apud ordinarium judicem 29. Profana cauſſa ſive ſit civilis, ſive criminalis in ſæculari foro tractatur. Eccle-

ſiaſtica in foro Eccleſiaſtico, ut eſt cauſa matrimonii, juramenti, uſurarum, decimarum, votorum, beneficiorum, juris patronatus & ſimilium 30. niſi in facto conſiſtet. Nam quæſtio facti in cauſa eccleſiaſtica ad judicem ſæcularem pertinet, veluti an ſit contractum matrimonium, juris ad eccleſiaſticum ut ſitne per verba concepta contractum jure matrimonium 31. Sexto Continentia, & affinitas cauſſæ quæ dividi non debet 32: & ideo plures rei ejuſdem cauſſæ diverſis juriſdictionibus ſubjecti poſſunt prima inſtantia ad unum, & eundem judicem ipſorum omnium ſuperiorẽ trahi, ut fit in actione tutelæ, negotiorum geſtorum, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum, in petitione hæreditatis, in delicto pluribus commiſſo, & aliis 33. Quod adeo verum eſt ut nec clericus ſi inter conſortes litis ſit beneficio fori ſui alienetur 34. Septimo Contractus, vel quaſi contractus, cujus nomine reus ejus judicis in cujus territorio contraxit forum ſortitur, ſi ibi inveniatur 35; pręterquam ſi alio loco ſe ſoluturum, aut defenſurum recepiſſet cum juramento; quo caſu non in contractus ſed deſtinatæ ſolutionis, aut defenſionis loco reus forum ſortitus dicetur 36. Et mercator quidem, & peregrinus qui vel domicilium vel tabernam ſive officinam conductam habet, vel tanquã habitaturus ſe gerit, ibidem conveniri poteſt 37. Advena verò & viator, mercatorve qui confeſtim diſceſſurus eſt, in loco contractus conveniri non poteſt de iis quæ poſt contractum facienda ſunt, ſed de iis tantum quæ in ipſo contractu ſunt implenda, ut ſi viatori, vel advenæ equum præſenti pecunia vendidero, vel à mercatore extraneo nundinarum tempore quid comparavero eidemve vendidero, poſſum ibi cum eo lege agere ut ſtatim rei emptæ pretium numeret, vel rem venditam tradat, ne detur illi fugæ occaſio cum re aliena 38. Fideiuſſor etiam in loco contractus conveniendus eſt quando renuntiavit privilegio fori 39. alioquin in ſuo competenti foro conveniri debet 40. Aut ſi ipſe & principalis in diverſis territoriis habitent coram judice utriuſque

ſuperiore propter continentiam cauſſæ, de qua ante diximus. Licet nonnulli exiſtiment etiamſi non ſit renunciatum foro ſemper hoc eſſe in arbitrio, & electione creditoris ubi agere velit 41. Extraneus ſtipulans dotem eam repetit in loco contractus, non item mulier ſi divertit, vel hæredes illius ea mortua quibus in loco domicilii mariti actio datur 42. ex quo evenit ut ſi in loco domicilii ſit ſtatutum, ut vir dimidium dotis lucretur quod aliter ſit in loco contractus, nihilominus ex beneficio ſtatuti domicilii ſui dimidium dotis adſequatur 43. Legati tamen non debent conveniri in loco legationis licet ante ibi contraxerint, ſed habent jus revocandi domum *44*. quod item habent alii omnes qui ex cauſſa neceſſaria, vel probabili peregre proficiſcuntur, ut qui abſunt cauſſa ſtudiorum, vel cauſſa religionis, aut belli 45: neque tenentur præſtare cautionem, ſed ſufficit repromittere ſe ad diem in foro competenti venturos *46*. Niſi lis jam ante in loco contractus inſtituta ſit, & facta præventio, de qua poſtea. Sed quamvis contractus forum competens tribuat, non tamen idem effecit Confirmatio contractus alio loco facta; quoniam illa nihil novi cenſetur inducere 47. Octavo Delictum, propter quod ibi quiſque, ſi ſit præſens, conveniri poteſt ubi deliquit 48, nullo fori privilegio obſtante *49*. & ibidem puniri debet pro criminis perpetrati qualitate 50; & ſecundum ſtatuta, & conſuetudinem loci 51. Sed ſi exiverit locum commiſſi delicti poteſt in loco domicilij conveniri; ac ſiquidem delictum grave ſit poterit Iudex loci delicti petere eum apprehenſum cum lictoribus ad ſe remitti *52*. ſi verò levius ſit remiſſioni locus non erit, ſed delinquens ubicunque reperietur plecti poterit *53*. Quod contra eſt in milite, qui ſi quid levius admiſit ad eum ſub quo militat remittitur, & ſi gravius quid perpetravit, ibi punitur ubi deliquit *54*. Nono Præventio litis, quæ inducitur per Citationem verbalem legittimè factam 55, vel per citationem realem puta per carcerem *56*, vel per juſſum judicis, in quo ſufficit una citatio 57. Nec privilegiũ fori poſt præventionẽ

acce-

accedens prodeſt prævento ad declinandum judicantis imperium 58, ut ſi quis poſtea quàm in jus vocatus eſt, miles fiat 59, vel laicus delinquens ſi poſt clericus efficiatur præventus per citationem à judice profano damnari & puniri poteſt, poſtquã caput raſum, & veſtis mutata fuerit 60. Decimo Renunciatio privilegii fori, cum ſcilicet quis ſuperiori judici ex aliquo privilegio ſubjectus renuntiat in inſtrumẽto privilegio ſuo, & ſe inferiori judici ſubmittit, vel contra inferioris judicis juriſdictioni ſubditus ſe immediate ſubmittit ſuperiori judici 61. Nã quilibet privilegio ſuo renũtiare poteſt 62, niſi renuntiatio etiam reſpiciat favorem ſuperioris, ut ſi clericus renuntiet privilegio fori quod non ipſi ſoli, ſed univerſo clericorum ordini conceſſum eſt 63, aut ſi vaſallus jnvito ſuo domino renuntiet. talis enim renuntiatio non valet 64. Sed generalis illa clauſula in inſtrumento appoſita Vt quis coram quibuſcunque judiciis poſſit conveniri, non eſt plena & ſufficiens renuntiatio privilegii fori: quoniam de competentibus judiciis tantum intelligitur 65. Vndecim Denegatio vel negligentia & dilatio juſtitiæ à judice inferiore facta, ob quam cauſſa extrahitur, & ad ſuperiorem judicem transfertur 66: quod ut fiat tria potiſſimum requiruntur, Vt per modum appellationis ſuperior judex adeatur, Vt inferior judex immediate ſuperiori ſubjectus ſit, Vt inſtrumento publico probetur denegata, vel neglecta, aut protracta juſtitia 67. Duodecimo Reconventio, ut qui reũ apud ſuum judicem in judicium protrahit viciſſim apud eũdem à reo in jus vocatus debet ferre illum judicem, nec datur ei incompetentis judicis exceptio apud quem reconvenitur: quia conſentaneum eſt ut quem habuerimus in alio perſequendo, eundem quoque in nos judicem ſuſtineamus 68. Decimo tertio Solutio indebiti, cujus ratione is qui aliquo in loco ſolvit indebitum, ibidem & illud poterit repetere; licet reus non ſit ejus fori 69.

1.l. hæres § fin. ff. de judic, 2.l. juris ordinem C. de juriſd. cap. ſerè de foro compet. 3.l. 1. C. eod. l. 1. C. de aſſert. toll. l. unic. C. de plus petit, & ibi Bald. 4. l. 123 C. Si à non compet. judic. 5.l. fin. & ibi gloſſa C. ad legem Fab. de plagiar. arg. § vidua ff. de reg. jur, 6.l. unica C. Quādo Imper, inter pupill. & vidu. l. 1. C. de offic. diverſ. judic. 7.l. verū § fin. ff. de minor. 8.d. l. hæres § proinde cap, dilecti. cap. ſiet, de foro compet. 9.l. 2. C. ubi ſentēt. vel clariſſ. l. circiter C. de incol. 10. l. Labeo l. aſſūptio §. fin. l. ejus qui § Celſus ff. Ad municipalē 11. d. l. hæres in fin. l. arbitraria § Scævola ff. de eo quod cert. loco 12. l. ſi quis § 7. et 8. ff. de iudic 13. l. ſi quis postea l, ubi acceptū ff. de judic. 14. l. fin. C. de incol. 15. l. cum te C. de nupt. l. filij l. vidua ff. Ad municipal. 16. l. feminæ ff. de Senator. 17. Guido Papa deciſ. quæſt. 380. 18. d. l. aſſūptio ſi filius & § libertini ff, Ad municipal. & ibi Dd. 19. l. ult. C. de juriſd. 20. in proœmio Digeſtor & ibi gloſſa & in l. ſi quis in conſcribēdo C. de pact. Iaſon. & Dec. in l. & ſi prætor ff. de offic. ejus cui. 21. Bart. in l. 1. ff. Si quis in jus vocat. 22. Authē. habita. ubi gloſſa C. Ne fil. pro patr. 23. Auth. ſtatuimus C. de epiſc. & cler. cap. ſi diligenti cap. cū cōtingat, de foro cōpet. 24. cap. fin. de foro cōpet. § omniū, Inſtitut. de actiō. 25. l. 10. ff. de rei vēdic. l. 1. & ult. C. De ubi in rem action. l. 1. C. Vbi de poſſeſſ. agi oport. 26. l. unic. C. ubi de hæred. agat et nic. c. ubi fideicōm. pet. oport. 27. l. ſi fideicō miſſū l. ſed et ſi ff de judic. 28. l. 1. & ſeqq. C, ubi cauſa fiſcal. l. ex conſenſu ff. de appellat. 29, Dd. in cap. cætera, de foro compet. Alexand. lib. 1. conſil. 79. Bald. in cap. 1. de inveſtit. in novi fac. 30. cap. licet, de foro compet. cap. tuam de arbitr. cognit. cap. decernimus, & cap. quanto & ibi Felin extr. de judic. 31. Bartol. in l. omni innovatione C. de ſacroſ. eccleſ Bald. in l. filius ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur 32. l. nulli C. de judic. 33. l. 1. & 2. ff. De quibus reb. ad eund. judic. eat. l. 2. ff. finium regūd. l. omnes tutores C. de arbitr. tutil. & ibi Bart. Bald. in authen. hoc ita C. de duob. reis 34. Bald. in l, ult, ff. de edic. divi. Adr. toll. 35. cap. Romana § contrahentes de foro compet. 36. l. contraxiſſe ff. de action, & oblig. d. l. hæres in princ. & § fin. d. cap. dilecti 37. d. l. hæres §. proinde 38. l. longius § 1. ff. de judic. argum. l. 3. ff. de pignor. action. Bartol. d. § proinde Bald. in rubric. C. de revocantis quæ in fraud. credit. 39. d. cap, Romana, gloſ. in l. 1. ff. Si quis in jus vocat non ier. 40. Bald. in. l. cum Archimedorus, C. Vt in poſſeſſ. legat. 41. Ludovic. Roman. conſil. 93. 42. Bald, in l. 1. C. de privileg. dot. 43. Bartol in l. exigere dotem ff. de judic. & in l. cunctos populos C. de ſumma trinit. Bald. in cap. 1. de inveſtit. rei alien. facien. 44. l. 2, § legati & § ſeq. ff. de judic. 45. l. lex Cornelia, & ibi Bartol. ff. de injur. gloſſ. l. conſenſiſſe § legatis ff. de judic, 46. d. l. conſenſiſſe § ſed ſi agant, Panorm. cap. ult de for. compet, 47. l. ſi quis in legatione ff. de judic: Iaſon in l. more majorum ff. de juriſd. 48. cap. fin. & cap. cum contingat. de for. compet. l. ſancimus C. de pœn. 49. cap, 2. extr. de privileg. Authen. quæ in provincia C. Vbi de crimine l. 1. C. Vbi ſent. vel clariſſ. 50. l. ſi cui § idem l. ult. ff. de accuſac. 51. Bartol. in d. l. ſi cui 52. l. ſolent l. non dubium ff. de cuſtod. & exhib. reor. Authent. ut nulli judic. § ſi vero quis Clement. paſtoralis § quia ſi punitio, & ibi gloſſa, de ſenten. & re judic. 53. l, 1. C. ubi de crim. agi oport. 54. l. deſertorem ff. de re militari & de l, ult. de accuſat. 55. cap. propoſuiſti ut ibi Panorm. & Socin. de foro compet. gloſſ. in cap. cum plures de offic. deleg. lib. VI. 56. Bald. in l. officiales C. de epiſc. & cleric. 57. l. 2. & ibi Bald. C. quom. & quan. judic. l. Titia § uſuras ff. de legat. II. gloſſ. Clement. 1. de judic. 58. l. ſi quis poſtea ff de judic. & l. cum quædam ff. de juriſd. omn. judic. 59. d. l, ſi quis poſtea 60, d. c. officiales, l. hos accuſare C. de accuſat. 61. l. penult. C. de pact. gloſſ. & Dd. in l, 1, ff. Si quis in jus vocat non ier. 62. l. ſi quis in conſcribendo C. de pact l. ſi convenerit ff, de juriſd. cap, ſignificaſti, de foro compet, 63. d. c. ſignificaſti. & ibi Abb. & gloſſ, 64. cap. imperialem & ibi gloſſa. de proh. feud. alien. Bart. in l. 1. §. & poſt operis ff. de nov. oper. nūt. 65. Mynſing. centur. 1. obſer. 88. 66, cap, ex tranſmiſſa cap. ex parte, cap. ex tenore de for. cōpet. Authent. de mandat. princip. & authen. ſtatuimus & ib. Dd. C. de epiſ. & cler. Auten. de ſtatut. & conſuet. 67. Geill. lib. 1. obſer. 28. Mynſing. cēt. 3. obſer. 57. et cent. 50. obſer 82. 68, l. Papinianus & ibi authent. C. de ſentent. & interloc, omn. judic. 69. l. qui certo, & ibi gloſſ. & Iaſon, ff. de condic. indebiti, l, 1, & 2. C. ubi de ration. agit.

TITVLVS IV.

TIT. IV.
De perſona legittima.

PErſona in omni judicio etiam ſummario 1. debent eſſe legittima, atque idonea, & quando contra eam opponitur talis probari; veluti is qui agit ut hæres, tutor, aut procurator, ſi adverſarius objiciat exceptionẽ legittimationis perſonæ, ut vocant, debet ſe talem docere. Nam ſi perſona non ſit legittima, nec ipſum judicium, ac ſententia ex eo lata vim ullam obtinebit 2. Perſonarum autem quæ in judicio agunt tres ſunt gradus, & differẽtiæ. quidam enim agunt proprio nomine ſimpliciter, nulla adjuncta qualitate in ipſorum perſona, quod omnibus permiſſum, niſi quibus lege interdicitur, ut furioſis, mutis, ſurdis, cæcis, prodigis, & ſimilibus: quidam cum adjuncta qualitate, ut puta filius, hæres, ceſsionarius, donatarius: quidam nomine alieno, ut procurator, tutor, curator, ſyndicus, prælatus eccleſiæ; qui utrique tenentur qualitatem, & conditionem perſonę ſuę adjunctam probare, quando ab adverſario exceptio opponitur, ſive ante litem conteſtatam ſive poſt 3. Hoc amplius Iudex ex officio poteſt etiam nemine petente cogere litigatores tam agentes ſuo nomine quàm alieno ut doceant perſonam ipſorum legittimam eſſe, & niſi doceant à judicio illos repellere, veluti ſi agat minor ſine tutore, vel curatore, aut furioſus, relegatus, & tutor, curator, procurator ſine mandato 4.

1. gloſſa in l.2.C.de edic.divi.Adr.toll.& ibi Bart. Bald.& Iaſon. 2. Hippolitus in l.ſi quis neque ff. de quæſt.Vant.de nullitat.ſenten.ex inhabit. 3. l.2. C.ſi tutor l.2, l.licet C.de procurat.& ibi gloſſa Bart,& Bald. 4. Hippolit.in d.l.ſiquis Vant.d.tit. Abb.in cap.nulli extr.de accuſat.gloſſa in cap.1.de election.in VI. Felin. in cap.cauſam de judic.

TITVLVS V.
De Iudice.

IVdex appellatur qui publica autoritate vocatus controverſias litigantium cognoſcit, & dijudicat. Eſtque alius Ordinarius, alius Extraordinarius. Ordinarius eſt qui ſuo jure, vel Principis aut Reipublicæ beneficio juriſdictionem, & univerſalem cauſarum cognitionem habet 1. Extraordi-

narius vero cui mandato ſuperioris juriſdictio, & cauſæ cognitio delegata, atq; præſcripta eſt, ut Delegatus, & Subdelegatus *2*. Nō tamē quilibet Iudex eſſe, darique poteſt. Quidā enim lege impediuntur ne judices ſint, quidam natura, quidam moribus. Lege, ut qui propter commiſſam turpitudinem Senatu moti ſunt 3. donec ſint reſtituti, aut elapſum ſit tempus ad quod remoti ſunt *4*. publico judicio damnati, hæretici, deportati, infames, & viles, quibus fores dignitatum patere non debent *5*, imperiti juris *6*: quod tamen de judice dato intelligitur, non de magiſtratu, quem ſatis eſt adhibere adſeſſores peritos 7; aut de juris doctorum ſententia judicare, vel ſaltem ejus rei cognitionem, & experientiā habere, de qua judicandum eſt 8. Nec pater in cauſſa filii aut filius patri judex eſſe poteſt, maximè in cauſſis criminalibus, nec quiſquam ſibi aut his, quos ſecum habet jus dicere debet 9, ſi modo adverſarius opponat, & excipiat; alioquin ſi taceat, & litem proſequatur, in privatis quidem negotiis pater filio, & contra filius patre judice uti poteſt 10. Neque Princeps cognitionem ejus cauſſæ habet, quæ inter ipſum, & ſubditos controvertitur 11. Non item Iudex ordinarius, vel Delegatus privatim ſibi irrogatam iujuriam contumeliamve proprio judicio proſequi poteſt, ſed judicem ſuperiorem adire debet 12: publicè tamen illatam injuriam, quæ ad impediendam, & convellendam juriſdictionem pertineat, ulciſci jure poteſt *13*; idque præcipuè ſi ordinaria pœna infligenda ſit, non arbitraria *14*. Natura prohibentur Iudicis officio fungi mutus *15*, ſurdus qui nihil vel difficulter exaudit 16, perpetuo furioſus *17*, morbo ſontico laborans *18*, mente captus qui judicio caret 19, impubes, & adultus nondum decimum octavum annum egreſſus 20, niſi datus ſit à Principe, vel litigatores ſcientes in eum conſenſerint *21*. Cæcus autem Iudex eſſe poteſt, etiam poſt cæcitatem datus 22, licet in his quæ judicis, adſpectum requirunt, minus rectè hoc munere fungi queat. Moribus arcentur à judicis functione homines ſervi *23*; niſi communi errore pro

liberis

liberis habiti fuerint *24*, item mulieres, quæ non debent fungi virilibus officiis *25*, præterquam quæ hæreditario jure regendis ſuis ditionibus præſunt, aut uſu, & conſuetudine, lege municipali, & principis privilegio ordinariam in ſubditos juriſdictionem habent *26*, ut fit hodie multis in locis. Cæterum & ii qui Iudices eſſe non prohibentur recuſari nihilominus poſſunt ſuſpecti, ſi dati ſunt, etſi non temere Iudex ſit recuſandus, propterea quod recuſatio haud levem offenſionem Iudici adferat. Nec tantum Delegatus, verū etiam Ordinarius Iudex tanquam ſuſpectus de jure Canonico recuſari poteſt *27*, de jure vero civili Ordinarius non recuſatur, ſed adjungitur illi vir probus & peritus, ut uterque ſimul principalem cauſſam cognoſcat *28*, exceptis nonnullis caſibus de quibus infra. Delegatus recuſatur, & libellus recuſationis vel ipſi ſi præſto ſit, vel eo abſente judici municipij in quo recuſans agit, offertur, atque intra triduum proximum arbitri ex conſenſu litigatorum eliguntur, qui delegati judicis vice fungantur, atque ſuſpitionis cauſſa omiſſa principalem cauſſam definiant *29*. Quorum tamē ſententiam Iudex delegatus, recuſatuſque executioni mandat, niſi ab ea provocatum ſit *30*. Fitque recuſatio judicis in ipſo litis exordio intra viginti dies *31*, ante omnes exceptiones dilatorias; quia ſi opponitur alia dilatoria cenſetur provocatus Iudex ut eam definiat, & ſic conſenſu approbatus, ut poſtea recuſari non poſſit *32*. Niſi forte poſt factam litis conteſtationem novæ ſuſpitionis cauſſæ ſint datæ, quarum ratione judex in quacunque parte judicii etiam poſt concluſionem, ſi evidenter conſtet poſt incidiſſe, recuſari poterit *33*. Et facienda eſt Recuſatio in ſcriptis ſeu libello, non verbis in quo de jure Canonico requiritur allegatio cauſſæ ſuſpitionis, ejuſque probatio legittima coram arbitris *34*, at jure civili non eſt neceſſe ſuſpitionis cauſſam allegare *35*; ſed ſufficit ut recuſans præſtito juramento calumniæ adſerat ſe habere illum ſuſpectum *36*. Cauſæ autem ſuſpitionum ſunt multæ, & quæ teſtem à dicendo teſtimonio repellunt, eædē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

magis ſufficiunt ad judicem recuſandum 37; quoniam facilius eſt invenire alium judicem, quam teſtem 38. Eiuſmodi ſunt ſi iudex ſit noſter inimicus 39, vel contra adverſarii noſtri amicus, familiaris, domeſticus, cognatus, aut affinis 40: quæ tamen cauſa ſuſpitionis non admittitur, ſi vir ſit ſpectatæ innocentiæ, & integritatis, ut non cadat in eum ſuſpitio pravi judicij 41; vel ſi utrumque litigatorem pari jure ſanguinis, quo ſuſpitio tollitur, attingat 42. Si iudicii nomine donum aut munus acceperit; ſi inde commodum vel emolumentum ſperet 43: Si habet litem cum altero litigatorum 44: Si præjudicium fecerit à quo non temerè ſit declinaturus 45; aut ſi in eadem cauſsa procurationem advocationẽque iam ante pręſtiterit 46: aut ſi denique cauſſa in qua judex eſt ad ipſũ, proximoſve ejus pertineat 47: ob quas tres poſteriores cauſſas etiam ordinarius judex recuſari poteſt 48. Porro Iudicis poteſtas, & officium quod latiſſime patet 49, in tribus partibus judicii maxime verſatur, in cognitione, definitione, & executione 50. In cognitione duo potiſſimum Iudex curare debet, alterum ut ordo judiciorum, & ſolemnis forma ſervetur, in decernendis citationibus, in recipiendis, aut rejiciendis libellis, dandis dilationibus 51; in audiendis reſponſionibus, & examinandis teſtibus 52, aliiſque hujuſmodi actibus judiciariis, in quibus utrique parti ſufficienter, & ex æquo officium ſuum impartiri debet 53: alterum, ut Capita cauſſæ, (Merita vulgo vocant) diligenter animadvertat, & quæ vel ad defenſionem, vel confutationẽ eorum adducta ſunt recto animi judicio perpẽdat, atque excutiat 54: quæ à litigatoribus vel eorum advocatis, prætermiſſa ſint ipſe ſuppleat, præſertim ſi clauſula ſalutaris in libello adjecta ſit, de qua infra 55. In definitione diligens cura adhibenda Iudici ut factum controverſum ad jus certum, & expreſſum accommodet, aut ſi jus dubium eſt, ex collatione legum æqualem aliquam ſimilitudinem conſtituat 56, ſi leges diſcrepant ſemper noviſſimum jus ſequatur 57, vel ex approbata aliqua conſuetudine interpretationẽ faciat: quo-

niam

niam conſuetudo eſt optima legum interpres 58. Quòd ſi jus nullum ſit quod facto accommodari poſſit, tum ex ęquo, & bono ſtatuet prout ſibi æquius, & melius videbitur. In omnibus enim rebus æquitatis potior quam ſtricti juris ratio habenda eſt 59. Sententiam feret conformem libello 60, ex præſcripto, & natura propoſitæ actionis 61, & reum vel abſolvet, ſi actor nihil probaverit 62, vel condemnabit, ſi actor intentionem ſuam impleverit 63, & reus contra nihil exceperit aut probaverit 64. alioquin ſi temerè & malè judicaverit litem ſuam faciet 65, & id quod egit ipſo jure nullum fiet 66. Allegata & probata in judicando ſequi debet 67, interdum etiam rectam mentis ſuæ conſcientiam in conſilio habere, velut in executione cauſſæ criminalis, quam nūquam Iudex proſequi debet ſi ſcit reum injuſtè damnatum 68, aut in re notoria ex ſcriptura, vel confeſſione viva voce ſibi facta, quæ tamen in actis non probetur 69, aut in caſu vehementer dubio 70, aut in defectu legis, contractus 71, aut in notoria injuſtitia ex actis deprehenſa 72. Item ſi fines regundi ſint, aut hominis ætas ex inſpectu dijudicanda ſit 74. In executione debet obſervare juris ordinem, neque modum excedere 75, Nam ſi immoderatè, injuſte, & ſine cognitione cauſſæ, & juris ordine non ſervato ſententiam à ſe dictam executioni mandaverit, cenſetur privatus, eique impunè non paretur 76. Et inſtituet executionem parte petente, & implorãte eius officium 77. in realibus quidē actionibus ſtatis in re ipſa ad reſtitutionem cum fructibus 78, vel ſi res haberi nequeat in eius æſtimatione 79: in perſonalibus vero poſt elapſum tempus quod iudicis arbitrio indultū fuit condemnato debitori 80, ſi non fiat ſolutio debiti, pignora capiet, diſtrahet, vel adiudicabit. & primo quidem loco res mobiles, & ſe moventes, deinde illis non ſufficientibus immobiles: tum denique res incorporales, ut nomina iura, & pignora 81. Præter hoc eſt quoddam Iudicis officium merum, purum, & liberum, vulgo Nobile appellatum, quod ſola iuris autoritate exercet; interdum etiam ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

mine petente, impulſu proprio, ut cum ob publicam utilitatem inquirit, & punit facinoroſos 81, vel cum impertit officium ſuum alicui privatim id imploranti adverſus eum quẽ nulla legis actione convenire poteſt, ſed ex ſola æquitate ſibi obnoxium habet 83. Quotiens enim ordinaria actio deficit, hoc ipſum iudicis officium loco actionis proponitur, & imploratur. 84.

1. l. more majorum ff. de juriſd. l. omnes C. de judic, 2, cap. ſuper eo, de offic. deleg. cap. cùm dilecta, de reſcript. 3. l. 2. ff. de Senator. 4 l etſi ſeverior. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. 8. ff. de poſtulan. 5. l. 2. ubi gloſſa C. de dignitat. l. 1. C. de infamib. l 1. C. de his qui non impletis, lib. 10. cap. infamibus. de regul. iur. 6 l. certi juris C. de judic. Novell. 83, 7. Cuiacius ad d, Novellam 8. d. l. certi juris l. magiſteria C de juriſd. omn. iudic. 9. l. qui juriſdictioni ff. de Iuriſd. 10. l. in privatis ff. de iudic. Iaſon. in d. l, qui iuriſdictioni. 11. l. prox. ff. de ijs quæ in teſtam. debent l. & hoc Tiber, ff. de hæred. inſtituen. cap. Guiliſar. 23. quæſt. 4. 12. Innocent cap. ex parte Clement. 1, de verbor. ſignif. 13. cap. 1. de pœnis lib. VI. 14. Panorm. d. cap. dilectus & cap 1. de maled. 15 l, mutum ff. de ædilitio edic. l mutus. ff. de procurat. 16 l. 3. §, ſurdus ff, ad Senatuſt Syllan. 17. l cum furioſus ff. de judic. 18. l. iudex datus ff. eod. 19 l. cum prætor ff. de re judic. 20. d. l. prætor, l. quidam ff. de re iudic. 21. d. l. quidam 22. l, 6. ff. de iudic. 23. d. l cum prætor, l. ſi ſervus. ff. de recept arbitr 24. l. 2. C de ſentent. & interloc. l. 3. ff. de offic. prætor. 25. l, 2. ff. de reg. iur. 26. Decius & Dd. in d. l. 2. Panorm, in cap, cùm dilecti, de arbitr, in VI. 27. l. apertiſſimi C, de judic. cap. inter monaſterium, extr, de ſentent, & re judic, cap, ſi quis contra & ibi Dd, de foro compet 28. Authent, ſi vero contigerit l, de iudic, 29 d, l, apertiſſimi l. fin, C, de iudic. 30, d, l, fin. 31. Novell. 53, 32. Gloſſa & Dd. d, cap, inter monaſterium, Lanfrancus cap, quoniam contra, de probat, 33 l. non diſtinguemus §. cum quidam arbitri & l, Iulianus ait ff de judic, cap. inſinuante & ibi Felin, extr. de offic deleg, 34, cap, ſecundo. requiris, & ibi gloſſa de appellat, 35, gloſſa in l, item ſi ſuſpectus ff, de procur, & in l, quia poterat ff, Ad Trebell, & in d, l, apertiſſimi 36, Gloſſa Bald, & Iaſon in d l, apertiſſimi 37, l. unic, C, Ne quis in ſua perſ. iud, 38, d, c, inſinuante et ibi gloſſa, 39. cap, accedens, ut lite non conteſt 40, d, l, apertiſſimi 41, arg l, 3, ff. de teſtib, l, nõ omnes §. à Barbaris ff. de re milit. 42. gloſ. in cap. poſtremo de appellat. 43. Bart. in l. invicem §. quod cuique ff. de reg jur. 44. cap. cum ſuper abbatia, de offic. deleg. 45. Bart. in d. l. apertiſſimi & in l. eas C. de appellat. 46. Dd. in d. cap. accedens 47. d. l. qui juriſdictioni 48. Panorm d. cap, accedens 49. l. 1. ff. de juriſd. 50. l. judex ff. de ſentent. & re judic. l. 2. C. de executione rei judic. l. 1. C. de re judic. 51. l. 1. ff. de offic. adſeſſor l. à judice C. de dilat. 52. l. 1, C. de lit. conteſt. 53. l. jubemus cum authent. ſeq. l. rem non novam C. de judic. 54. l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid. 55. l. unic. C. ut quæ part. advoc. deſint. 56. l. non poſſunt ff. de legi bap. cum dilecti, de confirm. utili vel inutili. 57. l. 1. ff. Ad legem Aquiliam l. pacta noviſſima C, de pact. 58. l. minime, & l. ſi de interpretatione ff. de legib. 59. l. placuit C. de judic. l. ſi res tuas C ad exhibend. l, plane ff. de petit. hæreditat. l, in omnibus ff. de re. jur. 60. l. ut fundus ff. Comm. divid. 61. l. ult. C. de fideicomm. libert. §. 1. & ſeqq. Inſtitut. de offic. judic. 62. l. 1. ff. de judic. l. qui accuſare C. de eden. 63. l. ult. C. de re judic. 64 l. ſiquidem C. de except. l. civem ff. de probat. 65. l. 4. §. ſi judex ff. de action. & oblig. l. filius familias §. 1. ff. de judic. l. ult. C. de pœna ejus qui male judic. 66. l. 1. ff. Quæ ſentent. ſine appellat. reſcind. 67. d. l. illicitas cap. paſtoralis, de offic deleg. Dd. in cap. 1. de offic. ordin. 68. Innocent. d. cap. paſtoralis Angel. & Imola in l à Divo Pio ff. de re judic. 69. Bald. in d. l. illicitas §. docere Gloſſa in cap. Pen. quæſt. 5. 70. cap. 1. extr. de conſuetud. cap. 1. extr. de poſtul. prælat. 71. ſpeculator tit. de judice 72, Innocent. in cap. ex inſinuatione extr. de appellat. Angel. in l. ubi pactum C. de tranſact, 73, l. officium §. vir ff. finium regund. 74, l. major ff. de minor. 75. d. l. à Divo

Pio l.cum unus §.1. C.de bon.autor.judic.poſsid.76.l.factum à judice ff. de reg. jur l.prohibitum ff.de jure fiſci l.omnes judices C.de decurion 77.l.actori.& ibi Dd C.de reb.cred.78. §.1.Inſtitut.de offic.judic.79.l.antequam C.de execut.rei judic.80,l.2.& l ult.C,d. tit.81. d.l.à Divo Pio l.3.l.ult.C.de tit.82.cap.qualiter de accuſat.cap.licet.de Simonia 83, l, qui per colluſionem ff.de action,empti l.in cauſæ ff.de minor 84.Specul. tit.de offic.judic.Ferrar. in form. libell. act. real, §. quatenus.

TIT. VI.
De Delegatis & Subdelegatis.

DElegati ſunt qui mandatam juriſdictionem exercent, & in ea proprium nihil habent, ſed munere delegantis funguntur 1. Eorum nonulli ſunt Delegati ſummi Principis non agnoſcatis ſuperiorem; ut Pontificis, Imperatoris, & Regis: quidam Delegati inferioris principes, vel cujuſlibet judicis ordinarii, illi habent pleniſsimam juriſdictionem, & omnia ſine quibus ea commodè expediri nequit 2. ſententiæ ſuæ executionem 3, quam ſi ipſi nolūt facere, ordinario cūmittere poſſunt, qui cū patere tenetur 4, multæ dictionē, apprehēſionē 5, citationē per edicta 6. cognitionē cauſarū criminaliū 7, & ſubdelegādi poteſtatē 8; hi ſolā cauſaru cognitionē habent 9; non multam dicere non apprehendere poſſunt *10*, niſi ſuſpectum fugæ *11*, nec citare per edicta 12, & ſententiam ſuam exſequi, quod ab ordinario fieri debet 1*3*, nec alium ſubdelegare 14. Rurſus alij ſunt Delegati ad univerſales cauſas, ut cum committūtur omnes cauſſæ alicuius ditionis, territorii caſtri 15, qui ferè comparantur judicibus ordinariis & delegatis à principe 16, alii ad generales cauſſas, veluti ſi mandentur omnes cauſæ quæ vertuntur inter Seium & Titium 17; alii ad plures cauſſas expreſſas ſpeciatim *18*, alii ad unam cauſſam & quālibet illi incidentem *19*. qui omnes pari iure cenſentur quo delegati ab inferiore 20. Et poſſunt omnes eſſe Delegati qui iudicis officio fungi non prohibentur 21. nec multum refert an ſint privati homines, vel etiam inferiores illis quorum cauſſas cognoſcunt & dijudicant, an honore & dignitate antecellant 22. modo ſint dirimendarum litium & cauſſarum tractandarum periti *23*, Delegatus enim æſtimatur ex

perſona

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

perſona delegantis cujus vices in delegatione gerit *24*, & non minor ipſi quàm deleganti honor,& obedientia præſtari debet 25. Sed non prius tanquam Delegatus recipitur, aut æſtimatur quàm reſcriptum delegationis exhibeat *26*, quo ſolo delegatio probatur, non item teſtibus 27. Ideo ſemper in citationibus formam ſuæ delegationis inſerere debet, ut fides ei habeatur *28*. In reliquis actibus judiciariis eundem ordinem,& modum ſervare tenetur, quem ſervat ipſe delegans in ſuo tribunali *29*. Quòd ſi plures ſint Delegati ſimpliciter omnes adeſſe oportet,nec poterit unus, & alter ſolus cognoſcere,& iudicare 30; quod contra eſt in delegatis cum hac clauſula. Quòd ſi nō omnes cauſſæ huic ſervire poterūt unus,aut alter eorum eam definiat; vel cum clauſula alternativa ut omnes, vel duo, vel unus judicet 31. Et ſi tres ſint Delegati cum iſta clauſula. Quod ſi non omnes,& duo idem ſentiant,& tertius diverſum,licet ſententia duorum valeat & executioni mandari debeat, tamen illi duo non poterunt exſequi,niſi vocato ſaltem tertio,etiam in hoc diſſentiēte,& nolente adeſſe *32*. Si pares numero delegati diverſas ſententias protulerint, omnium ſententiæ pendent ex confirmatione delegantis 33: ſicut ordinarii ſi pares numero diverſum ſentiant, ea ſententia obtinet quæ humanior eſt, & reo favet *34*. Si autem plures diverſas ſententias dixerint ei ſententiæ ſtatur cui major pars conſentit 35; & à ſententia delegati fit appellatio ad delegantem *36*. Item uno ex pluribus delegatis mortuo omnium exſpirat officium, adeo quod in cauſſis delegatis abſque renovatione delegationis ulterius procedere nequeant, ſicut eſt in pluribus arbitris 37. Delegantur vero hodie ex generali conſuetudine quam jus Canonicum induxit, omnes indifferenter cauſſæ, etiam quæ ſunt meri, & mixti imperii, tum maximè cum tota & plena iuriſdictio delegata eſt *38*. etſi nonnulli etiam merū, & mixtum imperium in ſimplicis juriſdictionis conceſſione venire contendunt *39*, Subdelegatus eſt cui cauſa, vel unus articulus, vel pars cauſſæ à delegato ſecundo loco committitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

40. Hujus cõſtituendi poteſtatem habet, ut diximus, delegatus principis, delegatus proconſulis, delegatus ad univerſitatem cauſſarum, non item Delegatus ab inferiore principe qui ſubdelegare non poteſt, niſi ſit actus exſecutivus, non juriſdictionalis, ut eſt teſtium examinatio, citatio 41; aut ſit delegatus cũ poteſtate ſubdelegãdi 42; aut ſubdeleget ſciente, & patiente primo delegante, a quo tunc ille Subdelegatus delegationẽ habere putandus eſt 43, aut denique ſi partes ante litem cõteſtatam ſubdelegationi non opponant 44, quia eſt Exceptio dilatoria quę litis conteſtatione tollitur 45.

1. l. 1. §. qui mãdatã ff. de offic. ejus cui l. ſolet ff. de juriſd. cap. ſuper, ext. de offic. deleg. 2. cap. prætere. d. tit. l. ult. ff. de offic. ejus cui 3. Alexan. in l. à divo Pio ff. de re judic. Abb. cap. ſignifica[..]ti, de offic. deleg. 4. cap. paſtoralis, & cap. ſane, tit. eod. 5. Bart. Alexan. & Cast. in l. cui juriſdictio ff. de juriſd. 6. Authent. qui ſemel C. quom. & quan. judex & authent. de litigat. §. omne 7. Iul. Clarus lib 1. §. fin. queſt. 40. 8. cap. ſuper quæſtione, & d. cap. paſtoralis de offic. deleg. 9. l. ult. C. ubi & apud quem cogn. in integr. l. 1. ff. de judic. l. à judice C. eod. 10. Bart. & Dd. in d. l. cui juriſdictio & in l. plerique ff. de in jus vocan, 11. argum. l. ait prætor §. ſi delatorem. ff. quæ in fraud. credit. Iaſon in d. l, cui juriſdictio 12. gloſſa in d. authent. qui ſem[el]. Bartol. in d. l. plerique 13. l. properandũ §. ſeu. autem reus C. de judic. Alexan. in d. l. à divo Pio Abbas in cap. ſi quis contra clericum, de foro compet. 14. l, ult. ff. de offic. ejus cui l. more majorum ff. de juriſd. omn. judic. l. à judice & ibi gloſſa C. de judic. 15. Bald. & Iaſon in d. l. à judice Bartol. in l. 1. ff. quis & à quo, Abb. in cap. cum. cauſſam, extr. de appellat. 16. Gloſſ. in d. l. more majorum, Bald. in d. l. à judice 17. Bald. d. loco. 18. argum. l. ſcire debemus & l. pluribus ff. de verb. oblig. 19. Bald. in l. fin. C. ubi & apud quem cauſ. reor. in jure agi deb. 20. Salic. in d. l. ult. C. de judic. 21. l. cum prætori §. fin. ff. de judic. & 3. quæſt 7. cap. 1. 22 l. præcipimus §. penult. C. de appellat. 23. l. certi C. de judic. Dd. in cap. ſi ſcitatur de reſcript. gloſſ. & Dd. in authent. de judic. §. 1. & 2. 24. l. ſolet ff. de juriſd. cap. cum olim de offic. deleg. 25. cap. ſane quia & cap. ex litteris, de offic. deleg. 26. l. C. de mandat. princip. Specul. tit. de dele. 27. cap. nobiliſſimus & ibi gloſſa diſtinct. 97. cap. cum jure, de offic. deleg. 28. d. c. cum jure & c. præterea, de dilat. 29. Caſtrenſ. in l. cum à nobis C. de dilat. 30. cap. prudentium, de offic. deleg. l. cum magiſtratus & in authen. ut judic. non ſper. fac. juſſ. §. ſi autem d. o C. quando provoc. non eſt neceſſ. 31. cap. ſi plures, de offic. deleg. Bart. in l, ſi uni ff. de re judic. 32, Gloſſ. in cap. fin. de dolo & contum. Iaſon in d. l. ſi uni 33. l. ſi duo judices ff de re judic. cap. ult. de ſentent. & re judic. 34. l. inter pares ff. eod. 35 l. item ſi unus §. ſi pluresiff de recept. arbitr. 36. l. 1. ff. quis & à quo cap. ſi à ſubdelegato de offic. deleg. lib. VI. 37. cap. fin. de offic. deleg. 38 Gloſſ. in cap. pervenit 95. diſtinct. Alexan. in l. imperium ff. de juriſd. 39. Covarr. practicar. quæſt. cap. 1. 40. d. c. paſtoralis 41 Panorm & Abb cap. ſuper quæſtione 2, de offic deleg. & c. cum cauſſam, de appellat. 42. argum. l. non diſtinguemus §. quæſitum ff. de arbitr, Bart. & Dec. in d. l. more majorum Bald. & Iaſon in d. l. à judice 43. Alexand. conſil. 157, volum. 2 gloſſ. ult in cap. is cui, de offic. deleg. lib. VI. 44. Iaſon d. l. à judice 45. l. Pomponius §. ratihabitionis, & ibi gloſſ, ff. de procurat.

TIT. VII.

De Arbitris & Arbitratoribus.

EXTRAORDINARIIS judicibus annumerãtur Arbitri, qui litigatorum conſenſu,& voluntate eliguntur ut ſua ſententia controverſias dirimant,& componant 1. Horum plura ſunt genera. Quidam enim ex compromiſſo adeuntur, quorũ arbitrio parituros ſe litigatores hinc inde ſub ſtipulatione pœnæ promittunt,unde & Recepti arbitri, & Iudices compromiſſarii appellantur 2. Quidam ſine pœnæ promiſſione accipiuntur 3, & ferè in contractibus & negotiis quotiens aliquid arbitrio boni viri definiendum eſt interventores,& pacificatores eſſe ſolent, vulgo Arbitratores 4. Quidam à magiſtratu bonæ fidei ac arbitrariis actionibus adduntur, qui propriè Iudices appellantur 5. Quidam vocantur Arbitri juris, quod legis neceſſitate conſtituuntur,quando judex ante litis conteſtationem tanquam ſuſpectus recuſatur, ut de cauſſis ſuſpitionis an legittimæ ſint cognoſcant 6; de quibus non eſt hic dicendi locus, ſed tantum de prioribus duobus generibus Arbitro compromiſſario, & Arbitratore: inter quos varia & multiplex differentia eſt. Nam Arbiter aditur ex compromiſſo ſub ſtipulatione pœnæ ſi ſententiæ illius non ſit paritum 7, ad dirimẽdas lites & controverſias in judicium deductas 8, & cognoſcit ad modũ Iudicis ſervato juris ordine 9: adeo ut nec die feriato arbitretur 10; quia arbitria ad modum judiciorũ redacta ſunt 11, Niſi inter partes compromittentes conventum eſt quomodo procedere debeat. tunc enim ipſi nihil licet præter quod cautum eſt compromiſſo, ex quo omnis ejus poteſtas dependet 12. Ad hoc arbitrium profert citatis partibus,& præſentibus,quia neceſſaria eſt earum præſentia, nec ſufficit abſentia per contumaciam 13. Et Arbitriũ ejus ſive æquum ſive iniquum, ratum habetur, nec ex iniquitate appellatur,aut reducitur 14. etſi aliis quibuſdam ex cauſſis Reductio permiſſa ſit, de quibus infra. Item litis conteſtatio coram arbitro facta interrumpit præſcriptionem perinde ac ſi coram ordinario judice facta eſſet 15. Denique probationes,& alia acta coram arbitrio producta valent in ordi-

nario

nario judicio *16*. Quæ omnia aliter obtinent in Arbitratore, qui adſumitur nudo conſenſu abſque pœnæ promiſſione. *17*, & non tantùm à litigatoribus dirimendarum litium cauſ-ſa, ſed etiam à contrahentibus ad firmandos vel declarandos contractus, ſcilicet ad cõſtituenda venditionum pretia, & ad mercedes conductionum, & partes ſocietatis, aut hæreditatis *18*. Inſuper cognoſcit neglecto juris ordine, & ſolemnitatis ratione nulla habita *19*. unde etiam die feriata Arbitramentum pronuntiat, quia hoc ipſum Contractus habetur *20*, qui feriis quibuſcunque initus valet *21*. Et hæc differẽtia maximè ſpectatur quotiens incidit dubitatio Arbitrer quis an Arbitrator ſit conſtitutus. Nam ſi ita ſit cõpromiſſum ut quis ſervato judiciorum ordine cauſſam decidat, pro arbitro habendus eſt quamvis Arbitrator nominatus ſit in compromiſſo: & contra ſi ita cautum ut omiſſa juris forma & ſolemnitate rem ſimpliciter definiat, is Arbitrator eſt, & habet poteſtatem arbitrandi prout ſibi æquius melius videbitur, ſic tamen ut uni parti addere, alteri detrahere, niſi juſta ratione moveatur, non poſſit *22*: &, ſi inique arbitratus fuerit, læſæ parti ab eo ad arbitrium boni viri, id eſt ordinarii ipſorum judicis, Reductio permittitur *23*. Quòd ſi in cõpromiſſo, & actis nullum omnino genus arbitrandi fuerit expreſſum, vel utrumque conjunctum, & cumulatum, in dubio cognoviſſe ut Arbitrator, & Arbitramentum tuliſſe cenſetur; quod ſummam æquitatem habet; nimirum ut peti poſſit Reductio *24*. Et valet arbitrium ejus partibus abſentibus & non citatis latum, ſi cauſſam ipſis præſentibus cognovit; at ſi non fuerunt præſentes in cognitione cauſſæ vel examinatione, tum arbitramentum ipſis abſentibus & non citatis latum eſt nullum *25*. Sed litis conteſtatio apud arbitratorem facta non interrumpit præſcriptionem *26*; nec probationes & atteſtationes coram arbitratore prolatæ fidem faciunt coram judice ordinario; quoniam apud arbitratorẽ non eſt Iudicium, etiamſi ordinem judiciorum obſervet *27*. Poſſunt autem Arbitri eſſe omnes cujuſcunque ſint ordinis

& dignitatis 28, ſive patres, ſive filii familias *29*, profani, vel eccleſiaſtici *30*, monachi adminiſtrationem habentes *31*; unus aut plures *32*; etſi in unum compromittere periculoſū eſt ob varias, & inconſtantes hominum voluntates. Excipiuntur hi qui natura, moribus, vel lege prohibentur, ut mutus, ſurdus, furioſus, pupillus 33, ſervus, feminæ *34*, Delegatus, arbitri; quia arbiter non poteſt alii delegare 35; judex in cauſa de qua judex eſt aut antea fuit, etiamſi partes volūtariè in eum compromitterent tanquam arbitrum *36*: qui tamen jure civili Arbitrator eſſe poteſt *37*; & hoc amplius jure Canonico quo hac in parte utimur, tam Arbiter quàm Arbitrator recipitur Iudex ſive ordinarius, ſive delegatus *38*. Quòd ſi plures Arbitri compromiſſarii fuerint, & diverſas ſententias dixerint, ei ſententiæ ſtatur cui major pars accedit *39*; ſi pares numero aut omnes diſſenſerint, ea ſententia prævalet quæ humanior eſt: veluti ſi inter duos unus cōdemnet in decem, alter in quinque, aut alter tres unus in viginti, alter in quindecem, tertius in decem, tunc minori ſummæ ſtatur. 40. Nec ob talem diſſenſum adſumitur tertius, ſed tum demum cùm pares numero ſententiæ repugnāt, & contrariantur, ut cùm unus vult abſolvere, alter condemnare 41. Et debent omnes ferēdæ ſentētiæ adeſſe, nec major pars ſufficit jure civili 42, Etſi jus Canonicum aliter in ſuo foro obſervet 43. Compromittere verò poſſunt omnes qui habent liberam rei ſuæ adminiſtrationem, & poteſtatem tranſigendi, non ſolum ipſi domini, ſed etiam tutores, curatores, & procuratores cum ſpeciali adhoc mandato, vel generali *44*: tam filii quam patres familias 35, clerici de rebus eccleſiaſticis, de quibus etiam compromittunt in arbitrium laicorum ut ſententia valeat tanquam per pactum *46*: quàmvis Prælatus de rebus eccleſiæ non compromittat ſine conſenſu capituli ſui 47, neque monachus ſine licentia ſuperioris ſui *48*; neque Vaſallus, vel emphyteuta in præjudicium domini 49. Denique cōpromitti poſſunt omnes res, & cauſæ 50, præterquam emphyteuſis *51*, feudum ſine conſenſu domini

domini 52, & res alienari prohibitæ 53: quia arbitramentū eſt quædā tranſactio 55. Ad hoc cauſa matrimonialis, cauſſa liberalis, & reſtitutionis in integrum 56, cauſſa alimentaria 57, cauſſa criminalis in qua agitur ad vindictam publicā, ut coerceatur is contra quem agitur, ut pœna fiſco applicetur: quia partes non poſsunt reipubl. vel fiſco præjudicare 58: contra ſi agatur civiliter, id eſt ad utilitatem, & commodum privatum, cauſa criminalis compromitti poteſt: quoniam tunc pars cui pœna ſit applicanda, poteſt juri ſuo renuntiare 59. Porro in compromiſso ſive pœna fuerit adjecta ſive non, ex ſententia arbitri tam actio judicati, quàm exceptio ex pacto datur, poſtquam litigatores in eam conſenſerint, vel expreſse per ſubſcriptionem, vel tacitè cùm per decem dies acquieverunt 60. Non tamen ſimul peti poteſt executio pœnæ in compromiſso adjectæ 61; quoniam proviſio hominis pœnam ſtipulantis tollit proviſionem legis: niſi expreſse conventum ſit ut utrumque petatur, vel niſi clauſula Rato manente pacto, vel alia ſententia quæ idē operatur, compromiſso inſerta ſit 62. Nam juramentum compromiſso adjectum vim illius clauſulæ Rato manente pacto, non habet jure civili, quo arbitria juramento firmari prohibitum eſt 63, verum jure pontificio præciſè valet 64. Et licet à ſententia arbitri regulariter non appelletur 65, tamen certis quibuſdam ex cauſſis appellatio, & Reductio permittitur; veluti, Si dolo compromittentis latum ſit arbitrium iniquum 66, vel evidens gratia, aut ſordes, ſive corruptiones arbitri arguantur 67, vel enormis læſio, & magna iniquitas appareat 68; quam ordinarius Iudex partium ex variis circumſtantiis dijudicabit 69. Arbitrium enim tale debet eſse quale bono viro cōvenit, ſine dolo malo, lata culpa, enormi ni læſione 70, vel denique, Si arbiter ſit datus à judice, vel à partibus aſsumtus cum autoritate judicis; quia tunc appellare & reducere licet 71. Reductio autem cùm ſit ſpecies appellationis 72, optima & tutiſſima ratione petitur inter decē dies 73; quamvis elapſis decem diebus nihilominus locum

habet, & peti poteſt uſque ad triginta annos 74; quoniã eſt perſonalis, & ideo non præſcribitur niſi ſpatio triginta annorum 75. Debet vero fieri ad judicem ordinarium ejus qui reductionem petit, coram quo cauſſa ipſa foret, ſi compromiſſa non fuiſſet, diſceptanda 76: à quo ut recipiatur, oportet enormiſſimam læſionem, vel manifeſtam nullitatem ex actis allegare 77. Nec eſt prohibitum appellare à ſententia judicis reductionis arbitramentum confirmantis, vel retractantis; ſed permittitur gravatum uti beneficio appellationis perinde ac in omni gravamine 78. Atque hæc de judicibus dicta ſufficiant: nunc videamus de perſonis quæ ipſis in judicio accedunt & adſiſtunt, ut ſunt Adſeſſores, Actuarii, tabelliones, cæterique judicum miniſtri.

1. l. 4. ff. de recept. arbitr. authent decernimus C. eod. 2. d. tit. ff. & C. l. 4. ff. de tutor. & curat. dat. ab his l. penult. ff. de judic. 3 l. penult. C. de arbitr. l. ult. C. ubi & apud quem cogn. in integr. reſtit. 4. l. ult. C. de contrah. empt. & vend. l. ſocietatem ff. locati 5. l. à divo Pio ff. de judic. l. ad officium C. communi divid. l. arbitrium ff. familiæ erciſc. 6. l. fin. C. de judic. cap. cum ſpecialis, de appellat. 7. d. l. 4. ff. de recept, arbitr. 8. l. Pomponius d. tit. 9. d. l. Pomponius Bartol. in l. ſocietatem ff. pro ſocio, Innoc. Bald. Panorm. & Imola in cap. Quintavallis, de jurejuran. 10. l. ſi feriatis & l. diem proferre §. ſi quis litigatorum ff. de recep. arbitr. 11. l. 1. d. tit. 12. l. non diſtinguemus, & l. in compromiſſo ff. eod. 13. d. l. diem 14 d. l. non diſtinguemus §. cum quidam d. l. diem l. 1. C. eod. 15. l. penult. & ibi Bald. & alij C. de arbitr. Innoc. & Dd. in d. cap. Quintavallis 16. cap. præſentata, de teſtib. d. l. penult. C. de arbitr. lib. VI. 17 d. l. penult. d. l. ſi ſocietatem ubi Bart. 18. l. ſi merces ff. locati d. l. ſi ſocietatem l. ult. C. de contrah. empt. & vendit. 19 authent. ſi vero contigerit ubi gloſſa C. de judic. 20. Gloſſ. in authen. ut differ. judic. Bartol. in d. l. Pomponius 21. l. fin. C. de ferijs & ibi Bald. 22. d. l. Pomponius & ibi Dd. 23. Bald. ibidem 24. Angel & Bald. in l. ſi ſervus plurium §. fin. ff. de legat 1. Ludovic. Roman. in l. in teſtamento C. de milit. teſtam. Panorm. in d. cap. Quintavallis Alexan. conſil. 13. & 96. volum. 1. & conſ. 19. volum. 4. 25. Bald. in l. fin. C. de contrah. empt & vendit. Imola in l. duo ex tribus ff. de re judic. Iaſon in l. ſi quis arbitratu ff. de verb. oblig. 26, Dd. in d. cap. Quintavallis 27. Innocent. d. cap. Panorm. d. cap. præſentata 28. l. Labeo §. ait prætor l. Pædius ff. de recep. arbitr. 29. l. ſed et filius familias cum legg. ſeqq. ff. eod. 30 cap. per tuas, cap. expoſita, extr. eod. 31. Specul. tit. de arbitr. & ibi Ioan. And. 32. l. item ſi unus §. item ſi plures & §. ſi in duos l. diem §. ſi plures ff. eod. 33. l. cum l. Iulia ff. eod. cap. cum vigeſimum ubi gloſſ. & Dd. de offic. deleg. 34. l. Pædius, l. ult. C. de arbitr. cap. dilecti, tit. eod. 35. l. in compromiſſi, ff. de recept. arbitr. d. l. ſi quis arbitratu 36. d. l. ſi in ſervum §. ſi quis judex & ibi gloſſ. l. prætor ff. de tutor. vel curat. dat. ab his l. 1. ubi gloſſ. & Dd. ff. de oper. novi nuntiat. 37. d. authent. ut differ. judic. & ibi gloſſ. Bart. & Bald. in d. §. ſi quis judex 38. cap. cum tempore & cap. ex parte, ubi Dd. de arbitr. cap. niſi, de præben. Anton. Butrig. & Imola in d. cap. Quintavallis. 39. d. §. ſi plures 40. cap. 1. de arbitr. 41. l. item ſi unus §. principaliter & d. §. ſi in duos ff. de recept. arbitr. 42. d. §. item ſi unus & §. ſi in tres ff. eod. Bartol. in l. nullum ff. quod cujuſque univerſ. nom. 43. cap. 2. de arbitr. lib. VI. 44. l. procurator tutoris l. mandato generali & ibi Bartol. ff. de procur. l. præſes & l. tranſactiones C. de tranſac. l. ſi procurator C. de procur. l. tutor ff. de jurejur. 45. l. licet §. ſed ſi filius cum §. ſeq. ff. de pecul. Bart. in l. fin. §. neceſſitate C. de bon. quæ libert. 46. Felin. cap. 2. de judic. Panorm. conſ. 33. 47. d. cap. cum tempore, & cap. cum tuas, de arbitr. cap. contingit, de tranſact. 48. Hoſtienſ in

ſumma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ſumma tit. de arbitr. Specul. eodem 49. Socinus Iun. conſil. 77. lib. 1. Curt. Iun. de feudis. part. 4. Alexan. in d. l. 1. ff. de oper. nov. nunt. 50. l. de rebus ff. de recept. arbitr. 51. Curt. Iunior de feudis d. loco 52 Iul. clarus §. feudum quæſt. 39. 53. auth. 25. C. Comm. fideicomm. 54. Bartol. in l. jus dicendi ff. de tutor. & curat. dat. ab his 55. Gloſ. in d. authent. ut differ. judic. 56. d. l. non diſtinguemus 57. Iaſon in l. de alimentis C. de tranſact. 58. Gloſſa in l, divus Marcus, & gloſ. fin. ff. ad Syll. & Claud. Senatuſc. Bart. in l. 1. §. uſque adeo ff. de injur. Bald. in l. tranſigere C. de tranſact. 59. Gloſſa in l. 1. ff. de his qui not. infam. Panorm. & alij in d. cap. Quintavallis 60. l. penult. C. de arbitr. l. litigatores § interdum, ubi gloſſ. & Bart. tit. eod. d. cap. per tuas & ibi Abb. 61. Ferrarius in form. libell. ad pœna ex comprom. 62. l. 2. & l. penult C. de recep. arbitr. ubi Bart. & Dd. 63. authent. decernimus C. de arbitr. 64. cap. 2 & cap. cum tempore, & ibi Abb. de arbitr. Bald. in d. authent. decernimus 65 l, 1. C. de arbitr. d. l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio 66. l. ita demum C, de recept ut ſentent. 67. l. 3. C. de recept. arbitr. 68. Gloſſ. in cap. à judicibus 2. quæſt. 6. Panorm. in d. c. Quintavallis Innoc. in cap. expoſita de arbitr. 69. Panorm. d. cap, 70. l. creditor §. Lucius ff. mandati l. 3. §. penult ff. de recept. qui 71. l. cum antea C. de arbitr. l. ex conſenſu ff. à quibus appell. non lic. & ibi Dd. 72. d. l. non diſtinguemus l. penult. §. ſin autem C. de recept. arbitr. Panorm. d. c. Quintavallis 73. ſpecul. tit. de arbitr. 74. Bart. in d. §. arbitrorum Bald. in l. fin. C. de contrah. empt. Decius conſ. 39. Afflict. deciſ. 132. 75. l. ſicut C, de præſcript. 30. annor. Angel. conſil. 315. 76. l. 2. C. ubi & apud quem cognit. reſtit. agitan. ſit, d. cap. expoſita. Panorm. d. cap. Quintavallis Bart. in d. l. ſocietatem 77. cap. fin. de cohabit. clericor. Caſtr. in l. 1. ff. ſi quis caution. 78. Bald. in l. unica C. Ne liceat in una cauſ. ter provoc. Alexand. conſil. 106. volum 3.

TIT. VIII.

De Adſeſſoribus.

ADSESSORES ſunt qui judicibus, vel magiſtratibus in jure reddendo adſident, & conſilium præbent: unde etiam Conſiliarii vocantur *1*. Nec tantum ordinariis judicibus adſunt, ſed à delegatis quoque poſſunt adſumi, ſi cauſſæ gravitas & difficultas exigit, idque expenſis partium 2. Eligi autem debent viri ſpectatæ probitatis, & innocentiæ, præſtantes cognitione juris, aut ſaltem periti tractandarum rerum quæ in communi hominum vita verſantur 3, integrè famæ, & honeſtis natalibus, non illegittimè nati *4*, non excommunicati, vel relegati 5. Nam qui aliqua infamiæ macula notati ſunt, Si neque adſeſſores, neque cõſiliarii principis eſſe poſſunt 6, neque Doctoris titulo inſigniri, quia Doctoratus eſt dignitas *7*. Ac civis & indigena in electione præfertur extraneo, propterea quod conſuetudines, & ſtatuta patriæ melius ſcire 8, & magis patriam & civitatem ſuam diligere præſumantur *9*: quod quidem verum eſt quantum attinet ad curam, & adminiſtratio-

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

nem rerum publicarum, non quantum ad juriſdictionem, i qua exteri præferuntur, ne propter favorem, & gratiam ami corum, vel familiarium relligio judiciorum prævertatur 11. Prohibetur Adſeſſor eſſe laicus apud tribunal Epiſcopi 1 & Advocatus idem Adſeſſor ſimul eſſe non poteſt tam in e odem quàm in alieno auditorio, ne dum utrumque præſt re vult neutrum bene peragat; nec permiſſum eſt unum du obus magiſtratibus adſidere, & utriuſque judicii curam ge rere; cum unus vix poſſit duobus neceſſariis officiis ſupere ſe 12. Recuſatur quoque Adſeſſor pro ſuſpecto, atque ade judex propter ſuſpectum adſeſſorem recuſari poteſt 13, & teſtimonio repellitur in cauſa in qua adſedit, & conſiliun præbuit, propter ſuſpicionem quod pro ea teſtaretur 14. De nique tenetur Adſeſſor de dolo, & imperitia ſi conſiliũ pra vum, vel iniquum dedit 15. immo judicem Adſeſſoris impe ritia à pœna male iudicantium non eximit 16. præterquẽ forte Adſeſſor electus ſit à populo, vel univerſitate 17: ſicu contra Adſeſſor nõ excuſatur quãdo judex male judicat nil apud acta proteſtetur, & contradicat 18 Quod enim à ju dice fit de conſilio adſeſſorum fieri cenſetur, quoniam ju dex ſequi debet conſilium adſeſſorum, modo non ſit ini quum 19. Hoc amplius Adſeſſor propter culpam graven vel delictum removetur ab officio, & tenetur ad intereſſ 20. Officium autem Adſeſſorum verſatur in his fere actibus in cognitionibus, poſtulationibus, citationibus faciendis edictis promulgandis, decretis formandis, epiſtolis dictandis, libellis recipiendis, vel repudiandis 21. Cognitionem & conſilium præcipuè impendunt, ſententiam ſuo nomine nõ ferunt 22, & ſine judicibus vel magiſtratibus jus dicendi poteſtatem, & juriſdictionem nullam habent 23, niſi populus aut univerſitas, princeps vel ſuperior ipſis concedat juriſdictionem ordinariam, ut in pleriſque locis ſolet 24. Et finitur Adſeſſoris officium morte; nec ſalarium ad hæredes trãſmittitur 25: ſicut nec ſcriptor, nec quiſquam alius qui ſuo caſu impeditur gerere, ſalarium accipit 26. Sed Legatus vel

præſes provinciæ ſi ante præfinitum tempus moriatur; & ſi per adſeſſorem non ſtetit quo minus ſuo munere fungeretur, integrum ſalarium illis debetur 27, quemadmodum & ſcriptor aliuſque caſu contingente in perſona conductoris impeditus, ſalarium integrum habet 28. At Iudex, Doctor, & Advocatus conductus ad annum, ſi intra annum decedunt, ſalarium ejus anni ad hæredes tranſmittunt 29.

1. l. 1. C. de adſeſſor. l. velut. C. eod. l. conſiliariis ff. eod. 2. Bald. in authen. ad hæc, Salicet. in l. certi juris C. de judic. 3. l. 2. ff. quod quiſq. jur. & ibi gloſſ. l. 1. & l. pen. C. de adſeſſor. l. 3. ff. de offic. adſeſſor. 4. Bald. & Alex. in l. 4. ff. de lib. & poſthum. 5. Specul. tit. de adſeſſ. 6. d. l. 3. ff. de offic. adſeſſ. 7. Bart. in proemio Cod. 8. cap. quoſdam, & cap. quanta, de præſumpt. arg. l. 2. C. de offic. præt. 9. Lucas de Penna in l. quiſque C. de omni agro deſer. & in l. 3. C. de apochis public. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſum. 73. 10. Alciat. d. loco. 11. Domin. Gemin. in cap. ſtatutum §. aſſeſſorem, de reſcrip. lib. VI. 12. l. fin. C. de aſſeſſor. Iaſon in d. l. conſiliariis 13. d. cap. ſtatutum & ibi Ioan. And. 14. Specul. tit. de teſtib. Maſcard. de probat. volum. 1. concluſ. 145. 15. l. hoc edicto ff. quod quiſq. jur. l. 1. §. ſuadere ff. de ſervo corrup. l. conſilium non fraudulentum ff. de reg. iur. 16. Gloſſ. & Dd. in l. 2. ff. quod quiſq. jur. Felin. in cap. ſuper quæſtionem, de offic. deleg. 17. Dd. in d. l. 2. Felin. in d. cap. 18. Bald. in l. quoniam judices C. de appellat. Caſtrenſ. in l. diem functo ff. de offic. adſeſſ. 19. Alexan. in d. l. diem, Lucas de Penna in l. omnes C. de decur. 20. Gloſſ. & Caſtern. in d. l. diem Bart. in l. Mævia ff. de lun. leg. Bald. in l. ſcilicet & reprobari ff. de excuſ. 21. l. 1. ff. de offic. adſeſſ. d. l. 2. Co. eod. 22. ſpecul. tit. de aſſeſſor. Bald. & Iaſon d. l. 1. 23. d. l. nunquam C. de adſeſſ. authen. ad hæc. C. de judic. 24. Bart. in l. præcipimus §. quod ſi à duce C. de appellat. Bald. in d. authen. ad hæc 25. l. 1. ff. de offic. ejus cui. Caſtren. d. l. diem 26. l. ſi non § item cum quidam ff. locat. gloſſ. in l. penult. de condit. ob cauſ. dat. 27. l. 1. § divus ff. de var. & extraord. cognit. Bart. Alex. Iaſon. & Caſtr. d. l. diem functo per text. in l. qui operas ff. locat. 28. l. ſi addes § cum quidam ff. eod. 29. l. properandum § in honorariis ff. de judic. Dd. in d. l. diem Gloſſa in d. § divus pius, Guido Papa deciſ. 117. Dec. conſ. 70.

TITVLVS IX.

De Scribis.

SCRIBAE judicibus vel magiſtratibus adſunt ut acta judicii præſcribãt, & adſervent; qui iidem Actuarii, Notarii actorum, & vulgo Secretarii appellantur; ſicut Secretarium dicitur locus in quo judices cauſſas examinãt 1. Eorũ officium eſt, dicta, actaque judicii ordine, loco, & tempore quo peraguntur, excipere, & conſcribere; videlicet in ſummariis cauſſis petitiones verbales 2, in ordinariis citationes, exceptiones, dilationes, poſitiones, reſponſiones, teſtium depoſitiones, confeſſiones, inſtrumenta, interlocutiones, concluſiones, ſentẽtias, appellationes, & ſimiles actus 3. In quibus omnibus Scribæ creditur, niſi aliud probetur

4, veluti quod plus minuſve quam dictum fuit à partibus 5, aut quod impertinentia ſcripſit 6, & neceſſaria capita omiſit, aut quid occultavit 7: quo nomine parti læſæ tenetur ad intereſſe, ſive dolo ac culpa, ſive imperitia (debet enim jura ſcire, ſaltem ad ipſius officium ſpectantia 8) perperam fecit 9. Poteſt tamen commiſſum emendare antequam exēplar det partibus 10, aut dato iam exemplari ubi ex collatione ſui exempli ſe erraſſe deprehendit 11. Sed non poteſt ſine conſenſu judicis acta publicare 12, aut partibus exemplar actorum dare, niſi judice mandante 13, nec obligationē apud acta recipere judice abſente: quia talis obligatio ſine præſētia judicis à ſolo ſcriba recepta non valet 14. nec atteſtationes, nec juramenta recipere ſine præſentia judicis vel ipſius juſſu, etiamſi partes concedant 15: quia ad judicem pertinet teſtes interrogare, eoſque diligenter examinare; ſcribere verò atteſtationes ad ſcribam 16: licet atteſtationes teſtium à ſolo ſcriba receptæ abſque judicis licentia faciunt ſemiplenam probationem, quando ſcriba examinat teſtes in extremo vitæ diſcrimine conſtitutos, aut in remotis locis agentes, ita ut periculum in mora eſſet 17. Mandatum autem judicis de examinatione teſtium ab alio ſcriba confici debet, & ſi ab ipſo ſcriptum eſſet fidem non haberet 18. Cæterum poteſt abſente judice libellos, inſtrumenta, aliave acta recipere 19, & ſine permiſſione judicis acta conficere de geſtis in judicio 20, & acta judicii quæ cœpit ſcribere eadem ipſe abſolvere debet, niſi impeditus ſit; quo caſu alius ſubſtitui debet à judice, non à ſcriba impedito, vel abſente 21, Recuſari in examinatione teſtium tanquam ſuſpectus Scriba non minus quam Iudex poteſt; idque ſolo juramento à recuſante præſtito ſe illum ſuſpectum habere 22.

1. l. ult. C. ubi Sen at. l. 2. C. de offic. diverſ. judic. 2. Clement. 1. & ibi gloſſa & Cardin. de verb. ſignif. 3. l. 3. l. nemo § ult. C. de adſeſſor. Novell. 44. & 60. 4. Innocē in cap. ad audientiam, de reſcript. & cap. quoniam de probat. 5. Bart. l. fin. C. de magiſt. conven. Bald. in l. qui accuſare C. de eden. 6. Bald. in l. ſi menſor. l. hoc judicium ff. Si menſor. falſ. mod. dixer. 7. l. eum C. Ad legem Cornel. de falſ. Bart. in l. presbiteri C. de epiſc. & cler. 8. Novel. 66. gloſſa in l. generali C. de tabell. 9. d. l. fin. C. de magiſt. conven. 10. Socin. conſil. 94. 11.

Bart.

Bart in l. ſi libratius ff. de reg. jur, & in l. Imperator. de ſtatut, homin. Iaſon. volum. 1, conſ. 28. 12. Bald. in addit. Specul, tit. de inſtrum. edit. 13. Dd. in l, 2. C. de edẽ. & in l. præcipimus § in his C. de appellat 14. Lucas de Penna in l. juſtor, C. de jure fiſci, Afflic, decis 135. 15, Bald, in l. illud. C, de ſacroſã, eccleſ, in l, interrogatãC, de liber, cauſ. Imola in l, acta ff. de re judic, 16. Bald, in addit, Specul. tit. de teſtib, 17, Iacob, Butr, in cap, fin, de jurejur, Bald. & Salicet, in l. jubemus C. de liber, cauſ, 18, Hoſtienſis Ioann, Andr, & alij in d, cap, quoniã Alexan, conſ, 212. vol, 2. & conſil, 104. vol, 5, Guido Papa deciſ, 126, 19, Bald, in authen, quæ ſupplicatio C, de precib, imper. offer, 20, Bald, & Dd, in l, præcipimus, 21, Bald, in l, 2 C, quom, & quan, jud, & in d, l, imperator & in l. 1, C, de ſportul, Alexand, in l. 1, ff, de offic, conſul, 22, Gloſſ, in authen. de trien, & ſemiſ, §, & quia ſæpe Alexan, conſil. 104, Lanfranc, d, c, quoniam.

TITVLVS X.

De Apparitoribus, Viatoribus, Cæteriſq; Iudicum Miniſtris.

APPARITORES generaliter vocantur omnes judicium vel magiſtratuum miniſtri qui ipſis apparent & præſto ſunt, ut ſcribæ, actuarii, exſecutores, viatores & alii. Exſecutor autem eſt cui executio ſententia committitur poſt ſententiam latam & diſcuſſionem executionis. 1. Nam abſque mãdato, & quidẽ ſcripto & authentico, nullam habet facultatem exſequendi 2: nec poteſt executionẽ priori judici, aut præfecto loci aut alteri alicui non Exſecutori tradere, ſed debet ipſemet exſequi 3. Cæterum ſi moriatur ante factam exſecutionem, ſuccedenti in locum ejus alio mandato ad eandem exſecutionẽ opus non eſt 4. Quòd ſi exſecutor datus eſt admittendum in poſſeſsorem debet 5; & omnes quorum intereſt 6. aut poteſt dejicere poſseſsorẽ vi de poſseſsione ſi ita lata ſententia eſt. 7. Viator dicitur qui vocandi, nuntiandique cauſa judici vel Magiſtratui apparet. Vnde etiam publicus nuntius appellatur: cujus officium eſt citationes & reliquos actus judiciales exſequi 8: in qua executione ſi male egit de culpa & negligentia tenetur, ſuiſque ſumptibus denuo exſequitur, & a judice punitur 9. Executæ citationis relationem in acta redigere debet: quia relatio pertinet ad ſubſtantiam citationis, & ideo ſi omitteretur, citatio nullius eſſet momenti, & proceſſus vitiaretur 10. Et creditur ac ſtatur ejus relationi in iis quæ ad ipſius officium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ſpectant 11. ut ſi referat ſe aliquem in perſonam citaſse, vel citatum reſpondiſſe ſe nolle venire 12: ſecus ſi dicat ſe à citato pulſatum, verberatumve, aut maledictis perſtrictum; quod non creditur niſi probetur 13: ſicut nec creditur referenti grave crimen, de quo tamen ad ipſius denuntiationem judex poterit inquirere 14; aut ſi dicat ſe aliquem citaſſe, & is jurato affirmet ſe non citatum, ſitque vir ſpectatæ probitatis & integræ famæ. Hic enim potius fidem meretur quam Nuntius 15: qui inter miniſtros judicum minimæ dignationis eſt, & habetur vilis perſona 16. Vtrique autem tam Exſecutores, quàm Viatores matriculæ judicii inſcribantur neceſſe eſt, ut fidem faciant, alioquin ſi exſequantur aliquẽ actum cùm necdum ſint inſcripti matriculæ, quamvis poſtea inſcribantur, non valet executio 17. Adhoc debent eſſe probati, fideles, & humani, non iniqui, duri, & inhiantes lucro 18; ſed contenti ſalariis ſuis, quæ licite accipere poſsũt ſecundum fori conſuetudinem, & æſtimationem judicis, ad quem ea res pertinet 19: pauperibus extrema paupertate laborantibus operam ſuam gratis præſtare ad litis eventum, perinde ac advocati.

1 l. executorem ff, de execut, rei judic, l, ult, § ult, ff. de offic. deleg, 2, Dd, in l, juſte ff, de acquir, poſſeſſ, Felin, & alij in cap, conſtitutus, de reſcript, 3, Mynſinger, cent, 1, obſer, 76. & 79, 4 Iaſon in l, more majorum ff, de juriſd, omn, judic, Angel, & Bald, ibid, 5. l, hæc autem § 1, ff. ex quib, cauſ, in poſſeſſ, eat. & ibi Bart, 6. cap. exhibita, de judic 7, l, qui reſtituere ff. de rei vendic, 7, prohibitum C, de jure fiſci Bart, in l. in diem ff, de re iudic. 8, l, omnes § executoribus C, de epiſc, & cleric. l, in ſacris, C, de prox. ſacr, ſcrin, 9, Spec, tit. de execut. Maranta tit, de citation, 10, l, hæc autem & ibi, Bart, cap, cum parati de appellat, ubi gloſ, & Dd, Alexan, in l, ſed ſi de ſua ff, de adquir, hæred. 11, l, ea quidem, & ibi gloſſa C, de accuſat, Bart, in l, 1, ff, de offic, præf, urb. 12, Bart, in l. tres denuntiationes C, quom, & quan. jud. 13 Guido Papa deciſ. 62S, Ioann, Andr. in addit. Spec, tit. de citat. 14, l, divus ff, de cuſtod. reor. & ibi Bart. 15. Abb, & Panorm, in d, cap. cum parati. Angel, in § quadrupli, Inſtitut. de action, Salic, in d, l, tres, 16. Felin. in cap. cum prudentiam, de offic, jud. deleg. 17. Mynſing. cent, 1 obſer. 78. 18, Novell, 82. § his qui lites l, per illyricum, C, de cohort. & princ, l, 1, cum ſeqq, C, de lucr, advocat 19. l. argen. C. de edendo cap, ſtatutum, de reſcript. & toto tit, C. de fruct, & tit, expenſ.

TITVLVS XI.

De Actore.

Sequuntur

SEQUUNTUR Iudicē litigātes perſonæ, Actor & Reus, & qui illis accedūt Advocatus, Procurator, Syndicus, & alij de quibus nūc ſingulatim dicemus. Actor autem eſt is qui actionē in judicio proponit, ſive proprio nomine agat, ſive alieno. Ejus partes ſunt ut priuſquā litē inſtituat adverſarium de re controverſa appellet, & admoneat: quod niſi fecerit, expenſas in citatione factas repoſcere non poterit 1. Deinde diligenti animi conſideratione, rectoque judicio perpendat num litem movere expediat 2, ne ſi præcipiti & inconſulta litigandi ratione procedat, res præter opinionem aliter cadat. Eventus ſiquidem litis incertus, & dubius habetur 3. Et ſi videatur expedire, facti ſpeciem, genus actionis, & jus quo defendi poſſit attentè inquirat 4. Tum demum Reum ad competentem ſuum judicem in jus vocet 5, & judicium cœptum diligenter perſequatur 6; quod ipsū ſi differt & extrahit, in juſta cauſſa eſſe non dicitur, & in expenſas condemnandus venit 6; aut ſi omnino deſiſtit, & aliam actionem intentat, niſi prius refectis Expenſis haudquaquam auditur 7: intentionem ſuam probet, & quibuſcunque poteſt documentis ſtudeat communire 8; alias ſuccumbit 9, etiamſi reus injuſte poſſideat 10. Actore enim non probante reus abſolvitur, licet ipſe nihil probet 11; vel etiam confiteatur juris ſui defectum, id eſt nullam probabilem defenſionem ſe opponere ad excludendam actoris intentionem poſſe 12. Immo actor nihil probans Calumniator habetur 13. Poteſt nihilominus contra Reum abſolutum iterum experiri, ſi fortè inſtrumenta quæ ad cauſſæ ſuæ probationem pertinēt, noviter repperit 14. Sed ante omnia Actor debet habere perſonam legittimam ſtandi in judicio, & ſi eam nō habet agere prohibetur 15; veluti furioſus, & fatuus ſive mente captus propter rationis egeſtatem nullum negotium gerere, neque judicio intereſſe poteſt 16, ſed ejus curator agere & conveniri debet 17. Et prodigus cui quidem à judice bonis interdictum eſt, à judicio arcetur 18. Proſcriptus quoque, ſive ut vulgo dicitur, bannitus, ſi omiſſis bonis & confiſcatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

exſulat 19; quia in fiſcum tranſeunt actiones 20: ſed ſi bon
retinet & ſolum duntaxat mutat, nihil impedit eum per ali
agere 21. Hæreticus quoque & Excommunicatus majo
ſcilicet excommunicatione, ab aliis quidem conveniri, n
perfugii ſui allevationem aliquam ſentiat 22, ipſe verò aliu
in jus vocare non poteſt 23: cùm tamen excommunicatu
minore excommunicatione, id eſt participatione ſacrame
torum, tantum privatus experiri judicio, vel, ſi procurato
ris poteſtatem habere nequeat, ipſe ſui defenſionem præſta
re poſsit 24. Servus etiam repellitur, niſi libertatis ſuæ cau
ſam tueri 25, aut judicis officium ad conſequenda aliment
ſibi in teſtamento relicta implorare, aut poſſeſsionem abſen
tis ſui domini per vim turbatam recuperare velit 27. Ne
admittitur Monachus deo devotus, qui nullũ habet rerũ do
bona, & miniũ, & ſicut Servus, pro mortuo reputatur 28: ni
ſint Abbates aut alii præfecti monaſterio, qui habent propri
nomine litigare poſſũt 29; vel niſi monachus adverſus ſuun
prælatũ accuſationẽ inſtituere velit 30; ad quam tamen no
admittitur ſine prævia cauſſæ cognitione, quo animo ad ac
cuſandũ procedat 31, vel petat reſtitui in monaſteriũ ũde ſ
dicit injuſte electũ & exigat alimenta ab Abbate 32, aut ele
ctionis ſuæ cauſſam proſequatur, ſi electus ſit ad dignitaten
proprii monaſterii 33, à quo expenſas in cauſa ſua proſequẽ
da neceſſarias conſequetur 34, vel conſenſu Abbatis ſtudi
orum cauſſa abſit; quia tunc poteſt contrahere, & ex contra
ctu gratia ſtudii inito agere & conveniri, & de injuria illat
accuſare 35; vel denique agat pro monaſterio ſpoliato, & nõ
adſit Abbas, aut Syndicus, & periculum ſit in mora litis 36.
Item pupillus & Adultus minor xxv. annis ſine tutoris & ju
ratoris autoritate in judicio nec agere nec conveniri rectè
poſſunt 37, ita ut ſententia contra eos dicta non valeat 38,
niſi in utilitatem illorum lata ſit. Minoribus enim ætas in
damno ſubvenire conſuevit 39: cum alioquin in eorum ne-
gotiis gerendis expreſſus tutoris vel curatoris conſenſus re-
quiratur 40; exceptis pauſis caſibus, veluti, Si pupillus vel
minor

ninor agat pro libero homine exhibendo 41, vel momenta-
ıeæ poſſeſsionis actionem proſequatur, agatque, vel adqui-
endæ, vel retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis judicio
ı2: quod poteſt per qualemcunque perſonam exerceri 43;
vel ſe judicio offerat impetrata ætatis venia, quæ maſculis
nnum ætatis ſuæ vigeſimum, feminis verò decimum octa-
rum egreſsis dari ſolet 44, aut ſi uxorem adulterii ream faci-
it 45, aut ſi ſuam vel ſuorum injuriã ulciſcatur judicio pub-
lico 46, aut cauſſam matrimonii contra animi ſui ſententi-
im atque voluntatem cõtracti judicio refellat 47. Quin nec
ilius familias ſine conſenſu, & venia patris cũtra alienos ju-
dicio experiri poteſt 48, adeo ut ſi conſenſus patris ante litis
conteſtationem vel in ipſa litis conteſtatione non edatur, ju-
dicium nullum ſit 49, neque confirmetur ipſius patris ſub-
ſecuta rati habitione 50: niſi pater ſit abſens, vel procurator
patris 51; quia in omni contractu, etiam ex quo patri dare-
tur actio, filius abſens implorare poteſt officium judicis ſine
patris conſenſu, etiam in ordinario judicio 52: nec tenetur
ilius cavere patrem ratihabiturum 53, vel niſi agatur cauſſa
ſpiritualis, beneficialis, & connexa, atque dependens ab iis,
quo caſu ſufficit annum quartum decimum compleviſſe 54:
vel niſi filiusfamilias ſtudiorum aut legationis cauſſa abſit, &
naſcantur illi actiones, ut ſi furtum, vel injuriam paſſus ſit, ſi
depoſitum repetat, vel mandati agat, vel pecuniam creditã,
vel viaticum non receptum exigat 55. Agenti tamen filio ſi-
ne patris conſenſu ſi ſit minor, datur curator ad litem, quod
ſæpe uſu venit in Academis, ubi ſtudioſi minores ætate de
his quæ ibidem geſſerunt coram Præfecto Academiæ, & a-
gunt ſine conſenſu parentum, & conveniuntur dato curato-
re litis 56. Contra ipſum verò patrẽ filiusfamilias agere om-
nino prohibetur, cùm inter eos de jure civili lis nulla eſſe
poſsit 57, præterquã ſi filius exigat caſtrenſẽ, vel quaſi pecu-
niã 58, vel alimenta quæ naturæ jure ipſi debẽtur 59, quibus
confertur Dos quam filia etiãſi eſſet jam nuptui ſine dote col-
locata à patre poteſt petere 60. idque implorato judicis of-
ficio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ficio, non jure actionis *61*. Aut ſi filius de poſſeſsione à pa-
tre per vim dejectus ſit, de qua recuperanda contendere i
judicio poteſt cum patre, factum ejus civiliter & reverente
arguens, non crimen intendens *62*; venia tamen judicis pr
us impetrata *63*. Alieno verò nomine veluti tutorio, aut cu-
ratorio, actionem in patrem etiam ſine venia inſtituere po-
teſt *64*: quoniam tutoris & curatoris munus non voluntari
ſicut procuratoris *65*, ſed neceſſarium eſt *66*. At emancipa-
tus filius abſque patris conſenſu adverſus alienos rectè in ju
dicio conſiſtit: patrem verò non aliter in jus vocare pote
quàm ſi agendi veniam à prætore impetraverit, etſi aliter vo-
caverit pœna ſolidorũ quinquaginta multatur, idque prop-
ter debitam parentibus reverentiam, atque obſervationem
quam violari minimè decet *67*. Parentum autem appellatio
in hac ſpecie ad majores omnes in infinitum refertur, & om-
nes utriuſque ſexus parentes comprehendit *68*. Immo eti-
am Socer hac in re parentis loco habetur *69*, durante quid
adfinitate, qua ſoluta puta per mortem mariti, poteſt nuru
agere contra ſocerum ſine venia judicis *70*. Non enim adfi-
nitates intelliguntur quæ quondam fuerunt, ſed præſente
71. Similiter libertus contra patronum, patronamve, & eo-
rum parentes etiam eorum liberos & hæredes, quantumvi
extraneos, ſine venia agere non poteſt *72*. Nec poteſt qui
Pontificem; Imperatorem, Defenſorem civitatis, Prælatũ
Doctorem, & magiſtrum ſuum cujus ludum frequentat, ſi-
ne venia in jus vocare *73*. Hoc amplius non recte in judicio
contendunt qui præmature agunt, ut pupillus, & adultus an-
te finitam tutelam, & curationem, univerſæ adminiſtrationi
abſolutam rationem exigens *74* Debitor intentans pigno-
ratitiam ante ſolutionem debiti, vel obligationem *75*. Sti-
pulator conditionalis ante impletam conditionem agens, u
ſi quis ſtipulatus fuerit amphoras vini quinquaginta & fun-
do meo, vel ancillæ partum, & ſi pura obligatio videatur, ta-
men propter tacitum codnitionem quæ ineſt, exſpectare de-
bet donec naſcatur *76*. Creditor petens ſolutionem ante diẽ
præfiniti

præfinitum, vel exiſtentem conditionẽ 77: licet ex juſta cauſſa creditor ante conditionem, vel diem recte poſsit agere, & petere condemnationem ad interponendam cautionem fidejuſſoriam, vel pignoriſcapionem 78: etſi cavere nequeat ad miſſionem in poſſeſsionem bonorum debitoris 79; niſi poſſet alio modo eſſe conſultum creditori, puta per retentionem; quo caſu cautio iſta non habet locum 80. Iuſta autẽ cauſſa intelligitur ſi debitor vergat ad inopiam, vel alias reddatur ſuſpectus 81: dummodo illa cauſſa ſuperveniat incidenter, nec fuit tempore contractus, & creditor illam præſcire non potuit 82, ut quia in communi hominum opinione habebatur dixes 83, vel ſe aſſerebat divitem, & ſic dolo creditorem induxit ut ſecum contraheret 84. Et dummodo cauſſa juſta non ſuperveniat culpa creditoris, quia niſi caſu fortuito poſt incidat, non poteſt exigi ſatisdatio 85.

1. l. quidem ff. de ſervit urb. præd. l. debitores C. de pignor. actio l, Æmilius ff. de minor. 2. Specul. tit. de præparat. judic 3. l. quod debetur ff. de pecul. & ibi Bartol. 4. l. qui in alterius ff. de reg. jur. 5. l. in criminali C. de juriſd. omn. judic. 6. l. non ignorat. C. de fruct. & tit. expenſ. authent. qui ſemel C. quom. & quan. judex 7. l. ſancimus C. de judic. & ibi Dd. cap 1. de dolo & contum. 8. l. actor. C. de probat. l. qui accuſare ff. de eden. l. eo qui ff. de probat. 9. l. fin. C. de rei vendic. l. eum qui ff. ad Trebell. & ibi Bart. 10. d. l. fin. & l. uti frui §. quod ſi forte ff. Si uſufruct. petat. 11. l. ei incumbit. ff. de probat. & d. l. qui accuſare Bart. in d. l. actor & in Dd. l. circa eum ff eod. 12. d. l. qui accuſare, & ibi Dd. & in cap. mandat. de reſcript 13. Bald in authen. generaliter C. de epiſc & cleric. 14. Bart. in l. ſi quis ad exhibendum ff. de execut. rei judic. 15. l. 1 & 2. C. qui perſon. ſtan. in judic. 16. l. furioſi ff de reg. jur. l prætor ff. de judic. 17. l. ult. C. de curat. furioſ. l. quique ff. de in jus vocan. §. furioſi Inſtit. de curat 18. l. tres tutores ff. de admin. tutor, l. his qui ff. de tutor. & curat. l. is cui bonis ff. de verb. oblig. & ibi gloſſ. 19. Duard. in l. ad cognitionem ff, ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. & Bald. in l. cum mulier ff. Solut. matrim. Felin. in cap. 1. de offic. deleg. 20. l. quotiens ff. de novat. 21. Specul. tit. de action. & Ioann. Andr. in addition. Specul. tit. de ceſsion. action. 22. cap. intelleximus de judic. 23. cap. excommunicatus §. credentes. extr. de hæretic. 24. Felin. d. cap. intelleximus Panorm. & Imola cap. à vobis, de exception. 25. l. vix certis ff. de judic. 26. l. ſervo alieno §. ſi quis poſt. temp ff. de legat. 1. & l, ſerv. ad cuſtod. temp ff. de aliement. & tibar. leg 27. l. 1. C. ſi quis per vim vel alio modo abſ. poſſeſſ. 28. Authen. de monach. l. deo nobis l. repetita C de epiſc & cleric. 29, Specul, tit. de action. & ibi Ioann. Andr. in addit. 30. Panorm. & Felin. cap. ex porte de accuſat. 31. cap. ſi qui ſunt quæſt. VII. 32. Felin. Panorm. & Imola in cap. cum dilecta de reſcript 33. Innocent. & Felin. d. cap. cum dilecta, cap. ſi religioſus, de electione lib. VI. 34. Felin. d. cap. ex parte Speculat. tit. de inquiſitione 35. gloſſ. in l. ſi longius §, 1, & ibi Bart. & Bald. ff. de judic. & gloſſ in cap. non dicatis 17. quæſt 1, & in c. cũ paſtoralis. de accuſat. 36. Gloſſ. Panorm. & Felin. in d, cap. cum dilecta, Specul. & Ioann. Andr, tit. de actore 37. l. 1. & 2, C. qui perſ. legitt. in judic. l. 1. C. qui pet. tutor. vel curat. d. l. quique de in jus vocan. 38. d. l. 1. C. qui perſ. legitt. l. cum & minor C. ſi adverſus rem ju-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

dic. 39. l. non eo minus C. de procurat. l. quod favor C. de legib. 40. § tutor autem Inſtit. de autorit. tutor. Bart. in l. etiam ff. eod. tit. 41. l. quod & lex. Favia § ſed et ſi mulier ff. lib. hom. exhib. 42. l. ult. C. qui perſ. legitt. 43. l. 1. C. ſi per vim vel alio modo 44. l. 2. & 3. C. de iis qui ven. ætat. impetr. l. ſi actor. C. de appellat. Dd. in cap, ex parte de reſtit. ſpoliat. 45. l. ſi maritus § lex Iulia & l. inter liberos ff. ad leg. Iuliam de adulter. 46. Dd. in d. l. qui accuſare 47. d. cap. ex parte & ibi gloſſ, 48. l. ult. C. de bonis quæ liber. & ibi Dd. 49. l. ſi cum dos § ſolut. matrim. 50. Bald. in. l. ult. C, de bon. quæ lib. l. in univerſ. C qui dare tutor. poſſ. 51. d. l. ſi longius § filius familias 52. l. 1. C. qui admittan. Alexan. & Iaſon. in d. l. cum filius familias per text. in d. § ſi filiusfamil. 53. Bald; Cumanus & Alexan in l. ſi cum dote ff. Solut. matrim. 54. cap. ſi omnia de judic. lib. VI, Specul. tit. de actore 55. d. l. longius l. filius familias ff. de action. & oblig. 56. argum. & clarum. C. de minorit. preſtan. Bald. in d. l. ſi longius 57. l. lis nulla ff de judic. 58. d. l, lis nulla l. miles ff. de caſtr. pec. l. cum oportet C. de bonis quæ liber. l. 2. ff. de minor. 59. l. ſi quis à liberis ff, de lib. agnoſc. 60. l. qui liberos ff. de ritu nupt. l. fin. C. de dotis promiſſ. gloſ. in l. obligamur ff. de action. & oblig. 61. Bart. & Dd. in. l. mulier. ff. ad Trebell. gloſſ. in l. ſi ſocer. ff. Solut, matrim. 62 l. ſi tamen omnes § libere ff. de accuſat. 63. d. l. quique cum ſeqq. l. generaliter ff. de in ius vocan. 64. l. quæſitum eſt d. tit. 65. d. l. filiusfamilias ff. de procurat. 66. l. 1. & ibi gloſſ. ff. de tutel. 67. d. l. quique & § fin. Inſtit. de pœn. tem. litig. 68. d. l. quique, & l. Iuriſconſulti § parent. vero ff. de gradib. 69. l. qui a parentes ff. Solut. matr. 70. gloſſa l. ſed hoc ita § ſuccurrendum ff. de re judic. Angel. & Aretin. in §. pœnales Inſtit. de action. 71. l. cui etiam § 1. ff. de poſtul. 72. d. l. quique §. prætor ait ff. de in jus vocan. l. ult. eod. tit. & l, 2. C. eod. 73. Angel. d §. pœnales 74. l. adverſus & ibi gloſſa l. rationes C. de adminiſtrat. tutor l. niſi finita l. ſi tutor reipublicæ ſed non datur ff. de tutel. & ration. diſtrah. 75. l. rem alienam § omnis cum ſeq. § ff. de pignorat. action. 76. l. inter ſtipulantem l. interdum ff. de verb. oblig. 77. l. item quare conventiones ff. de pact. l. una & l. fin. ff. quand. dies leg. red. 78. l. ſi creditores ff. de privileg. credit. & Bart ibi & in l. ſi conſtante ff. Solut. matrim. Bald. & Angel. in l. in omnibus ff. de judic. & in l. græcè ff. de pignor, 79. d. l. ſi creditores & ibi Bart, 80. Bart. in l. dedi ff. de condition. cauſ. dat. cauſ. non ſicut. Caſtr. in d. l. in omnibus 81. d. l. ſi creditores l. quæſitum ff. de pignor. & ibi gloſſa Bart. Bald. & Angel. 82 l. qui bona §. de illo ff. de damno infec, d. l. ſi creditores et l. quæſitum l. ſi is à quo ff. de pignor. l. fin. C. de ſponſal. 83. arg. l. in confirmando ff. de confirm. tutor. 84. arg. l. penult. ff. de dote & ibi Bart. Caſtren, in l. etiam § 1. ff. Solut. matrim. Iaſon. in l. ſicut ff. de re judic. 85. per d. l. ſi creditores, & Caſt. in d. l. in omnibus.

TITVLVS XII.

De Reo.

Reus eſt à quo res in judicio petitur 1. Cujus officium eſt ut in jus vocatus præfinito die, & loco comparreat auditurus petitionem Actoris; quam ſine calũniæ crimine negare, refellere, vel excipiendo evitare debet. Rei enim proprium dicitur fugere, tergiverſari, exciperonus probandi non ſubire 2. Qua vero exceptione, ſeu defenſione uti poſſit ex ipſo facto, & circũſtantiis ejus inquiret. Et ſi præſto eſt exceptio dilatoria ad impediẽdũ proceſsũ judicii, vel

vel litis conteſtationẽ, veluti exceptio jurisjurãdi trãſactionis rei judicatæ, eam ante omnia proponet: quam ſi incontinenti probare poteſt, ab obſervatione judicij abſolvitur; ſi verò ejuſmodi exceptio non ſuppetat, proponẽda eſt lite jam conteſtata peremptoria ad excludendam, & perimendam actoris intẽtionem, eamque ſi probet ab actione definitivè abſolvendus venit 3. Sed reus excipiendo fungitur actoris vice, & non minus fidem probationibus facere debet quàm actor 4: cum quilibet teneatur probare id quod intendit ſi nec ſatis eſt quippiam dicere, aut allegare 5. Melior tamen eſt conditio Rei, Magiſque favetur Reo quàm actori 6. unde cum teſtes utrimque ſint pares, vel probationes, vel præſumptiones, reus obtinet 7; & ubi eſt ambiguitas, vel obſcuritas interpretatio pro Reo fit 8. Actor quoque tenetur Reo edere inſtrumenta ad exceptionem fundandam 9; contra Reus ad confirmandam intentionem actoris edere non tenetur 10. niſi forte in cauſſa dotis, alimentorum, & legittimæ 11, Conveniri autem debet Reus in foro ſuo, & ibi conventus ſeſe defendere 12, dummodo legittimam perſonam ſtandi in judicio habeat. Excipiuntur enim quidam qui non poſſunt cõveniri, reique fieri, quales ſunt infans, pupillus, furioſus, demens, mutus, & ſurdus, qui propter defectum rationis ab alio in jus vocari nequeunt, ſed tutores, vel curatores illorum nomine evocari debent 13: nec minor curatorem habens ſine ejus autoritate convenitur 14; non habens, curatorem ad litem accipit 15: ſicut & filiofamilias minori viginti quinque Annis curator ad litem datur 16. Si verò pupillus curatorem non habet, citandi ſunt amici, & cognati ut pro ipſo ſe in judicio ſiſtant, vel curatorem dari curent 17. Item non poſſunt in jus vocari ob juſtum impedimentum abſentes 18, ægrotantes, 19. tranſeuntes, aut navigantes, niſi omnino ſint extranei, & diſceſſuri 20. Neque magiſtratus ob dignitate in judiciis vel agunt; vel conveniuntur, quamdiu in officio ſunt 21: quæ tamen intelligendum eſt de majoribus, magiſtratibus, qui imperium, & coercitionẽ habent, ſuntque tẽ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

porarii 22. Nam inferiores magiſtratus 23, & perpetui, 24 & qui poſiti ſunt ad voluntatem, & revocationem principi 25, conſtante officio in jus vocantur: quod non ſecus eſt in majoribus, & temporariis ſi actio tempore eſſet peritura 26 vel quando convenientur alibi quàm in loco in quo gerunt magiſtratum 27, vel quotiens conveniuntur ex contractu ab ipſis celebrato dum in magiſtratu eſſent 28, vel ex delicto perpetrato, aut crimine commiſſo in officio, ut furti, repetundarum 29, vel ex offenſa in Principis imperium 30. Potentes & illuſtres viri non agunt, neque defendũt ipſi, ſed procuratore conſtituto 31. At Legati, cæterorumque negotiorum exſecutores publici, non recte alibi conveniuntur, ſed jus habent revocandi domum 32. Porrò ut invitus nemo agere, vel accuſare cogitur 33, ita in Rei poteſtate non eſt quando conveniatur 34, exceptis certis caſibus quibus & Actor, & Reus neceſſario in jus protrahuntur 35, veluti cũ diffamatus de aliquo crimine, de injuſta poſſeſſione, de ære alieno, vel ex alia cauſſa civili ſive pecuniaria 36, in jus vocat diffamatorem, ut ad tempus à judice conſtitutum tanquam actor cauſſam diffamationis in foro ipſius diffamati, ut Rei, diſceptet, vel in poſterum taceat: 37: ſed ſi non cõparet Iudex poſt binas denuntiationes illi factas perpetuum ſilentium ſua ſententia indicit 38.

1. cap. forus, de verb. ſignif. 2. Specul. tit. de advoc. 3. Dd. in l. elegans § ſi quis ff. de condic. indeb. 4. l. 1. ff. de except. & præſcript. l. in exceptionibus & l. ſi pact. ff. de probat. l. eũ qui dicit ff. de probat. l. qui accuſare l. de eden. l. actor. C. de probat. 6. l. favorabiliores ff. de reg. jur. l. Arrianus ff. action. & obligat. d. l. qui accuſare 7. Gloſſ. in cap. in veſtra. de teſtib. Bart. & Alex. in l. ſi duo ff. uti poſsidetis 8. Specul. tit. de exception. 9. Bart. in l. edita C. de eden. per text. in l. non eſt novum & in l, iuſtum C. eod. & ibi Alexan. 10. Gloſſ in cap. 1. § cæterum de uſur. in Clement. Bald. in l. 1. c. de eden. Dec. cap. 1. de probat 11. Gloſſa in l. ſi quis ad declinandam C. de epiſc. & cleric. Alexan. in l. fin. C. de eden. Dec. in d. cap. 1. de probat. 12. l. hæres § fin. ff. de judic. 13. l. 1. & 2. C. de adminiſtr. tutor, l. 1. & 2. C. qui perſonam legitt. l, contra pupillum ff. de re judic. 14. l. clarum C. de autorit. præſt. l. cum & minores. C, ſi adverſ. rem judic. l. minor. ff. de procurat. 15. l. 1. § fin. ff. de minor. l. acta ff. de re judic. & ibi Bart. l. 1. ff. de tutor. 16. d. l. 2. C. qui legitt. perſon. l. 1. C. quiet. tutor. vel curat. 17. l. hæc autem §. 1. ff. ex quib. cauß. in poſſeß, Dd in. neque impuberes ff. de in jus vocan. 18. l. hos accuſare ff. de accuſat 19. l. quidam ff. de re. judic, 20. l. 2. ff. de in jus vocan. l. hæres ff. de judic. 21. d. l, 2, l. pars litterarũ ff. de judic. 22. l, nec magiſtratibus ff. de injur. d.

l.2.23.l.quemadmodum ff. Ad leg. Aquiliam.24.Bart.in l.de pupillo ff.de novi oper.nuntiat, Bald,in d.l.pars literarum, Panorm.& Felin. in cap.legebatur.de majorit.& obedien.25,l.ſufficit.ff.de condic.indebiti l.juriſperitus ff.de excuſat.tutor. Gloſſa in l.niſi finita ff.de tutel.& ration.diſtrah.26.l.ſenatusconſulta ff.de offic.præſ.Gloſſa & Dd.in d.l. nec magiſtratibus 27.Gloſſa in l ſi præſens C.de epiſt. audien. Alexan.& Iaſon.in d.l.2.ff.de, in jus vocan.28.l,imperium ff.de judic.Felin.in d.cap.cum legebatur 29.l.jubemus C. Ad leg.Iuliam.repetund, Authent.ut judex ſive quo ſuff.30,l.appellationes & ibi Bald,C.de appellat.31.l.pen,C.de procurat.32.l.2.ff.de judic.33.l.unica C.ut nemo invit. agat.l.divi fratres ff.de accuſat 34.l.ſi quando C.de dilat. l.pure ff.de dol.exception. 35.d.l.unic & ibi gloſſa.& Dd.36.l.Titia, & ibi Bartol.ff.accuſat. Caſtren,in D.l.unica Innocen. in cap.1.de confirm.util.vel inutil.37.d.l.Titia l.ſi ea C.de iis qui accuſ. non poſſ.l.ſi eo tẽpore C.de remiſſ.pignor.38.d.l.Titia,Gloſſa in Authed.de hæred,& Falcid,collat.1. Arein in tit. de except. inſtituen.

TITVLVS XIII.

De Syndicis.

SYNDICUS eſt actor publicus, qui communi univerſitatis mandato omnia ejuſdem negotia curat, & adminiſtrat 1. Conſtituitur enim ut plurimum ad omnes res, & cauſſas etiam criminales, quas licet privatus per procuratorem agere, & defendere non poſſit 2, univerſitas tamen per ſyndicum rectè poteſt, dato ad hoc ſpeciali mandato 3. Quamvis etiam poſſit Syndicus conſtitui ad certas cauſſas & ad definitum tempus, quo elapſo mandatum ejus, ſicut procuratoris, quoque deſinit 4. Nec tantum conſtituitur ab univerſitate, & republica, ſed etiam à collegio, magiſtratuũ ordine, capitulo, & corpore. Quibuſcunque enim permiſſum eſt habere corpus, collegium, vel ſocietatem, iiſdẽ licet collegii, ſocietatis, ſive corporis ſui nomine ad exemplum reip. res quoque communes, & arcam communẽ habere, actoremque ſive Syndicum conſtituere, per quem tã quam in republica quod communiter agi fierique oportet, agant faciantque 5. In quo non attenditur ex quo hominũ genere conſtet corpus, vel collegium, an nobilibus plebeiſve, civibus an ruſticis, modò licitum, & lege, privilegio, aut longo tempore approbatum ſit 6, & ſolemni modo ac forma Syndicus conſtituatur: quod ipſum fit cùm hi qui jus conſtituendi, eligendique habent vocati præconis voce, vel per campanam, vel tubam, vel aliud ſignum conveniunt in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

loco publico ubi concilia haberi conſueverunt, non in pri
vatis ædibus,aut in via,& unanimi conſenſu uno eodem qu
tempore Syndicum eligunt 7. Omnes enim qui jus ſuffra
gij habēt, & quorum intereſt ſemper vocari oportet 8, quo
niam quod omnes concernit ab omnibus approbari conve
nit 9: ſed ſi tum quidam abſunt nihilominus præſentes acti
electionis perficere poſſunt, ut ſi tertia pars univerſitatis e
maneat, duæ partes rectè Syndicum conſtituant 10: nec eſ
neceſſe duas partes præſentes omnes conſentire, ſed ſuffici
majoris partis præſentium conſenſus 11; & ſuffragium elect
inter reliquorum vota numeratur, & auget numerum *12*. &
vox patris filio patrocinatur, & ediverſo 13. quia in publici
negotiis patria poteſtas non attenditur 14. Quibus peractis
inſtrumentū conficitur & tabellione ut ſciri poſtea queat qui
eum conſtituerint, & ad quas cauſſas, & quomodo,& quan.
do ſit conſtitutus *15*. creditur enim inſtrumento donec pro.
betur ſe rem aliter habere 16. Nomina tamen ſingulorum
non eſt neceſſe exprimi in inſtrumento, quod de conſtituti
one Syndici aut alia re geſta per univerſitatem, vel collegium
conficitur, ſed ſufficit nomen generale certam deſignationem
continens, videlicet univerſitas, Civitas, conventus, Capitu-
lum, Collegium, Monaſterium, Xenodochium 17; vel etiam
nomen ſingulare generali æquipollens, ut ſi dicatur Omnes
cives talis oppidi, Omnes Canonici talis Eccleſiæ: quia ſi
ſimpliciter diceretur Canonici iſtius eccleſiæ, cives iſtius op-
pidi, talis locutio poſſet accipi de duobus, & ideo non ſub-
ſiſteret inſtrumentum 18: ſicut nec ſubſiſtit ſine expreſsione
nominum in electione Syndici facta à parvis univerſitatibus
pagorum, & villarum, ubi facile ſingulorum nomina inſtru-
mento inſeri poſſunt 1*9*: nec in arduis, & gravibus cauſsis, ut
in facienda alienatione rerum univerſitatis, in qua omnium
nomina perſcribi debent, ut poſtea conſtare poſsit quorum
mandato res univerſitatis alienatæ ſint 20. Immò etiam au-
toritatem, & decretum ſuperioris adhiberi tutius eſt & uſita-
tius 21. Conſtitutus autem Syndicus omnia agit, & admini-
ſtrat

rat quæ ipſam univerſitatem agere oportet, & abſque eo
ec agere, nec cum ea agi quicquam poteſt 22. Parem enim
oteſtatem in cauſsis univerſitatis, vel collegii quam procu-
ator in privatorum negotiis habet 23. Vnde dominus fit li-
s, & tam in judicio quàm extra judicium procuratoris par-
s ſuſtinet, & implet. Adhoc ſemper cum libera poteſtate
itelligitur conſtitutus, etiamſi ea non ſit expreſſa 24, per
uam omnia expedire poteſt quæ alias mandatum ſpeciale
equirunt, veluti debitorem univerſitatis apprehendere, &
ı carcerem conjicere 25, de rebus univerſitatis tranſigere,
contrahere quoad ſine fraudis iniquæ ſuſpicione fieri
oſſit 26, reſtitutioné in integrũ petere 27, nec nõ juramẽ-
um deferre, & præſtare univerſitatis nomine 28; quamvis
utius ſit ſpeciale mandatum in his ubi requiritur dari, & ex-
rimi 29, Neque etiam cavet de judicato ſolvendo, ſive a-
at, ſive defendat, niſi quando de conſtitutione ipſius dubi-
atur 30; propterea quod univerſitas cujus cauſſas admini-
trat ſemper ſolvendo, & locuples præſumitur 31. Quin eti-
m poteſt, ſi habet ſpeciale adhoc mandatum, univerſitatẽ
el civitatem, & ſingulos cives, eorumque bona obligare
nſolidum, Adeo ut quilibet eorum nedum pro rata & porti-
ne ſua, ſed etiam pro univerſo debito conveniri poſſit 32.
Quod tamen de univerſitatibus, & civitatibus liberis ſuperi-
remque alium non recognoſcentibus quam Cæſarem, ut
unt in Germania Imperiales civitates, intelligi volunt 33.
Præterea Syndici eſſe & conſtitui poſſunt omnes qui procu-
atores idonei eſſe cenſentur, maximè ſi juris ſciẽtia, & cauſ-
arum rerumque tractandarum periti ſunt 34. Vnde filius
familias, ſicut procurator, ita & Syndicus conſtitui poteſt
35; niſi obſtet lex municipalis, vel perpetua conſuetudo 36.
Contra qui procuratores eſſe prohibentur, hi nec Syndici
eſſe poſſunt, veluti qui lege, natura, vel moribus impediun-
tur, quo minus negotiis communibus ſupereſſe queant 37,
ut ſunt minores ætate 38, milites, 39. muti, ſurdi, furioſi
40, feminæ 41. Quòd ſi in ipſa univerſitate reperitur idone-

us

us inde eligi poteſt & debet 42; quod is majore fiet cura quã alius extraneus acturus præſumitur 43: nec obſtat quod ex illorum ſit numero penes quos eligendi poteſtas eſt 44: aut quod ſit Præfectus univerſitatis 45, dummodo illi ſoli non ſit commiſſi electio, ut ipſe ſe conſtituere poſsit 46. Nemo enim ſeipſum poteſt eligere 47, & ſuſpectus redditur qui ſe ſponte ingerit 48. Immò ſi is qui ex univerſitate eligitur, etiam invitus cogi poteſt cum munus Syndici publicum, & perſonale ſit, ideoque nolenti rectè imponitur 49: quod ſecus eſt in extraneo, qui adſumi quidem poteſt, at cogi non poteſt 50. Et quamvis ferè ſemper tantùm unus aliquis cõſtitui ſoleat, tamen etiam duos, tres, pluresve cõſtituere permittitur, quorum ſinguli in ſolidum conſtituti cenſentur, etiamſi id expreſſum non ſit 51: aliter quam in procuratoribus privatis.

1, l. 1, ff. quod cujuſq. univerſ. nom. 2. l. ſervum quoque ff. de procurat. l. accuſatorem ff. de public. judic. 3, Bald, in l, 2, ff. de accuſat. & in tit de pace Conſtan. per tex. in l. tam collatores C. de re milit. Bart. in l. 2. ff. de accuſat. Abb in cap. 1. de poſtul prælat. 4. Iaſon in l. neque C. de procurat. Spec. tit. de Syndic. 5. d l. 1. ff. quod cujuſq. univerſ. nom. cap. unico, & ibi gloſſa, extr, de Syndic. 6. Bald. d l. 1. per l. fin. ff. de colleg. illicit. 7. l. item l. nulli ff. quod cujuſque univerſ. ubi gloſa. 8. l. penult. l. de uno quoque ff. de re judic 9. l. fin. C. de autorit. præſtan. cap. quia propter de elect, 10, Bart. in l, 1. ff. de albo ſcrib. per authent. ſi omnes C, ſi min ſe ab hæred. abſtin. 11. Gloſa & Bart. in d. l. nulli 12. l. planè ut ff. quod cujuſq. univerſ, cap. cum in jure, de offic, deleg. 13. l. illud notandum ff. eod. 14. l. non quod ff. ad Trebell. 15. Specul. d. tit. de Syndico, Bartol. d. l. 1, ff. de albo ſcrib 16. l. optimam C. de contrah. ſtipul. & l. cum precibus C. de probat. 17. Oldend. conſil. 100. Ioann. Andr. in addit ad Speculat, 18 l. inter illam ff. de verb ſignif Bald, in addit ad Speculat, tit. de Syndico 19. Bart. in d. l, 1. de albo ſcrib. Specul. d. tit. de Syndico per text. in l. fin. C. de legat. 20. l. fin. C, de vendic. ter. civitat. l. fin. C. de præd. decurion. Panorm. in cap. 1. de his quæ à majori parte capit. 21. l. 1. & 2. C. de ſer. reip. manum d. l. 1. de albo ſcrib. authent. præſides C. de epiſc. audien. l. hac conſultiſsima C. qui teſtam fac. poſ. 22. l. ſicut ff. quod cujuſq. univerſ. Bart, in l. ſolent. ff. de alium & cibar. legat. per l, 4. ff. de fidicomm. libertat, 23. d. l. item ff. quod cujuſq. univerſ. 24. Iaſon in l. præſes C. de tranſact, Alexan. conſ. 22. volum. 1. 25. gloſſa in l, 2. C. ubi quis decur, vel cohort. l. 1. C. Commun. præd. & ibi Caſtrent. 26, Iaſon. in d. l. præſes 27. Bald, in l. 1. C. etiam per procur, 28. gloſſa in d. l. item 29, Bald. in l. Polla C, de his quib. ut indign. Alexan, in l. 1. ff. quod cujuſq. univerſ. 30. d. l. item & ibi gloſſa l. actor ff. Rem, rat. hab. 31. ang. l. 1. ff. ut legat. nom. 32. Dd. in l. civitas ff. Si cert. petat, Alexad, in l. ſi ſe non obtulit ff. de re judic, 33. Bart in l, pen. C, de donat. inter, vir, & uxor. Alexan, d l. ſi ſe obtulit ff. de re judic. 33. Bart. in l. pen. C. de donat. inter vir, & uxor, Alexan. d, l, ſi ſe obtulit, 34, Gloſſa in l, 1, ff, quod cujuſq, univerſ. Bald, & Panorm. in cap. in pertractandis de juram. calum, 35, l. ſi filiusfamilias ff, de procur, l, item eorum ff, quod cujuſq. univerſ, 36, d, l, item 37, l, 1, §,

quod

quod ſi nemo ff, quod cujuſq, univerſ,38,l,exigendi C.de procurat,l 1,& 2,C, qui legit,perſ, ſtan,39,l militem l,qui ſtipendia C,de procurat,40.l,mutus ff,eod,l 1,ff,de poſtul,l,2,ff,de procurat,41.l,alienum C,eod,l.2,ff,de reg,jur,43.d,l.plane & ibi gloſſa l.Vt gradatim ff, de muner,43,d,l,plane l.in eccleſia C,de epiſ.& cleric.l,2.ff, de curat,furioſ.44.d,l,plane 45.Bart,d,l.nulli 46,l,præſes ff,de offic.præſ.l.qui cum tutoribus ff. de tranſact,l, inquiſitio C.de ſolut.47,l.ſi mandavero §,ſi tibi & ibi Bart,ff.Mandat.l,4,ff.de tutor,& jurat dat.ab his 48,l.quæ omnia ff. de procurat.49.Specul.tit de Syndic.50,Ioann, Andr,in addit,ad Speculat,51.Alexan,& Caſtr,in l, 1,ff.quod cujuſq,univerſ,Bald, in cap, 1,de pace Conſtan.

TIT. XIV.

De Defenſoribus.

DEFENSOR appellatur qui ſine mandato judicium pro Reo ſuſcipit, & eaſdem partes quas reus ſuſtinet 1 Eſtque alius Voluntarius, alius Neceſſarius: ille ultro & ſponte ex officio, ſtudio, amicitia, & propenſione erga reum abſentem liti ſe offert 2; nec aliam defenſionis cauſſam ſubire cogitur quàm quæ ab ipſo voluntariè fuit ſuſcepta 3. hic præcisè judicium pro reo ſubire, & omnes actiones quæ intentantur defendere tenetur 4. Quod fit cum quis dum agit reconvenitur, veluti procurator actoris defendere dominum ſuum in reconventione debet, quamvis ejus rei non habeat mandatum 5, & non defendentis pœna eſt ut denegetur ei actio 6. Similiter conjunctæ perſonæ rei abſentis quæ vocantur cum debet aliquid fieri in ejus præjudicium, ſine mandato defendere tenentur 7, niſi poſſint adferre juſtā cauſſam ob quam judicium accipere recuſent 8. Poſſunt autem omnes defendere qui legittimam perſonam ſtandi in judicio habent 9: cum Defenſionis cauſa ita privilegio excelleat, ut non ſolum perſonæ conjunctæ, verum etiam extraneæ abſque mandato ad eam admittantur 10, ne abſentes vel ignorantes damnum patiantur, nemine eos defendente 11: dum tamen Reus ipſe non contradicat 12. nam invitus & repugnās nemo qui idem ſui juris eſt, defenditur 13 Immo etiam ipſe Iudex defenſionem quæ ex actis apparet, ſi nemo alius defendat, producere poteſt 14, & in criminalibus maximè cauſsis innocentiam abſentis excuſare, & tueri debet 15. Qui vero legittimam perſonam ſtandi in judicio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

non habent, hi ut ad agendum non admittuntur, ſic nec ad defendendum, ſeu interveniendum: ob quod nec minor viginti quinque annis in cauſsis ex quibus in integrum reſtitui poſſet defenſor idoneus eſt 16; neque mulier, neque miles, neque qui reipublicæ cauſſa abfuturus eſt, aut perpetuo morbo laborat, aut magiſtratum initurus eſt, & qui invitus judicium non patitur 17. Rurſus poſſunt omnes defendi qui vel abſunt, vel impediti ſunt 18, ſive criminali, ſive civili judicio ſunt rei 19. Vbicunque enim abſens quis damnari poteſt, ibi cujuſvis pro eo defenſionem, & innocentiæ excuſationem admitti æquitatis ratio poſtulat 20, niſi ſit manifeſtarius delinquens, pro quo defenſio locum non habet 21, aut Contumax, ut qui forte non reſpondit poſitionibus 22. Ac in omnibus actionibus etiam in iis quæ in hæredes non dantur admittitur defenſio 23, & in interdictis, ſtipulationibus, & aliis rebus quæ ad utilitatem Rei abſentis ſpectant. unde & jurat Defenſor, & juramentum defert ad commodum domini 24; ſecus ſi noceat 25, & in jure interrogatus de omnibus cauſsis reſpondet de quibus ipſe dominus 26, niſi domino veritas magis explorata eſſet: quo caſu peti poteſt ut dominus ipſe ad reſpondendum, & defendendum veniat 27. Cæterum non aliter admittitur defenſor niſi ſatiſdationem præſtet, de judicato ſolvendo 28, quod obtinet etiamſi defenſor eſſet pater aut filius 29, vel eſſet locupletiſsimus, vel in loco judicii immobilia poſsideret 30. Nemo enim alienæ rei, ac litis defenſor idoneus ſine ſatiſdatione intelligitur 31, quotiens ſcilicet ante litem conteſtatam ſatisdatio poſtulatur 32 Nam ſi actor negligat à defenſore ſatiſdationem petere, conſtabit cum eo judicium etiam abſque ſatiſdatione, & excludetur talis exceptio lite conteſtata 33: præterquam ſi interveniat defenſor poſt litis conteſtationem, quia tunc ſatiſdare omnimodo tenetur 34. Et hanc ſatiſdationem præſtare debet vel datis fidejuſſoribus locupletibus, & idoneis 35, vel obligatione omnium ſuorum bonorum 36, vel ſi hoc modo ſatiſdare nequit, præſtat juratoriam cautionem, quàm

Iudex defert (nam ultro jurans non recipitur 37) ut juret ſe non poſſe fidejuſſores invenire 38, Niſi defenſor ſit unius articuli, non totius cauſſæ, utpote abſentiam rei forte ægrotantis allegaturus, ut Nuntii vulgo ſolent, aut amici 39. vel ſit prælatus ſuæ Eccleſiæ, paterve tanquā legittimus administrator filii, vel probare ex actis defenſionem poſſit 40. Præſtita autem ſatiſdatione defenſor litis dominus cenſetur locoque domini habendus eſt 41, adeò ut ſi is cujus defenſor exiſtit ante litem conteſtatam accedat, & proprio nomine judicium ſubire velit non niſi cauſſa cognita audiendus ſit 24. Sed præter ſatiſdationem etiam cautionem rati voluntarius defenſor præſtare cogitur, ne reverſus dominus velit retractare id quod actum eſſet 43. Quin & conjunctæ perſonæ, & alii à quibus mandatum non exigitur, ſe non facere cōtra voluntatem eorum quos defendunt, probare debent 44.

1. l. ſed & hæ. l. filius familias ff. de procurat. & defenſor. l. 1, ff, de jud. 2. l. mutus. l. ſervū ff. de procur. l. liberto ff. de negot. geſt. l. tutori C. eod. 3. l. qui proprio ff. de procur. 4. l. omnium ff. eod. 5, d. l. ſervum ut d, l. ſed & hæ. l. cum Papinianus C. de ſentent. & interlocut. 6, d, l, mutus 7. d. l. ſed & hæ. l. non ſolum ff. de procur, 8. l. non cogendum ff. eod. 9. d. l. ſervum. §. ult, Inſtitut. de ſatiſdat. 10, l, exigendi l. maritus C. de procurat, d. l. ſed & hæ, ff. eod. 11. l. 1. ff, quod cujuſq. univerſ. d. l. ſervum 12, l. ult. C. de negot. geſt. 13. l. Pomponius d. l. mutus. l. non cogendum ff. de procur. 14. l, planè & l, ult. ff. de petit. hæred. gloſſ. in l. ubi pactum C. de tranſact. 15. l. ſi non defendantur ff, de pœn, Bart. in d. l. ubi pactum & in d. l. ſervum 16. l. minor, ff. de procur. 17. l. neque femina ff. d. tit. 18. §. ſi vero Inſtit. de ſatiſd. 19. d. l. ſervū §. publice 20. d. §. publicè. Marſil, in l. unius facinoris. ff. de quæſt. 21. Iul, Clarus quæſt. 49. Salicet. in l. ea quidem C, de accuſat, 22, Specul, tit. de poſition. 23, d, l, omnium ff, de procur 24. l. contra civilis ff, de pact. l, 3. ff, quod vi aut clam 25. l. nam poſtea §. penult, ff. de jurejur. 26. d. l, ſed & hæ, l. 1. ff. quod cujuſq. univerſ, 27, Specul. tit. de poſition. Ferrar. in form. excipiendi contra poſition, 28, d, l, ſed & hæ, §, defendere d. l, Pomponius, 29, d. l, filiusfamilias d. l. exigendi, & ibi gloſſa & Iaſon. 30, l, minor, cum leg, ſeq, ff, de procurat, gloſſa in l, ideo § ſi filia ff, de act, rer. amot, 31, §. fin. vero reus inſtit, de ſatiſdat. 32, l. qui proprio ff, de procurat, 33. l, ita demum C, de procur. 34, gloſſ. in l, 2, C, de conſor, ejuſd, tit, Angel, & Iacob, Butr, in d. l. qui proprio 35, l. 1, ff, qui ſatiſd. cogan, l, ſi ad defendendum ff. judic, ſolu. 36 §, ſin vero aliquis Inſtit, de ſatiſd. 37, Salicet, volum. 1, conſil, 120, 38, §, ſed hodie Inſtit. d. 39. Gloſſ, & Dec. in d, l. in eo, ff, de reg, jur, 40, Iaſon. in d, l. exigendi 41, l, Titius ff, de procur, Specul, tit eod. 42, l, is cujus d, tit, 43 l, non ſolum §, item ait ff. eod, 44. d. l. ſervum § ait Prætor, d, l, Pomponius, §, ſed & is & §, in his autem perſonis ff, de procurat.

TIT. XV.

De Conjuncta Perſona.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

CONIUNCTAE perſonæ pro ſe invicem ſine mandato agunt, & interveniunt, licet alias nemo in judicio abſque mandato pro alio recte conſiſtat 1. Earũ appellatione continentur parẽtes, liberi, fratres, mariti, cognati, agnati, affines, & reliqui aſcendentes & deſcendentes in infinitum; collaterales uſque ad quartum gradum 2. Qui omnes ſine ulla mandati intercesſione poſſunt ipſa juris autoritate pro conjunctis experiri, procuratorem conſtituere 3, tutorem pupillo petere 4, curatorem bonis abſentis poſtulare 5. Et pater nomine filii in bonis adventitiis rectè agit, filio conſentiente 6, etiam ſine cautione De judicato ſolvendo, & De rato 7, mater pro liberis in tutela ipſius conſtitutis 8, femina pro parentibus morbo, aut ætate impeditis, aut deſtitutis procuratore 9, maritus tanquam legittimus curator rerum uxoris in bonis dotalibus, & paraphernis, quæ ultra dotem adminiſtrando accepit, pro uxore judicium ſuſcipit, etiamſi non præſtet cautionem ratihabitionis 10, ſine qua alioquin conjunctus neutiquam admittitur, & quod geſtum eſt non præjudicat conjuncto 11. Vnde appellatio conjuncti nomine facta intra legittimum tempus ratificari ab eodẽ debet 12. Interdum tamen ſine mandato non admittitur conjunctus pro conjuncto, veluti cum præſens eſt conjunctus 13, vel quando habet tutorem, aut curatorem ad quem actiones pro illo dertinent, vel etiam procuratorem in rem præſentẽ conſtituit 14, quia ubi de expreſſo mandato conſtat ibi tacitum ceſſat 15; vel quando conjunctus eſt ex damnato conjugio natus, ut filius inceſtuoſus, aut ſpurius, aliuſve illicite junctus, ſine mandato pro patre, vel conjuncto agere minime poteſt 16. Ita in cauſſa ſpirituali, & eccleſiaſtica, ubi pater vel alius conjunctus pro filio, vel conjuncto ſine mandato ne præſtita quidem cautione admittitur 17: cum in beneficiis eccleſiaſticis, ſicut & in bonis caſtrenſibus vel quaſi, filiusfamilias pro majore, & patre familias habeatur 18. Et in omnibus cauſſis in quibus ſpeciale mandatum requiritur

quiritur conjunctus non poteſt pro conjuncto ſine mandato agere. ideo non defert juramentum in litem, niſi habeat ſpeciale mandatum 19. non reſtitutionem in integrum pro eo petit 20, niſi fortè pro filio furioſo, aut prodigo 21, non ſolutionem pro conjuncto recipit, licet agere poſſit ut ſolvatur 22. Neque etiam patri ſine ſpeciali mandato filij ſolvi poteſt id quod filio debetur 23, & marito debitum uxoris receptitium ſine ejus conſenſu, & mandato non rectè ſolvitur niſi uxor marito tradidit inſtrumentum debiti, ex qua traditione ſatis probatur mandatum 24. Quòd ſi conjunctus litem inſtituit ut procurator, nec de mãdato ejus apparet, non poteſt poſtea agere, ut conjunctus, ſed in ea qualitate in qua cœpit finire debet; cùm in judicio inſiſtenda ſit prima forma comparendi 25. Porro conjunctis perſonis æqui parantur ſocij, qui inter ſe tacitum mandatum habere intelliguntur in his quæ ſocietatem attingunt, & ideo alter ex facto alterius agere & pro ſocio conveniri poteſt 26. Non item amici, magna amicitia juncti 27, etſi nonnulli exiſtimant illos quoque agere invicem poſſe ſine mandato cum cautione rati 28: quorum ſententia nec ulla legum autoritate, nec ratione probabili nititur. Nam licet amicitia magnam vim habeat, & poſſit amicus pro amico abſente ſine mandato appellare 29. cauſſas abſentiæ allegare, abſque ſatiſdatione judicati 30, agere interdicto recuperandæ poſſeſſionis contra ſpoliatorem amici abſentis, præſtita cautione rati 31, petere tutorem dari pupillo amici defuncti 32, defendere amicum reum abſentem 33: non tamen ex eo efficitur amicum perinde ut conjunctum ſine mandato rectè agere. Eſt enim diſparatio, & plus valet jus ſanguinis, quod non tollitur, quàm amicitia quæ facilè diſſolvitur 34.

1. l. ſed & hæ. l. non ſolum l. Pomponius ff. de procur. §. ſin autem Inſt. de ſatiſd. 2. l. 1. in fin. cum l. ſeq. ff. de poſtul. l. petitionem C. de advoc. diverſ. judic. & ibi Bald. Ioann. Andr. in addit. Specul. 3. l. exigendi C. de procurat. & ibi Iaſon. 4. l. quod dicis ubi Bart. C. qui dar. tutor. 5. l. 3. C. de capt. & poſtlim. reverſ. 6. l. ult. C. de bon. quæ liber. 7. Cuiacius parat. C. eod. 8. authent. matri. C. quan. mul. offic. tutor. fung. 9. l. feminas ff. de procurat. 10. l. data ancillam C. de rei vendic. l. quot. C. de jure dot. l. maritus C. de procurat. ubi Bartol. ultra

C.de pact.convent.11.l,non ſolum d,l.Pomponius ff.de procurat.l.3.ff. judic.ſolu. l.1. C
res judic.non noc.12 l.1.ff.de appellat & ibi gloſſ. 13.Imola in cap.omnes.de conſtitut.1
Bald.in l.ſenatuſconſulto C.qui accuſare.Iaſon.in d.l. exigendi 15. l.fin. C. de pact. con
vent.d.l.3.ff.judic.ſolv. 16.Iaſon.& Alex.in d.l. exigendi Innocent. in cap. nonnulli,
reſcript. 17.l.ſacroſanctæ C.de epiſc.& cleric.18.l,cum oportet l.cum multa C de bon.qu
lib.cap.fin.de judic.lib.VI.& ibi Dd.19.l.patri l, illud ff.de mi nor. l.nec filius & ibi Ba
C.de reb.credit.Iaſon in d.l.exigendi 20. Specul.tit.de in integr. reſtitut. 21.d l.patri 2
l.non ſolum ff.ſolut.matrim.l.2.ff.ut in poſſeſ. leg. qui hominem ff.de ſolut.l.qui aliena
de negot.geſt.23.d.l.qui hominem Gloſſ.& Bart.in l.vero procuratori agat ff.de ſolut. 2
l.cum maritum tuum C.eod.d.l.ultra Alexan.& Iaſon d.l.exigendi 25.Bald.& Salicet.
1.C.de procurat.26.l.juſtiſsime ff.de edil.edict.Bald.in l.nemo ff.ero ſocio,& in l.cum te
Si cert.petat.27.Panorm.in cap.ult.de popul.Alexan.in l.ſæpe ff.de re.judic. Bald.in l.
his qui accuſ.non poſs.28, Iaſon.d.l.exigendi Specul.tit.de advoc.Felin in cap.cum M.Fe
rarienſis de conſtitut.Bart in d.l.non ſolum §.qui alieno Cornel,lib.1.Conſil.81.Natta l
1.conſil.95.29.Gloſſ.in l.1 ff.de appellat.recip.Lucas de Penna in l.1.C.de.caſt,pecul.3
Iaſon in d.l.exigendi Bald.in cap.conſultationibus de offic. deleg.31.l.1.C. ſi per vim. v
alio modo & ibi gloſſ.& Bartol.32.l.2.ff.qui pet,tutor.Bart.in d.l.1. Bald. in cap, 1,
uſib.feud,de milit,vaſall,qui contumax eſt 33,d.l,exigendi 34, Alexan. & Iaſon. in d.
exigendi.

TITVLVS. XVI.

De Tutoribus, & Curatoribus Pupillorum, & Minorum.

TVTOR pupilli nomine rectè in judicio agit, ſive teſtamentarius ſit, ſive legittimus, ſive dativus 1. Itaque ſi tutorem pupillus habet, cum tutore judicium agendum eſt 2, ſi verò non habet, cognati aut agnati vocandi ſunt ut pupillum vel defendant, vel ei tutorem petant 3. Sed antequam admittitur tutor ad agendum, primo debet probare per exhibitionem teſtamenti, vel tutorii inſtrumenti, ſe tutorem eſſe 4. deinde quod autoritate, & decreto Iudicis adminiſtrationem ſuſceperit 5. & Inventarium confecerit 6. niſi fortè res ita ſe habeat ut nec dilationem modicam ferre poſſit, vel conſuetudo Inventarii confectionem remittat 7. denique rem pupilli ſalvam fore ſatiſdederit 8; ſiquidem legittimus ſit tutor; ſecus ſi teſtamentarius, & dativus: quorum ille ab ipſo teſtatore adprobatus cenſetur, hic ut idoneus electus 9: & ob id neuter cogitur ſatiſdare, ſed tantum jurat ſe rem pupilli utiliter adminiſtraturum, excepto ſi inciderit cauſſa ob quam Iudici aliter videatur 10. Et ſi prædicta ſolemnia à tutore non ſint præſtita judicium omnino nullum eſt 11. Si

milite

militer curator pro minore rectè experitur præſtitis jam dictis ſolemnibus; quia minor legittimam perſonam ſtandi in judicio non habet 12. & ſi indefenſus condemnaretur judicum autoritas redderetur eluſoria 13. Quòd ſi minor legittimum curatorem non habet, vel cum eodem litigat, ipſe ſibi curatorem ad litem dari à judice petere debet 14: ſi verò nolit, judex officio ſuo ipſum cogere poteſt ut nominet curatorem ad litem; & ſi tum quoque hoc facere detrectet, Iudex ratione ſui officii curatorem ad litem conſtituit 15. quem reluctantem etiam compellere poteſt 16. ſed hic non tenetur facere inventarium 17, & finito judicio curator eſſe deſinit.

1. l. tutor, ff. de jurejur, gloſſ. in l. mandato ff, de procur, 2. l, 1, ff, de adminiſt, tutor, 3. hæc autem ff, ex quib, cauſſ, in poßeß, eat. Afflict deciſ, 262, 41. vulgo ff. de adminiſt, tutor, Specul, tit, de procur, 5, l. fin, § ille procul, dubio C. arbitr, tutel. 6, l, tutor qui repertorā ff. d. admin, tutor, l. tutores vel curat. C, eod. 7. d, l, tutor, & ibi Bart. Panor, in cap, ex parte de appell. 8, l, legittimus, ff, de adminiſtr, tutor. l, 1. ff, qui ſatiſd, cogan, §, 1, Inſtituc, de ſatiſd, tutor, 9. Inſtit. eod. loc. 10 §. ult. authen, ut hi qui oblig. ſe hab. per hi res minor 11. Vant. tit. de nullit. ſentent. ex defect. habilit. 12, l cum & minores C. ſi adverſ. rem judic. l. 1. C. qui legittim. perſon. ſtan. in judic. 13. l. curatorem ff. de re judic. l. 1. & 2. C. qui legitt. perſ. l. fin. C. de autorit. præſt. 14. l. 3. §. ſi Pupillus ubi Bart. ff de tutel 15 l. 1. C. qui per tutor. & curat d. l. 3. §. ſi Pupillus Afflict. deciſ. 256. 16. Ioann. Faber. in §. item inviti Inſtitut. de curat, per §, quibus Inſtitut. de ſatiſd, 17, l. ad protegendum C, de in litem dand, Specul. tit, de Actore, Rota deciſ, 45.

TITVLVS XVII.

De Curatore Bonorum.

CVRATOR bonorū datur, & præficitur bonis debitoris abſentis ut ea adminiſtret, defendat, diſtrahat, & creditoribus inde ſatisfaciat 1. Pertinet enim ad ejus officium bona juſque debitoris quoad poteſt tueri, & adminiſtrare, actiones omnes tempore perituras exercere, Invētarium bonorum conficere, & creditoribus exemplum ejus ſi petant exhibere 2; tum adminiſtrationis ſuæ non ſolum creditoribus, verum etiam ipſi debitori rationem reddere 3, perinde ut alij curatores, & procuratores tenentur 4. Ante tamen quam conſtituitur vel ſtatim poſt, Iudex citare debet omnes creditores, quos aliquod jus vel intereſſe in bonis debitoris habere conſtat, præfixo congruo temporis ſpatio in-

tra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

tra quod creditum, jus, & intereſſe ſuum liquidum reddan,
vel ſilentium de hoc ſententia judicis exſpectent. Quo elap
ſo cum creditores evocati venerint, & debitum, juſque ſuur
fuerint profeſſi, miſſio in bona debitoris ex primo decret
conceditur, ad ſecundum decretum antequam perveniatu
Curator bonis daturus eſt, qui abſentis bona tueatur 5: ni
forte periculum ſit in mora, ut non liceat hũc proceſſum e
ſpectare tunc enim ſine curatore procedi quoque potel
quoniam in his in quibus periculum eſt in mora, ordo, & ſ
lemnitas juris remittitur 6. Quòd ſi vero curator bonis d
functi, jacentique hæreditati dandus eſt, ut fit quando hær
ditas multo ære alieno gravata eſt, & hæres nondum appar
qui eam adire velit, ſed adhuc ſperatur hæreditatem adiri po
ſe, inprimis citandi ſunt hi quos prima ſucceſsionis cauſ
ex teſtamento, vel ab inteſtato attingit 7, ut intra præſcript
tempus hæreditatem adeant, vel repudient 8: quo finito
hæres nullus appareat, fit immiſſio in bona ex primo decre
to, & tunc curator bonis datur, contra quem deinceps ju
dicium inſtituitur, atque agitatur, & ſententia fertur 9. E
in tali miſſione, & venditione bonorum in aliquo territori
exiſtentium, adeundus eſt Iudex domicilii debitoris abſen
tis, vel fugitivi, ut de ea cognoſcat, & decernat: quãvis exe
cutio non poſſit fieri ab eodem judice, ſed Iudex territori
bonorum de proſequenda executione adiri debet 10. Ne
refert an unus an plures curatores bonorum conſtituantur
an ſint alieni, vel ex ipſis creditoribus; quoniam nemo invi
tus ad hoc cogendus eſt 11, an ex officio judicis, vel propri
creditorum voluntate & conſenſione nominẽtur 12. Quòc
ſi plures ſunt, quilibet tenetur inſolidum, etiamſi ſe boni
non immiſcuerit 13.

1, l. 2. ff, de Curat, bõ, dãd, ubi gloſſ, & Bart, 2. gloſſ, & Bart. in l, 1, d. tit. 3, Gloſſ, in d, l, 2; & ult, 4, d, l, 2, & 3, 5, l, Fulcinius ff, ex quib, cauſ, in poſſeſſ. eat. l, ſi duo ff, eod, Bart, in l, ſi bona C. de bon, autor. judic. poſſid, 6. l, 2. ff. de fer, l, ſi quis filio ff, de injuſto rupt, teſtam, l. de pu-

pillo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

pupillo §. ſi quis rivos ff. de oper. no v. nuntiat. l. 1. ff. de exercit. action. 7. l. 1. ff. de ſucceſſor. edicto l. 1. §. penult. ff. de ventr. inſpic. Bart. in l. 2. ff. de curat, bon. dan. 8. l. 1. & l. ſeq. ff. de jur. deliber. 9. l. ſi diu. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat. l. ſi bona. & ibi Bart. C. de bon. autorit. judic. poſsid. 10. l. 1. & l. cũ unus §. is qui poſsid ere ubi Bart. ff. l. eod. 11. l. fin. ff. de curat. bon. dan. 13. l. de curatore. §. ſi tres ff. de curat. bon. dand.

TITVLVS XVIII.

De Conſortibus ejuſdem litis.

CONSORTES litis dicuntur qui jus commune, & cohærens in re de qua litigatur habent. Communitas enim, & cohærentia cauſſæ controverſæ facit litis conſortium 1. Vnde in re individua unus ex conſortibus agit, & defendit etiam ſine mandato, vel ceteris invitis 2. In iis autem quæ diviſionem recipiũt ante litem conteſtatam pro ſua parte quilibet recte agit, & convenitur 3: at poſt litis cõteſtationem non admittitur, niſi expreſſe alij contradicant 4. Requiruntur tamen nonnulla ad hoc ut Conſors pro Conſorte agere poſſit, videlicet, Vt cauſa ſit civilis, quando in criminali non habet locum litis conſortium in qua Reus conventus ipſe in judicio adeſſe tenetur, nec procuratorem dare poteſt 5: Vt jus Conſortum ſit individuum, ſi non omnino, re ſaltem, actione, & intentione communi 6: Vt conſortes ſint abſentes, nec prohibeant 7: Vt cauſſa non exigat ſpeciale mandatum 8: Vt conſors caveat de rato 9.

1. l. 1. & 2. C. de conſor. ejuſd. lit. Felin. & Dec. in cap. cum Mag. de conſ. 2. l. ſi cum uno ff. ſi ex noxa cauſ. agat. l. ſi via ff. de ſervit. ut l. illi ff. Si ſervit. vindic. facit. l. 1. & ibi gloſſ. C. ſi in comm. eod. cauſ. 3. d. l. 2. & ibi Bart. de cauſar. ejuſ. lit. 4. d. l. 2. l. ſi petitor. ff. de judic. 5. Felin. d. cap. cum Mag. 6. Felin. d. cap. 7. Franciſc. Ripa. in cap. cum omnes de conſtitut. 8. Ripa d. cap. 9. d. l. 2. C. de conſort. ejuſd. lit.

TITVLVS XIX.

De Advocatis.

ADVOCATVS eſt cauſſarum patronus, qui in judicio poſtulat. Poſtulare autem eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in jure apud eum qui juriſdictioni præeſt exponere, vel alterius deſiderio contradicere 1. Quod facere poſſunt omnes præterquam qui prohibẽtur: quorum

tres ordines ſunt. Quidam enim in totum repelluntur à po ſtulatione, ut mutus, ſurdus, qui prorſus non audit, perpe tuò furioſus, atque amens, minor ſeptendecem annis ſine cu ratore 2, & quicunque non habet legittimam perſonam ſtā di in judicio 3. Quidam pro aliis poſtulationem ſuſciper prohibentur, etſi pro ſe, & pro iis quorum tutelam, vel curar gerunt poſtulare poſſunt, ut femina, cæcus utriſque lumin bus orbatus 4, poſitus in aliqua dignitate 5, inſigni aliqu turpitudine notatus, veluti capitali crimine, vel calumni cauſſa damnatus publico judicio 7, Iudæus, vel hæreticu, vel ob hæreſis ſuſpitionem excommunicatus 7. Quidam ve rò non pro omnibus perſonis, nec in omnibus cauſſis poſtu lare prohibentur; ſed pro certis duntaxat perſonis, & pro ſ admittuntur, ut qui aliqua non tamen ſingulari juris infami ſunt inſigniti pro aliis quidem perſonis poſtulare non poſſũt ceterum pro conjunctis ad quartum uſque gradum admit tuntur, ut pro parente, pro uxore, ſocero, genero, nuru, vi trico, noverca, privigno, fratre, ſorore, &c. 8. Nec poteſt ad vocatus eſſe Iudex arbiter, vel adſeſſor in ea cauſſa in qua ju dex arbiter adſeſſorve fuit. Et non rectè poſtulat pro alio ſi cus contra rempublicam ſuam 10, Doctor contra civitatem qua ſalarium ex publico habet 11: donatarius contra dona torem 12, vaſallus contra dominum 13, libertus contra pa tronum 14: niſi hoc faciant eorum permiſſu, & venia, vel ſu perioris juſſu, aut judicis autoritate compulſi; quoniam co acta voſũtas excuſatur: 15. Reliqui ergo omnes extra hos or dines poſſunt eſſe Advocati, eoſque ut plurimũ conſtituun ipſi litigatores, ut ipſi eorum nomine in judicio poſtulent 16 interdum etiam Iudex, ſeu ordinarius magiſtratus ex officio dat petentibus litigatoribus, & querẽtibus ſe potentia adver ſariorum oppreſſos Advocatum non invenire 17, vel pupil lis, pauperibus, & miſerabilibus perſonis etiam non petenti bus, 18. Eſt enim publicum, & neceſſarium munus Advo cati, ad quod invitus quoque cogi, & compelli poteſt per ju dicem quantumvis Delegatum, ſub pœna non ſolùm pecu-

niaria

niaria, ſed etiam privationis officii *19*: niſi ob juſtas, & legittimas cauſſas ſe poſſit excuſare *20*. quis ſi Iudex admittit, debet in locum excuſati alium ſufficere 21. Conſtituuntur autē, & dantur ſumtibus eorum quorum cauſſas agunt *22*. &, ſi reipublicæ conſulant, vel pro pauperibus captivis, conſtitui poſtulent, ſalarium accipiunt de publico *23*: ſi privatis patrocinium præſtent, ab eiſdem ſalarium habent; & hoc vel in ſingulas cauſſas, atque adeo ſingulos actus operæ præſtitæ debetur 24: vel eſt annum, & initio ſtatim anni cedit, ita ut ſi Advocatus ante finitum annum moriatur, vel facto ſuo abſque culpa eveniente impediatur, quo minus operam ſuam præſtet, nihilominus totius anni ſalarium accipiat, atque etiam ad hæredes tranſmittat 25: vel eſt promiſſum, idque aut certum, ad quod exigendum competit condictio certi, vel ex ſtipulatu actio, aut incertum quod officio judicis petitur; vel non promiſſum, ad quod ſimiliter officium judicis imploratur ut competens, & dignum ſalariū conſtituat 26: quia nemo gratis alteri inſervire, aut ſuis ſtipendiis militare cogitur 27: ſed illicita duntaxat, & immoderata ſalaria prohibētur, ſicut pactum de quota litis 28. nam pactum ſine ſtipulatio ratione victoriæ non improbatur *29*. è duplicibus judiciis duplex ſalarium ut præcipiatur, uſus ferè obtinuit; licet æquitatis ratio hoc vix, aut omnino non admittat, cum uno, eodemque actu peraguntur. Quòd ſi expenſas in cauſſa fecerit, eaſque cliens nolit reſtituere poterit acta, & inſtrumenta ipſius quæ habet retinere pignoris loco pro expenſis, non autem pro ſalario; quod item licet judici, & procuratori 30. Sed ſi cliens non poſſit expenſas litis, & ſalarium ſolvere, Advocatus ſine ullo prætio gratis inſervire tenetur in judicij eventum; ne pauperis juſta cauſſa relinquatur oppreſſa, & indefenſa 31: & ſi hoc detrectet à judice compelli poteſt, ut ante diximus 32: niſi habeat legittimam excuſationem; veluti ſi pauper extrema inopia non laboret, aut juramentum paupertatis quod in judicio exigi ſolet, non præſtitit, aut noluit præſtare *33*. Partes verò, & functiones Advocati in dua-

bus rebus maximè conſiſtunt; in recta animi,& morum cõformatione, & legittima cauſſarum tractatione. Nam ante omnia Advocatus debet ſe conformare ad colendam, & amplificandam juſtitiam, ad conſervandam juris æqualitatem ad tuẽdas honeſtorum hominum fortunas, injuriaſque propellendas: nihil quæſtus privati ſtudio, gratia, aut odio agere, dareque operam ut bonus, integer, & rectus in omnibus vitæ actionibus ſit,& habeatur 34. Tractatio cauſſarum requirit ingenium, judiciũ, facundiam, juris ſcientiam, uſum & exercitationem, ut Advocatus teneat leges, conſuetudines, ſenatuſconſulta, plebiſcita, provinciarum, & civitatum ſtatuta, & eadem ſciat ad civilium rerum diſceptationem, & actiones forenſes accommodare, reſpondere, & cavere conſulentibus,formare actionem juris exſequendi, opponere exceptionem,& utramque idoneis probationibus communire. Quam ad rem plurimum conducit ut omnes facti, ac rerum circumſtantias,& univerſæ cauſſæ ſtatum ex cliente ſuo diligenter inquirat 35, eundemq; maneat ne falſi quippiam cõtra rectam mentis ſuæ conſcientiam adfirmet, neve reticeat quæcunque vel prodeſſe,vel obeſſe cauſſæ poſsint, & an ſuas allegationes teſtibus, inſtrumentis, aut aliis rationibus probare queat. Cognita jam cauſſa,& ſuſcepta cum legittimo & ſufficienti litigatoris mandato, ſine quo in judicio verſari periculoſum eſt, Advocato actoris primùm impetrãda,& expedienda Citatio eſt, habita ratione perſonarum, locorum, & temporum: ſed ante proſpiciendum an Reus ſit è numero eorum qui parentum appellatione continentur, ne talis ſine venia Iudicis evocetur, & an Reus prima inſtantia ad ſupremum tribunal vocari poſsit, ut ſic inferioris judicii mora & ſumtus evitentur, veluti quando Reus ſponte ſe ſuperiori judici ſubjecit in inſtrumento; aut plures ſunt Rei ejuſdem cauſſæ in diverſis juriſdictionibus habitantes; an Actor miſerabilium perſonarum privilegium habeat, utputa ſi pupillus ſit, vel vidua, vel morbo, ſenio, aut paupertate laboret 36. Deinde formandus libellus, in quo Advocatus attentus & circum-

circumſpectus eſſe debet, ut eum apertum, congruum, & re-
cte concludentem proponat, veram actionis cauſſam edat,
quo judici pariter, & adverſario de ipſius jure ſtatim liqueat,
alioquin libellus a judice rejiciendus, nec ferendus in judi-
cio qui eum edidit 37. Rurſus Advocatus Rei inprimis ca-
vere debet ut ne Advocatum actoris ſine legittimo mandato
38, neve hominem externum immobilia non poſsidentem,
niſi præſtita pro litis expenſis cautione admittat 39 tum de-
fenſiones, exceptioneſque quas reus habet, & probare poteſt
opponet, Reliquos actus judiciarios Advocati utrimque tra-
ctant eo ordine & modo quem tribunalium uſus obſervat.
Præter hæc autem ſunt, & communes quædam præceptio-
nes quæ ad cauſſarum tractationem, & ad officium veri, & in-
tegri Advocati pertinent; veluti, Nullius cauſſæ injuſtæ, aut
ſuſpectæ contra ſuam conſcientiam, & in fraudē alterius pa-
trocinium ſuſcipiat 40, Nihil pro cliente agat niſi quod ve-
rum, & juſtum exiſtimet 41, atque omnibus, rebus & argu-
mentis jure ac legibus conceſsis ſuſceptam cauſſam tueatur,
nec falſo ſibi perſuadeat, quod plerique faciunt, Advocato
licere cauſſam iniquam, defendere, & in bona cauſſa dolo, &
fraudibus adverſarium decipere neque in eo peccare 42, Nō
plures lites quam peragere commode poſsit emolumēti pri-
vati ſtudio ſibi ſumat patrocinandas 43. Nec judicii diffe-
rendi, & remorandi cauſſa eluſorias poſtulet dilationes, aut
exceptionibus frivolis litem de induſtria protrahat 44. Non
alleget leges abrogatas, vel minimè confirmantes rem pro-
poſitam, vel falſas legum interpretationes. vel etiam cavilla-
tiones proferat 45. Cohibeat omnem maledicendi, ac con-
vitiandi petulantiam tam in adverſarium quàm ejus advoca-
tum; immo ne provocatus quidem convicia temerè regerat
46. Iudici debitam reverentiam ac venerationem præſtet,
nec offenſionem aliquam adferat; quia apud judicem offen-
ſum, & iratum cauſſa non facile obtinetur 47. Quæ omnia
Advocatus dum præſtat, & officio ſuo rectè ac probè fungi-
tur, merito conſequitur immunitatem, privilegia 48, hono-

rem, & dignitatem 49: eoque nomine, ne dignitatem ſtat imminuat, à procuratione quæ eſt vilis, & onus potius qua dignitas habetur, abſtinere debet 50. ſed ſi in officio pecc poena arbitraria multatur, aut ſi gravius deliquerit, ad te pus vel in perpetuum poſtulatione prohibetur; 51. & ad ſtitutionem ſalarii, & expenſarum quas cliens impenderit t netur. 52.

1. l. 1. ff. de poſtul. 2. d. l, 1, 3. tot. tit. C. qui perſon. legitt. 4. d. l. 1. 5, l. unic. 51. C. ne pote, 6, d. l. 1. § . removet. & §. 2. 7. Specul. tit. de advoc. 8. l. ſed & hæ ubi gloſſ. & Bart. ff, de p curat. gloß. in l, 4. ff. de teſtib. 9. l. quiſquis C. de poſtul. 10, l. 3. & tot. tit, C. ne fiſci. vel r pub. 11. Bart. in l. 2. C, de advoc. diverſ. judic. Specul. tit. de feudis à quibus tamen diſſen Panorm, in cap. cum ſacerdos de poſtul. 11. Panorm. d. c. cum ſacerdos 13. cap. 1. § item delator tit. quæ fuit prima cauſa beneſic. amitten. ubi gloſſa & Andr. de Iſern. Afflic deciſ. 265. 14. l. 2. C. de poſtul. 15. l. velle ff. de reg. jur. l. ait. prætor ff, de minor. & ibi Gloſ ſi quis ff. de ſenatuſcon. Syllanian. 16. l. laudabile C. de advoc. diverſ. judic. 17. l. 1. §. ait pr tor. ubi gloſſ. ff. de poſtulan. l. 2. & l, providendum C. eod. l. nec quicquam §. advocatos §. fin ff. de offic. proconſ. 18. d. l. nec quicquam, & ibi Fulgoſ. Bartol. in l. 4. ff. de damn. infe 19. d. l. providendum l. 1. ff. de adminiſtr. tutor, 20. l. ſi longius ff. de judic. l. non ſolum ff. excuſat. tutor. l. munerum ff. de muner. & honor. cap. ſi pro debilitate. de offic. deleg. & i Felin. 21. d. l. ſi longius l. judex ff. eod. gloſſ. in l. ſancimus C. de advoc. diverſ. judic. 22. d 1. ff. de poſtul. ubi gloß. l. 4. §. fin. ff. de eden. l. 1. §, in honorarijs ff. de var. & extraord. cog 23. l. 2. & l. reſtituendæ C. de advoc. diverſ. judic. 24. d l. properandum l. per hanc C. de a voc. diverſ. judic. Bald. in l. unic. C. de ſuffrag. 25. l. 1. ff. de var, & extraord, cognit, l, p duos C, de advoc, diverſ. judic, Iaſon & Dd, in l, diem ff. de offic. adſeſſor. 26, Gloſſ, in l, nic. C, de ſuffrag, Specul, tit, de ſalar, advocat. 27, cap, cum jam nunc 28, quæſt. & cap. cu ex officii, de reſcript. cap, cum ſit Roma, de ſimonia 28, l, quiſquis l. ſi qui C, de poſtul, l, ſi co tra C, mandati l. nec quicquam ff, de offic, proconſ. & legat, l, ſumptibus ff, de pact, 29, l, quiſquis l, 1, ff. de var, & extraord, cognit, 30, Boerius deciſ, 15, 31. Gloſſ, in l. 2, C, de pro ſucr. ſerin. Felin. cap, 1, de offic, judic, Covart, pract. quæſt. cap, V I. 32, d, l, providendum ſi quis vero C, de poſtul. l, 1, ff, de offic, præf, urb. 33. cap ſtatutum ubi gloſſ. de reſcript, Feli cap, 1, de offic, deleg. Bald. in l. invitus C, de procurat. 34. l. 1, ff, de juſt. & jure diſtinct, 4 cap. qui rect. judic, de re judic. lib, VI, 35, d. l. quiſquis C, de poſtulan, cap, propter extr, de p ſtul, 36, Vide ſupra tit, de foro compet. 37, gloſſ. in l. 1, ff. Si menſor. falſ, mod, dixer. & not, cap. examinata extr, de judic, Faber in § 1, Inſtitut, de action. 38. l, ſi procuratorem ff. procurat, cap, mandato eod. tit. 39. l, 1, l. unic. C. de ſatiſdat. l, ſi prætor. ff, de judic. 49. l, re non novam C, de judic. cap, 1. de re jud. cap. perpet, de elect. cap, ult, de not, cleric. 41, d, l, non novam 42, gloſſ, in cap. dominus noſter quæſt. 2, Specul. tit. de advoc, Alberic. in l. ſi q deſidero C. de ſuffrag, 43, l. ſervum ff. de procur, Specul. d, tit, 44. l, properandum C. de judi Specul. d. tit. 45. l. ceteræ ff famil. erciſcun. l. 1. ff. ad legem Cornel. de falſar. 46. Specul. d. t 47. l, non diſtinguemus C, de judic. cap. quia ſuſpecti cap. cum inter de except, cap. ſecun requiris de appellat. 48. l. advocati l. cum advocatio l. laudabile C. de advoc. diverſ. judi 49. d. l. quiſquis & l, providendum l. advocati. Guido Papa deciſ. 388. Bart, in l. 1, C. d advoc. diverſ. judic. 50. l. ſi quis procurationem C. de decur. l. univerſos C. eod. 51. l. ſi quis l. quiſquis C. de poſtul. l. 1. C. de advoc. diverſ, judic. l. moris, ff. de pœn. 52. l. ult. C. de condi ob cauſ. Specul. d. tit. de advocat. & tit. de poſit. Cynus, Salicet. Fulgoſ. & Caſtrenſ. in au thent. hodie C. de judic, ubi tradunt Advocatum perperam conſulentem teneri omnia dam na reſarcire.

Titulu

TIT. XX.
De Procuratoribus.

PROCURATOR eſt qui aliena negotia mandatu domini adminiſtrat *1*. Cujus varia, & diverſa ſunt genera. Quidam enim Generalis, cui omnes cauſſæ,& omnia negotia mandantur: quidam Specialis, cui certa aliqua res, vel lis, negotiumve præſens aut futurum committitur 2. Alius in rem, ac utilitatem alienam datur, alius in rem ſuam, ut qui alienum quidem negotium, ſed in commodum proprium domini mandato curat 3. Alius ad negotia gerenda, alius ad judicia ſuſcipienda conſtituitur 4 hic aliis ſe negotiis non immiſcet 5, nec minor viginti quinque annis datur 6, neque vices ſuas alteri delegare poteſt, niſi vel lis contestata ſit; aut ſpeciale mandatum ſubſtituendi ante litis conteſtationem habeat, aut in rem ſuam ſit datus 7: ille datus ad negotia generaliter cenſetur, etiã ad lites,& omnes eas cauſas in quibus ſpeciale mandatum non exigitur; conſtitutus & poſt decimum ſeptimum ætatis ſuæ annum procurationẽ ſuſcipere,eandemque libere quandocunque vult alteri delegare poteſt 8; niſi tale ſit negotium in quo induſtria perſonę requiratur,& electa cenſeatur *9*. Procuratorem autem dare, & conſtituere unicuique eſt permiſſum cui nominatim legibus non eſt interdictum, veluti prohibetur ſervus 10, damnatus publico judicio, excommunicatus 11, captus ab hoſtibus 12, filiusfamilias 13, niſi ejuſmodi ſit actio qua ipſe experiri poſſit, ut de caſtrenſi peculio, vel de vi,& injuria ſibi facta 14, vel niſi patrem habeat ſuſpectũ, & vilẽ, & dilapidatorem *15*, Pupillus,& minor ſine tutoris, & curatoris ſui auctoritate 16, niſi in cauſſa momentaneæ poſſeſsionis, in qua tum minor tanquã legittima perſona audiatur,ſi per ſe nolit, poterit per procuratorem agere 17. Tutor item, & curator quamvis procuratorem rectè conſtituant ad negotia extra judicium gerenda; tamen ad litem exercendã ante conteſtationem procuratorẽ conſtituere nequeũt 18: ſicut nec pro-

curator

procurator judicialis alium ſubſtituere poteſt ante litē con
teſtatam, per quam dominus litis fieri dicitur *19*. Vnde it
omnibus actibus cauſſæ debent citari non dominus. Con
ſtitui vero poſſunt procuratores omnes illi qui ad poſtulan
dum admittuntur, ſive patres, ſive filiifamilias & ideo pro
curator eſſe non poteſt ſervus 20, excommunicatus, vel al
eo conſtitutus qui excommunicatus habetur 21, mulier 22
niſi agat tanquam tutrix pro liberis ſuis 23, vel pro parenti
bus morbo, aut ætate impeditis, vel deſtitutis procuratore *24*
miles 25, præterquam ſi in rem ſuam forte datus ſit, vel pro
commilitone agere, & eum defēdere velit *26*, monachus re
gularis ſacris ordinibus initiatus *27*, niſi agat pro ſuo ordine
aut eccleſiæ 28, medicus ſeu parabolanus *29*, mutus & ſur
dus, præterquam ad gerenda negotia 30, minor ob benefi
cium reſtitutionis in integrum *31*, univerſitas, civitas, fiſcus,
quod ob potentiam, & terrorem ſint formidabiles *32*, reus
criminis factus, & nondum expurgatus; quia inverecundum
eſt eum velle alterum accuſare, aut defendere qui ſeipſum nō
purgavit 33, infamiæ turpitudine inſignitus, quem jus Ca-
nonicum cui in hoc ſtatur, repellit 34: licet jus civile admit-
tat, eo quod ipſum munus Procuratoris ſit vile, & inhonora-
tum *35*, redemptor litis 36. Denique conſtitui poteſt Pro-
curator in omnibus cauſſis civilibus tam pecuniariis, quàm
liberalibus 37, licet in nonnullis caſibus Procurator non ad-
mittatur, ſed litigatores ipſi in jus venire coguntur, veluti ſi
qualitas cauſſæ exigat perſonalem præſentiam domini 38, ſi
dominus probior, peritior, & inſtructior ſit procuratore *39*.
Si rei veritas domino magis quā procuratori cognita ac per-
ſpecta ſit 40. Si juramentum calumniæ præſtandum ſit, ni-
ſi procurator ad hoc ſpeciale mandatum habeat 41: ſi deni-
que cauſſa criminalis ſit, in qua neque accuſare quemquam,
neque defendere per procuratorem licet, ſaltem ante appre-
henſionem 42: niſi civiliter, ut fieri poteſt, crimen intente-
tur, utputa ad æſtimationem injuriæ pro pœna pecuniaria
43, vel niſi ſuam ſuorumque injuriam quis proſequatur, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ad reclamationem injuriæ agat, quod hodie paſſim obſervatur in judiciis, & maximè in illuſtribus perſonis 44, vel niſi quis Rei delati abſentiæ excuſationem tantum alleget, aut unum articulum cauſſæ extra crimen principale in modum exceptionis dilatoriæ opponat; veluti quod Iudex ſit incompetens, aut accuſator non habeat perſonam ſtandi in judicio 45, aut crimen ſit leve 46. Modus autem conſtituendi procuratorem varius, & multiplex eſt. Nam interdum conſtituitur in judicio cùm apud acta, aut coram judice datur, vel perſona ejus confirmatur, vel mandatum inſinuatur, vel quicquid ille geſsit dominus ſe ratum habiturum promittit 47: interdum extra judicium, vel præſens, & coram notario ac teſtibus, vel abſens per mandatum procuratorium, ſcripturam, epiſtolam, vel nuncium 48: aliquando purè, vel ſub conditione, aliquando ex die ad diem, & uſque ad certum tempus, vel ſine temporis definitione, & in perpetuum 49. Et vel generaliter ad omnia judicia, aut negotia, vel ſpecialiter ad certam rem, ſive litem, & eam quidem totam, non ad ejus partem 50: vel cum plenâ & liber poteſtate agendi, faciendi omnia quæ dominus ipſe præſens facire poſsit & ſoleat; vel definita, & circumſcripta 51; cum cautione De rato, quam procurator tenetur præſtare quotiens de mandato, an ſufficiens ſit, dubitatur 52, & cum ſatiſdatione De judicato, ſolvendo, quæ à procuratore rei conventi omnimodo præſtanda eſt ſub hypothæca bonorum ſuorum, ſive præſens ſit dominus, ſive abſens 53. Sed quomodocunque conſtituatur Procurator, ſemper officium ejus eſt voluntarium, nec datur invitus coactuſque 54, & ſufficit mutuus conſenſus cùm expreſſus, tum tacitus 55. Vnde ſi quis litteras procuratorias acceperit, & non contra dixerit, procurator conſtitutus intelligitur, adeo ut ſi poſtea is negotia gerere neglexerit, conveniri poſſit actione Mandati 56: vel ſi quis præſens paſſus fuerit ſua negotia ab aliquo geri, mandaſſe cēſetur 57. Quoniam conſenſus etiam tacitus in mandato obligationem inducit, quando ſcilicet aliquo ſciente; & non contradicente

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

agitur, ex quo colligi poteſt quis ejus fuerit ſenſus, quæ voluntas 58: Patientia enim pro cõſenſu habetur 59: ſicut qui ratum habet mandare videtur 59.

1. l. 1. ff. de procurat. 2. d. l. 1. l. 3. ff. judic. ſolu. l. ſi procurator ad unam ff. de procurat. 3. l. ſervũ l. licet l. quæ õnia ff. eod. 4. d. l. ſervũs. cap. qui generaliter de procurat, lib. VI. 6. l. minor. ff. eod. 7. cap. 1. de procur. lib. eod. 8 d. cap. qui generaliter 9. l. ſi procuratorẽ ff. eod. ubi Bald. & Salicet. l. 1. ff. de exercitor. actiõ. 10. d. l. ſervũ 11. cap. fin, extr. eod. 12. l. captus ab hoſtibus l. ab hoſtibus ff. quib. cauſ. maior. 13. l. filius familias ff. de procurat. 14. d. l. filiusfamilias & l. miles ff. de caſtr. pecul. cap. 1. de judic. lib. VI. 15. d. l. filiusfamilias l. ſed etſi unius ff. de injur. l. Imperator. ff. ad Trebellian. 16. l. neque tutores C. de procurat. 17. l. momentaneæ C. qui legitt. perſ. l. 1. C. Si per vim l. plane ff. famil. erciſc. 18. d. l, neque tutores. 19. l. quod quis l. nulla dubitatio l. procurat. C. de procurat. cap. 1. & 2. tit. eod. 20. d. l. ſervum 21. cap. prudentiam de offic. deleg. & cap. ult. extr. de procurat. 22. l. alienam C. eod. 23. authent. hodie C. quan. mul. offic. tut. fun. pot. cap. ex parte de appellat. 24. l. feminis ff. de procur. 25. l. militem. l. qui ſtipendia C. eod. 26. d. l. filius familias, d. l. qui ſtipendia 27. authent. de ſãctiſſ. epiſc, §. aliud 28. 2. quæſt. 7. cau. tria 29. l. placet C. de epiſc. & cleric. 30. l. mutus ff, de procurat. 31. l. exigendi C. eod. 32, l. 3. & ſeqq. C. Ne fiſc. vel reſpub. procurat. alic. 33. l. reum criminis C. de procurat. l. 1. C de reis poſtul. l. liberi ff. Ad municipal. 34. cap. 2. 3. quæſt 7. gloß, ibid. Iaſon. in §. fin. Inſtitut. de except. 35. d. §. fin. & ibi Dd. gloß. in l. 1. ff. de poſtul. & in l. 3. C. de dignitat. 36. l. ſi remunerandi ff. mandati l. ſi contra. licitum C. eod. 37. l, fin. C. de procur. l. ſervum l. ſed & hæ. ff. eod. 38, Iaſon. & Dd in l. in pecuniariis C. eod. 39. Socinus de citationib. 41. artic. 40, Iaſon d. loco 41. cap. fin. de juram. calumn. lib. VI. lib. VI. 42. l. 2, & 3. C. de iis qui accuſ. poſſ. 43. l. unic. C quan. civit. act. criminal. præjudic. 44. Bart. in l. l. ff. de procurat. 45. Abb. & Socinus in cap, veniens extr. de accuſat. Salic. in l. reus C. eod. Iul. Clar. quæſt. 22, 46. l. 1, ff. an per alium cauſſ. appellat. agi poſſ. l. ſervum quoque ff. de procurat. 47. l. ſi procuratorem ibi Bartol. & Dd. ff. de procurat. §, ſin. autem Inſtitut. de ſatiſdat. 48. l. 1. & 2. l. ſervum l. ſi procuratorem ff. de procur. l. 1. ff. mandati l. 2. ff. de pact. 49. l. 3. ff. de procurat. Specul. tit. eod. 50. l. non tamen l. mandato ff. eod. cap. qui generaliter tit. eod. 51. d. l. mandato l. procurator ff. eod. gloß. & Panorm. in cap. cùm dilectus de relig. domib. 52. gloſſ. & Dd. in l. 1. C. de ſatiſd, & §. ſin. verò in perſonam. Inſtit. eod. gloſſ. in l. non ſolum ff. de procur. 52, l. qui proprio ff. eod. d. §. ſin. autem l. unic. C. de ſatiſdat. 53. d. l. qui proprio d. §. ſin. autem 54. l. 7. §. invitus ff. de procur, 55. l. 1. ff. eod. l. qui tacet ff. de reg. jur. 56. Clem, 1. de procur. 57. d. l, ſi remunerandi 58. argum. d. l, qui tacet. 59, l, qui patitur. ff. mandati. 60, l, ſemper qui non probat ff. de reg. jur, gloſſ. & Dd. in. l. ſi pecuniam C. de negot, geſt.

TIT. XXI.

De Mandato Procuratorio.

MANDATVM eſt quo alieni negotii procuratio alicui committitur, ſive in judicio, ſive extra judiciũ *1.* Quod duplex eſt, unum tacitum quando ſaltem conſenſus tacitè intervenit 2; alterum Expreſſum quod expreſſis verbis inter præſentes, & abſentes per ſcripturam vel nuntium datur 3: idque aut Generale ad omniũ rerum procurationem

curationem pertinens, aut Speciale ad certum articulum, vel membrum judicii; quæ pro circumſtãtia, & diverſitate rerum alia atque alia dantur. Nam licet Mandatũ generale ut plurimum in expediendis cauſſis ſatis eſſe ſoleat; multæ tamen ſunt cauſſę quæ in judiciis, & extra quoque judicia peragi nõ niſi ſpeciali in eam rem accepto mandato poſſunt. Ideo qui plenum, & liberum mandatum daturus eſt, prius aliqua eorũ quæ ſpeciale mandatum requirunt in inſtrumento exprimere debet, & poſtea ſubjicere generalem illam clauſulam Omnia reliqua agendi quæ ipſe dominus præſens agere facere poſſit 4. Ejuſmodi ſanè cauſſæ ſunt petitio reſtitutionis in integrũ ſi ea principaliter non incidenter petatur 5; petitio reſtitutionis natalium 6, legittimationis 7, veniæ ætatis 8, confirmationis electi 9. juramenti calumniæ, & cujuſlibet alterius præſtatio, delatio, relatio 10, tranſactio litis finiẽdæ cauſſa interponenda 11, pactum 12. compromiſſũ 13, accuſatio rei criminoſi 14, recognitio ſcripti 15, renuntiatio beneficij feudi 16, quoniam in generali renuntiatione feuda non includuntur 17, liberatio per acceptilationem præſtanda 18, remiſſio obligationis pignoris 19, receptio ſolutionis debiti 20, donatio 21, retractus, venditio 22, contractus ſive negotium ſponſalium, & matrimonii 23, actus diviſionis, quia non ſufficit mandatum ad petendã diviſionem, ſed exprimi debet Ad dividendum 24; conſtitutio actoris ad lites futuras 25. reſpõſio ad poſitiones 26; proſecutio appellationis 27, relaxatio detenti in carcere 28. Mandatum autem cõſtitutionis quod procuratori ad lites, & judicia datur hæc ferè cõtinere debet, Primo nomen, & cognomen domini conſtituentis, & conſtituti procuratoris, nec non adverſarij contra quem, & Iudicis coram quo diſceptatur. Deinde cauſſam in judicium deductam 29; tum actus & terminos præſcriptos ad quos datur procurator, ut ad citandum, comparẽdum, agendum, defendendum, excipiendum, litem conteſtandam, jurandum, reſpondendum poſitionibus, teſtes, inſtrumenta, tabulas & ſimiles probationes producendum, concludendum, audien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

dum ſententiam, & appellandum ſi opus ſit 30. è quibus ta-
men litis conteſtatio, concluſio & auditio ſententiæ omiſſa
non vitiant mandatum 31. Sed ea maxime in mandato ex-
primenda quæ ſpeciale mandatum requirunt, nec in genera-
li comprehenduntur de quibus proxime diximus 32, & po-
ſtea ſubjicienda hæc generalis clauſula omnia reliquā agen-
di quæ ipſe dominus præſens agere facere poſſet: quæ con-
ſtituto procuratori tribuit liberam, plenam, & generalē po-
teſtatem pro domino agendi, & includit omnia etiam non
expreſſa 33. Illa quoque clauſula inſeri debet Ratum habe-
quicquid procurator geſſerit 34, nec ſufficit ita perſcrib-
Quicquid legittime, & utiliter à procuratore geſtum erit: n
conſtituens ſemper cavillari poſſit non eſſe legittimè geſtum
& ſic res ſemper eſſet dubia 35. Poſtremo loco annus, & die
mandato inſerendus 36, & ſigillum publicum, aut privatum
teſtandi cauſſa apponendum 37, & in reliquis obſervandu
tribunalium uſus, & ſtilus 38. Plane in mandato conceſſi
quibuſdam omnia alia mandata permiſſaque eſſe intelligun-
tur ſine quibus mandatum recte exerceri nequit 39. Vnde
is qui habet mandatum ad proſequēdam cauſſam in judicio
petitorio, poteſt etiam præparatorio, & poſſeſſorio experiri,
quia conceſſo conſequenti videtur etiam conceſſum omne
neceſſarium antecedens, & ex diverſo 40: modo tendant ad
unum eundem finem, & non ſint diſſidentia 41, & qui ad a-
gendum idem ad defendendum datus intelligitur præſertim
in judiciis duplicibus 42; nec refert an incontinenti an ex
intervallo prout utile & bonum videbitur, agat; vel ſi duæ
res petendæ ſint unam ſtatim alteram poſt pro ſuo arbitratu
petat 43. Et ſi Mandatum eſt generale comprehendit etiam
futura negotia 44, non tamen alias perſonas in eo non ex-
preſſas, etiamſi de eadem re agendum eſſet 45, neque res
criminales 46, inhoneſtas, & illicitas 47, aut requirentes mã-
datum ſpeciale: quod adeo verum eſt, ut qui habet manda-
tum generale & agit principaliter in cauſa requirente Speci-
ale, dicatur falſus procurator, ſecus ſi incidē ter agit 48. Quod
ſi

ſi duo diverſa ſint mandata, ac unum generale, alterum ſpeciale, ſiquidem diverſis temporibus ſunt data poſterius prævalebit *49*: ſi eodem tempore, tum ſpeciale præferetur generali ut in omni jure generi per ſpeciem derogatur 50. At ſi Mandatum eſt obſcurum, procuratori contra dominum conceditur ejus interpretatio: quia dominus ſibi imputare debet quod formam mandati non expreſſerit certius, & dilucidius 51; licet nonnulli domino concedendam exiſtiment *52*. Rurſus ſi dubium, & incertum, aut parum ſufficiens eſt mandatum, non admittitur procurator niſi præſtita cautione Rati, etiam in iis quæ ſpeciale deſiderant mandatum *53*. Sed ſi evidenter conſtet eum non habere Mandatum, haud admittitur etiamſi de rato ſatiſdare velit. Ideo neceſſario tenetur ante omnia exhibere Mandatum, & perſonam ſuam legittimam probare etiam in ſummario judicio 54. Quæ probatio fit vel per acta, apud quæ Mandatum procuratori datum vel inſinuatum eſt *55*, vel per inſtrumentum conſtitutionis à tabellione, aut ipſo domino præſcriptum *56*, vel teſtibus apud quos procurator datus eſt *57*, vel litteris quibus abſens ſignificavit aut judici, aut adverſario, ſe talem procuratorem, & in ejuſmodi cauſſa conſtituiſſe, ratumque habiturum quod cũ eo actum erit *58*, vel præſumptionibus, veluti ſi procurator exhibeat inſtrumenta litis negotiive: quoniam nemo ea ſine mandato præſumitur conceſsiſſe; quæ ſi probare poteſt ſibi tradita fuiſſe ab ipſo domino, admittitur etiam ſine aliqua cautione *59*: ſi producit tantum, nec probat ſe â domino habere, admittitur non niſi cum cautione rati *60*; vel denique ſcientia & patientia domini, ut ſi quis in judicio agit nomine alterius eo ſciente, & patiente *61*. Porro ex Mandato naſcitur mutua obligatio qua dominus, & procurator invicem obligantur; ille ut indemnem procuratorem ſervet, eique pecuniam det ad exſequendum mandatum, ſumptus neceſſarios & utiliter factos reficiat *62*, uſuras quas promiſit pro mutuo ſumpta pecunia ad gerendum negotium præſtet, honorariũ ſi petat remunerandi gratia det *63*, etiamſi rem non potuerit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

exſequi, vel infeliciter geſſerit, ſine culpa tamen ſua *64:* h ut fines ſui mandati diligenter obſervet, atque cuſtodiat, ne eos tranſeat *65.* & non modo mandatũ bona fide perfici *66*, ſed & finito negotio domino rationem reddat *67*, & re ſtituat omnia quæ inde conſecutus eſt 68, etiam id quod in debitum accepit *69*. hoc amplius Procurator ad judicia om nem diligentiam immo ſummam, & exactiſsimam, præſte quoniam in ſuſcipiendo mandato videtur ſibi rerum agenda rum peritiam vendicaſſe *70*: quamvis hic ſæpe fines mand ti egredi poteſt quando juris, & judicii neceſsitas exigit, qu domini mandato circumſcribi nequit 71. Si tamen propr negligentia aliquid commiſit, hoc domino nocet, ſive ſcie ti ſive ignoranti, cui nihilominus manet adverſus ipſũ man dati actio ſi eſt ſolvendo, ſi non competit reſtitutio *72:* ſe ſi dolo malo ac fraude aliquid prætermiſit, ipſo jure domin jus ſalvum eſt, ſi procurator ſit ſolvendo. Non enim quo procuratoris dolo factum eſt, fraudi aut damno eſſe domin poteſt aut debet 73. Cæterum Mandatum ſolvitur, & fin tur pluribus modis, veluti Revocatione ſive mutatione, id que vel ante litem conteſtatam re adhuc integra 74; vel po litem conteſtatam, cum cauſæ cognitione, & ſciente procu ratore & adverſario, quibus alioquin Revocatio non præju dicat ſi ad eorum notitiam non pervenit *75*: immo geſta procuratore revocato, ipſo, & adverſario ignorante, conſi ſtunt, & valent 76. Et Renuntiatione procuratoris ſi res e integra 77, Vel alia juſta cauſſa interveniente, ut ſi domin nihil intereſſe cœperit 78, finitâ re ſive lite propter quã da tum & ſuſceptum eſt mandatum morte domini mandantis, re adhuc exiſtente integra *79*, etiamſi ignoret mortem pro curator aut adverſarius 80: niſi quid mandatum ſit in rẽ ip ſius mandatarii 81, vel mandatum contineat aliquid quod poſt mortem mandantis exſequi debeat 82, vel ſit mandatũ dotis, aut libertatis dandæ 83, aut ad pias cauſſas 84, quæ ſin gula morte mandantis non exſpirant, nec ab hærede revo cantur. Sed in procuratore ad judicia obtinet ut eo mortuo

mandatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

mandatum deſinat, ſive res integra ſit, id eſt lis necdum cō-
teſtata, ſive non ſit: quoniam induſtria perſonæ electa cen-
ſetur quæ non tranſit ad hæredes 85. Quod idem eſt in mā-
dante beneficiario, ſive naturaliter mortuus fuerit, ſive civili-
ter puta ad aliam eccleſiam tranſlatus, vel beneficium reſig-
naverit 86 quia poſt mortem ejus hæres nullus exiſtit. Cō-
tra ſi dominus deceſſit poſt litem à procuratore conteſtatam,
aut præſtitam ab ipſo domino cautionem de judicato ſolvē-
do, permanet mandatum, & poteſt Iudex defunctum condē-
nare, vel abſolvere, dummodo in procuratoris perſonam con-
cipiatur ſententia 87; niſi abſque hærede dominus deceſſe-
rit, tunc enim in procuratorem quamvis dominum litis ſen-
tentia proferri nō poterit 88. Quamvis alias procurator po-
ſit condemnari, licet non fiat in eum exſecutio; ſed in domi-
num; niſi ob delictum ſuum condemnatus fuerit in expenſas,
aut aliquid egerit ad quod non habuit mandatum: ob quod
contra eum fit exſecutio, non contra dominum 89.

1.l.1.ff.de procurat.l.ſi procuratorem l.ult.ff.mandati 2.l,ſi remunerandi l. qui patitur ff.eod.3.l.1.ff.eod.4.Bartol.in l.procurator cum libera ff.eod.Panorm.in cap.cum dilectus de relig.domib.cap.fin.de dilat.5.l.illud ff.de minor.Imola & Panorm.in cap.ſuſcitatus,de in integr.reſtitut.6.Specul.tit.de procurat.7.Rebuffus in tract,concluſ.Rubric.de elect.de rog 8.l.2.C.de hi s qui veniam ætat.Rebuff.d.loco 9.Beroſ.conſil.5.lib.1,10.l.ju.jurand um ff.de jurejur.cap.ult.de juram.calum.præſt.lib.VI.11.l.mandato ff.de procurat,& ibi Bartol.l.tranſactionis placitis C.de tranſact.12.l.reſcriptum l.nam & nocere ff.de pact.13.d.l.mandato & cap.per tuas ibi gloſſ.de procur.14.Bald.in l.reos C.de accuſat Guido papa 338.deciſ.Menoch.lib.1.quæſt.80.de arbitr.judic.15.Rebuffus d loco 16.Cardin.in clement.unic.de renuntiat.Rebuff.d.loco 17,Bald.in authent.in ſucceſſione C.de ſuis & legittim.18.l.per procuratorem ff.de acceptil 19 l.ſi conſenſ.ff.quib.mod.hypothec.20.l,hoc jure ibi Bart.ff.de ſolut.21.l.filius familias ff,de donat.l.contra juris ff.de pact.22.l.procurator tutorum ff.de procurat.l.procuratorem C.eod.Natta.conſil.297.23.cap.fin.de procurat.cap.veniens,& ibi gloſſa.extr.qui cleric.vel voventes,24;Bart.in l.qui Romæ ff.de verb.obligat.Iaſon.in l.in perſona C.de pact.25,l.item eorum ff.quod cujuſq.univerſ.nom.26.Socinus ſenior.conſil.55.lib,1.Rebuff.d.loc.27.Rota deciſ.21.& 107.in novis.28.l.Pomponius ff.de procur.Socin.conſil.120.lib.1.29.d.l.ſi procuratorem,cap.accedens.cap.conſtitutus de procur.30.Specul.tit.de procurat.31.Specul.d.loc.Mynſinger.cent.4.obſer.99.32.cap.4.& 5.de procurat.lib.VI.33.l.mandato l.procurat.ff.eod.cap.quid agendum cap.non.poteſt.extr.eod,34.d l.ſi procuratorem Specul,d,loc,35,Bald,d.l,ſi procuratorem gloſſ,in cap.relatio 12.quæſt,1,Specul.d,loc.36,cap,fin,de procur,cap,poſt ceſſionem de probat,37.d,l,ſi procuratorem 38.l,ſemper l,contractus ff.de reg,jur,l,ſi fundus ff,de evict,39,l.ad rem l,ad legatum ff.de procur.l 2.ff.de juriſdict.omn,judic.l.2.& l.fin.ff.de offic.ejus cui mand eſt juriſd.40.d.l.ad rem l.refectionis,& ibi gloſſ.& Caſtrenſ.ff.Commun.præd.41,cap.cum olim de offic deleg.42.l.ſi defunctus l,ſervum l.penult.ff.de procur.43.l.qui procuratorem l.fin.ff.eod.44.l,fin,ff,de pignor,l.fin.ff,quæ res pign,oblig.poſſ.45,d,cap.ad agendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

dum & d,cap,non poteſt Guido Papa deciſ 21.Rota deciſ,456 in nou. 46 l.ſi procura ff.de condict indeb.47,l.merito ff, Qu jusſu d.l.ſi procurator 48.Bald.in cap, nonnulli in cap,ex parte de reſcript.Iaſon in l.licet C.de procurat.49 .l.pacta noviſsima C.de p 50.cap.non injuſte de procur l,in toto ff.de reg,jur 51.l,in veteribus ff.de pact.l, ab eo ff. contrah,empt 52 Specul.d.tit.per l.fin,C, de Legib. & l. in prætoriis ff. de prætor, ſtipul. 53.l.illud cum leg.ſeqq.ff,de minor, & ibi Bart,54 l,licet C,de procur,cap,in noſtra e tit.Dd,in l.non ſolum § qui alieno ff.de procur,55 Dd.in l,omnium C,de teſtam 56,d, l. procuratorem cap,petitio extr,de procurat,57 .l,cum inſtrumentis l,non idcirco C, de inſ tut.l,pacta C,de pact,Bart,in d,l, ſi procuratorem 58.d,l.ſi procuratorem 59 . Bald, Al & Felin .in cap,coram,de offic.deleg,60,Bartol.in l,vulgo ff,de adminiſtr. tutor, & in l, ff,de Carboniano edict.Caſtrenſ.& Alexan,in l,1 ff,de procurat,61, l,qui patitur ff,m dati 62.l,ſi verò § fin, ff,mandati l.heredem.l.ſi mandaſſem l,idemque l, inter cauſas eod,63,l,ſi verò non remunerandi § ſi mihi ff,mandati 64,l.qui mutuam § ult,ff,eod, l,et amſi contrarium C,eod,65.l.diligenter l.fin,ff, de procurat,l, cum mandati C, mandati is qui Inſtitut.de mandat,66,l,ſi mandavero ff eod,67, l, qui proprio ff. de procurat. 6 l.ſi procuratorem l,denique §,fin,ff,mandat,69 ,d,l,qui proprio ff,de procurat, 70,l. à pr curatore ubi gloſſ,& Dd,C,mandat,Bart.in l,eum qui ff.de furt.71,Bald.in l,cum ma dati C,mandat,facit text,in l,cum Papinianus ff.de public.72,Bald.in l,ab eo C, quom & quan,73 l,& eleganter ff.de dol,l,creditores §,Lucius ff,mandati l,ſi procuratorem C de procurat,74.d.l.ſi mandavero & §.1.Inſtit,eod,75.d,l.ſi mandaſſem 76,Clement.1. renuntiat.Salicet.in l.mandatum ff,mandat,77,d.l.ſi mandavero 78. d.l.ſi quis § ſuſci pi .70,l.ſi defunctus ff,de procurat.d.l.ſi quis l.ſi mandaßem ff,mandat.§ recte inſtitut de mand,80,l.cum quid ff.Si cert.petat.& ibi Iaſon 81.l,ſi eum fundum ff,de Pact.82,d l.ſi verò § ult Bald in l.eam quam C.de fideicom.83.l.ſi ego §. ſi res ff.de jure dot. l.ſi pa ter ff.de manum vindict.84 .cap.exiit qui ſeminat,de verb. ſigni . lib. VI. Bald in au thent. ſi qua mulier C de ſacroſ.eccleſ.85.l.tam ex contractu ff,de reg.jur 86.Clement.ult de procurat.& ibi Bald,Rota decis,357.in noviſ.87 d.l. defunctus ubi Dd l,nulla C, d procur.& ibi Bald,88.Iaſon,lib,4,conſil,138,89,Dd.in l.Plautius ff,de procur.Bart,in l, 4.ff.de re judic.

TIT. XXII.

De Actore, & Negotiorum Geſtore.

AD Procuratorem proximè accedunt Syndicus, Defenſor, bonorum Curator, de quibus ante diximus, itemque Actor, & Negotiorum geſtor. Eſt autẽ Actor qui à tutore curatoreve litium cauſſa decreto judicis conſtituitur. Nam tutores, & curatores quamvis procuratorem ad negotia extra judicium gerenda rectè conſtituãt 1: tamen ad litem exercendam, quia domini non ſunt litis nondum cœptæ, procuratorem ante litem conteſtatam non poſſunt conſtituere, ſed Actorem judice autore, quotiens aut diffuſa negotia pupilli ſunt, aut imperitia, ætate, valetudine, vel alia neceſſitate ipſi impediuntur ſuo periculo rectè conſtituunt 2. Debet enim à tutore cõſtitui Actor, judiciſque ſub-

ſequi

ſequi decretum, ſine quo actus ejus omnino non conſiſtit: etſi poſſit quoque Iudex ad tutoris petitionē decreto interveniente actorem dare 3. Conſtitutum verò Actor à tutore, vel curatore comparet tãquam procurator tutoris, non autē pupilli 4. Et ſemper tenetur cavere de rato, quamvis de ipſius mandato non dubitetur 5. Negotiorum geſtor eſt, qui abſentis negotia ſua ſpōte abſque mandato gerit, ſive in judicio, ſive extra judiciū 6, ſive per ſe, ſive per alium. Poteſt enim Negotiorum geſtor non minus, quàm Procurator ſubſtituere aliquem ad negotia gerenda, ſuo quidem periculo 7. Competit autem domino cujus negotia geſta ſunt directa negotiorum geſtorum actio adverſus geſtorem, ut reddat rationem adminiſtrationis, & præſtet ſi quid dolo, aut negligētia ejus admiſſum eſt 8; ipſi geſtor conceditur actio Negotiorum geſtorum contraria contra dominū, qua repetit ſumptus neceſſario, & utiliter factos in rebus abſentis, cujus negotia ſine mandato geſsit 9.

1. l, ita C. de procurat, 2. §, ult, Inſtitut, de curator, l, 24, ff. de adminiſtr, tutor. l, 33, ff. eod. l. unic, C. de actore à tut, ſive curat, dan, l. 10. C, de appellat. l. 20. C. qui dare tutor. 3. Gloſſ. in l. neque tutores C. de procur. 4. Caſtrenſ. volum. 1 conſil. 16. 5. l, actor. ff. rem ratam haberi 6. l. 3. & l. ſolvendæ ff. de negot, geſt. l. ex maleficiis ff. de act. & oblig, 7. l. nam & Servius ff. de negot. geſt. 8. d, l. ex maleficijs, & l. 2. ff. eod. 9. §. igitur Inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſc.

FINIS LIB. PRIMI.

AVSONII POPMAE
DE ORDINE, ET VSV
IUDICIORUM
LIB. SECVNDVS.

TITVLVS I.
De Proceſſu Iudicij.

PROCESSUS judicij pro qualitate cauſſæ diverſus eſt; & alius quidem Ordinarius, ac ſolemnis; alius verò Extraordinarius, ſive Sũmarius. Ordinarius proceſſus eſt qui legittimo juris ordine procedit, & hos ut plurimum actus habet Citationẽ, Oblationem libelli, litis conteſtationem, Iuramẽtum Calumniæ, Exceptionẽ, Replicationẽ, Poſitionẽ, Reſponſionẽ, Probationẽ, Concluſionẽ, Sententiã, Executionẽ: è quibus nõnulli ſunt accidẽtarij, qui pro circunſtantijs cauſarũ & litigatorũ adhiberi, vel etiam omitti poſſunt, ut Exceptio, Replicatio, Duplicatio Poſitio, Reſponſio, Publicatio, Cõcluſio 1: quidam ſunt neceſſarij & ad ſubſtantiam proceſſus pertinent, ut Citatio, libellus, litis conteſtatio, Iuramentum calumniæ ubi petitur, Probatio, Sententia, Executio, qui in ordinario proceſſu non poſſunt omitti, aut præpoſtero ordine tractari, uſque adeo ut Sentẽtia contra uſitatum judiciorum ordinem prolata ſit ipſo jure nulla 2. Immo nec litigatores poſſunt iſti ordini judiciorum renuntiare, & ex cauſſa ordinaria facere sũmariam, ut remiſſis neceſſariis actibus judiciorum ſummariè, & ſimpliciter procedatur 3: quia ſolemnitas illa judiciorum eſt juris publici, cui à litigatoribus renuntiari nequit 4. Extraordinarius proceſſus eſt in quo ſummariè, & ſine figura judicii cauſſa tractatur, neque obſervantur ſolemnitates illæ quæ dicuntur Iuris poſitivi, cujuſmodi eſt libellus, litis conteſtatio, Publicatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

catio, Concluſio, & ſimiles: ſed debent adhiberi ea quæ ſunt juris gentium 5. ut eſt citatio 6. qualiſcunque petitio quæ facti narrationem contineat 7. exceptio cujus in promptu eſt probatio, ſecus ſi altiorem indaginem deſiderat, quam ſummarium judicium non admittit 8, perſonarum legittimatio 9, probatio 10, ſententia in ſcriptis 11. Hoc autem extraordinario proceſſu multæ, & diverſæ cauſſæ tractantur, quas ferè recenſent Interpretes in lege 111. Digeſt. Ad exhibendū. Inter eas præcipuæ & magis uſitatæ ſunt Cauſæ modicæ ſūmæ 12, leves, ſive civilis ſive criminalis 13, & quæ nō adferunt magnum præjudicium 14, pauperum, & miſerabilium perſonarum, viduarum, & pupillorum 15, naufragorum, cōtra ſurreptores rerum naufragio perditarum 16, alimētorum præſentium, & futurorum, non item præteritorum 17, uſurarum contra creditorem ob contractum uſurarium, ſed tantum apud judicem eccleſiaſticum, decimarum 18, ſalarii & mercedis 19, Collectarum, & tributorum publicorum, quorum ſolutionem ſufficit generaliter edici ſub certa pœna 20. Item cauſſa matrimonialis, beneficialis, & eccleſiaſtica, ubi agitur de aliquo beneficio, vel electione 21, poſſeſſorium modici præjudicij 22, miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto in qua ſufficit ſummatim cōſtare de debito 23, miſſio in poſſeſsionem ventris nomine 24, reſtitutio dotis ſoluto matrimonio 25, ſatiſdatio legatorum nomine, quam legatarius ab hærede petit 26: Examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriā, quam præcedere debet ſummaria cognitio de ſenio, & imbecillitate teſtium 27, Actio ad exhibendum 28, datio tutoris, & curatoris 29, dilatio judicialis 30, adoptio, emācipatio filii, legittimatio filii ſpurii, manumiſsio ſervi, & ſimiles actus voluntariæ juriſdictionis 31, notorium 32, confeſsū ut cùm debitor in judicio confitetur debitū 33, infamia 34, crimen læſæ majeſtatis 35. Executio ſententiæ facienda à judice contra quam nulla opponitur exceptio: ſecus ſi opponatur, quia tunc datur inſtantia in cauſſa executionis 36. Deinque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

nique quando inſtrumentum guarentigiatum, ut vocant, in judicium producitur, quod ipſum paratam executionem habet 37.

1. Maranta par 4. diſtinct 9. 2. l. prolatam C. de ſentent. & interlocut. omn. judic. & ibi gloſſa & Bald. l. ſi pacta C. de pact. 3. Card. in Clement. ſæpe, de verb. ſignific. Alexand in addit. ad Bartol. in l, ſi ſocietatem ff. pro ſocio Lucas de penna in l. de ſubmerſis C. de naufrag. à quibus tamen diſſentit Specul. tit. de libell. concept. 4. l. jus publicum ff. de pact 5. Lanfranc. in d. Clement. ſæpe Cardinal. in Clement. diſpendioſa de judic. 6. Clemēt. paſtoralis de re judic. Socin. lib. 1. conſil. 12. 7. Lanfr. in d. Clement. ſæpe & in Praxi tit. de petitione Bartol. in l. 2. C. de ſentent. ex brevic. recitant. 8. Bart. in cap. 1. extravag. Cravett. conſil 104. & conſil. 207. 9. Lanfrac, d. Clement. ſæpe, Alexand. in l. judici C. de judic. 10. Cravet. d. conſil. 207. Maranta d. loc. 11. Abb. & Felin. in cap. Albericus, de teſtib. 12. Authent. niſi breviores, C. de ſentent. ex brevic. recitan. & ibi Bar. 13. Lanfrancus in Clement. ſæpe de cauſſ. deleg. & ſumm. 14. Innocen. & Panorm. in cap. tua, de ſponſa, 15. Authent. de mandat. princip. §. ſit tibi quoque & ibi Dd. 16. de l. de ſubmerſi ubi Bart. & alij 17. l. ſi quis à liberto ff. de lib. agnoſc. Bart. in l. 1. C. de fideicomm. 18. d. Clement. diſpendioſam ubi Cardin. 19. Bart. in d. authent. niſi breviores gloſſ in Clement dubium de ſepul. ex præcepto divino Deuteron. 24. & Levitic. 30. ubi præcipitur mercenanario ante occaſum ſolis in die dandam eſſe mercedem 20. Bald. lib. 3. conſil, 434. 21, d. cap. diſpendioſam 22. l. momentaneæ C, unde vi l, ſi coloni C. de agric, & cenſ. 23. Bart. in l. ſi finita ff. de damn. infect. & in l. cum proponas C. de bon autorit, judic, poſſid, gloſſ. in l. Fulcinius. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat, 24. l. 3, ff. de vent, in poſſeſſ, mitten l, à divo Pio ff. de petit. hæred. 25. Cardin. d Clement. diſpendioſam 26. l. ſi is à quo ff. ut in poſſeſſ. legat. & ibi gloſſ. 27. l. in lege Aquilia ff, ad leg, Aquil, ubi gloſſ. Bart. & Dd. 28. l. 3. § ſciendum & l. theſaurus ff. ad exhiben. 29. l. qui habet §. quolibet ff. de tutel. 30. l. properandum C. de judic 31 Lanfranc. d, Clement. ſæpe 32. Dābaud, in praxi rer. crimin. cap. 3. 33. l. unic. C. de confeſſ. l, certum ff, eod, 34, Anton Butr, in cap. in veſtra de cohib. cleric, & muler. 35, in Extravag, ad reprimendum 36. l, 1. ff, de eden. l. à divo Pio §. ſi ſuper rebus & ibi Dd. ff. de re judic. Bald, in l. 1. ff. ſi quis jus dicen. non obtemper 37. Bart. & Dd. in l, 2. ff. de jurejur. & in l. ſi quis pecuniam C. depoſiti Bald. in l. 2. C. de execut, rei judic.

TIT. II.

De Citationibus.

PRINCIPIUM & fundamentum judicii eſt Citatio 1, qua Reus in jus evocatur, vel publicè, vel privatim. Publica citatio fit per edictum, proclamationem, atque campanam. Privata fit privatim in perſonam citandi, eſtque duplex, verbalis, aut Realis; illa fit viva voce, vel litteris; hæc per apprehenſionem perſonæ expediri ſolet; utraque ut rectè & ordine fiat, inprimis habenda eſt ratio perſonarum, loci temporis, cauſſarum, modi ac formæ. Perſonæ omnes quarum intereſt quarumque cauſſa agitur citandæ ſunt 2, & quidem principalis ante litis conteſtationem citari, debet poſt litem verò conteſtatam etiam procurator ejus qui tunc factus eſt

litis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ſitis dominus 3. Sed etſi principalis abſit, aut non inveniatur, judicium incipit à procuratore, iſque recta via evocari poteſt 4. De Syndico dubitatur an ſufficiat eum citare nomine civitatis ſive univerſitatis: & verius eſt citandos eſſe illos qui præſunt civitati 5. Sunt tamen nonnullæ perſonæ quæ ſine permiſſu, & venia judicis citari non poſſunt, ut ſunt parentes utriuſque ſexus in infinitum, patroni eorumve hæredes etiam extranei, præceptores, & alii de quibus ante tit. De reo egimus. Quædam omnino citari prohibentur, quales ſunt Conſul, Prætor, Præfectus, cæterique magiſtratus majores qui imperium, & coercitionem habent, dum magiſtratus officio funguntur 6, niſi in officio delinquant 7, vel ſint perpetui 8, vel actio dilatione aut tempore ſit peritura 9. Itē non citatur furioſus 10, infans hoc eſt minor ſeptennio, & proximus infantiæ 11, cujus tutor cititatur, ut cum eo judicium agitetur 12, aut ſi tutorem non habeat, agnati, vel cognati citandi ſunt, ut in jus veniant defenſuri ipſum infantem aut tutorem ei dari curent 13: at major infante & proximus pubertati poteſt citari, ut compareat legittimè, videlicet cum tutore, aut curatore 14, licet hodie communiter nomine pupillorum citentur tutores, curatoreſve; & ſi illi non ſunt, ipſi pupilli, ut nominent ſibi curatorem ad litem cum quo poſſit legittimè agi 15: quod ipſum ſi recuſaverint Iudex ex officio curatorem dabit 16. Major verò viginti quinque annis ipſe citandus eſt 17. Locus ad quē adverſarius vocatur debet eſſe intra territorium, & juriſdictionem judicis 18, honeſtus 19, & tutus ut ſine periculo ad judicē adire poſsit 20. Nā ſi ibi degant capitales inimici ipſius, vel amici & domeſtici inimicorum, vel itinera notoriè ſint infeſta, poteſt non venire, & per procuratorem, vel excuſatorem opponere exceptionem loci non tuti, aut ſi eam Iudex non admittit, de gravamine appellare 21. Idem eſt ſi propter peſtem ibi ſevientē, vel aëris intemperiem non ſit tutus acceſſus 22: niſi in loco peſtilēti adhuc redderetur jus nec eſſent indictæ feriæ cauſſa peſtilentiæ, tunc enim peſtilentia non excuſat à contumacia

23. Tempus comparendi in citatione exprimi debet 24; idque certum & oportunũ, non nimis arctum, ut citatus ad judicium commodè venire poſsit 25. adhoc dies juridicus, & profeſtus, non feriatus, niſi talis eſſet cauſſa in citatione ſpecialiter expreſſa 26, quam tempore feriato expedire liceret 27: cujus generis multas recẽſuimus infra tit. De feriis. Alioquin Citatio expreſsè facta ad diem feriatam, puta Dominicum, aut ad diem certum menſis quem conſtat eſſe feriatã nullius eſt momenti, nec tenetur citatus comparere 28: sed ſi facta ſit in certum diem, veluti, Compareat intra vel poſt decem dies, aut decimo die hujus menſis, iſque dies comparitionis forte incidat in diem feriatam, valet Citatio, & proceditur prima die juridica ſequenti 29. Sed & tempore legittimo fieri debet Citatio, & ideo non conſiſtit ſi facta ſit veſperi poſt occaſum ſolis 30; aut minus tardè perlata ſit, ita quod non poſsit citatus comparere ad tempus in citatione præfixum 31, quod in civilibus debet ad minimum eſſe decem dierum 32; in pleriſque tribunalibus eſt octiduum in alijs arbitrarium pro ratione longinquitatis & propinquitatis locorum, & demum currere incipit à tempore delatæ citationis 33. Similiter non valet Citatio facta Sacerdoti inter ſacra, habenti delectum, cenſumve, decorando titulo Doctoris inter pomparum ſolemnia 34, agenti cauſſam in judicio, ingreſſo navem, & parato ad navigandum, niſi ſit extraneus, & diſceſſurus 35, ducenti uxorem, nubenti, funus familiare efferenti, juſtave mortuo facienti 36, cadaver humanum proſequenti 37, lugenti defunctum intra Novendialia 38. Addunt nonnulli Citationẽ factam die feriata non valere, quod licet jure civili ita definitum ſit 39, tamen ab interpretibus communiter rejicitur, & aliter obſervat cõſuetudo fori; quæ ratione probabili nititur. Cùm enim Citatio ſit actus extrajudicialis, & cauſſæ cognitionem nullam requirat, recte decerni à Iudice & per nuncium, vel per litteras expediri, ac fieri poteſt die feriata ad diẽ non feriatam 40. Cauſſa ob quãquis citatur inſerenda citationi, ut citatus cognita cauſſa inſtructus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ſtructus ad judiciū venire poſſet 41. Forma citationis ſervari debet ex conſuetudine,& ſtilo cujuſque judicii, vel in ſcriptis, vel verbis, per nuntium, aut judicem paganū, prout fert qualitas,& circumſtantia perſonarum, loci, temporis ac cauſſæ, ſic tamen ut ſua habeat ſolemnia,& requiſita, ſine quibus omnino ſubſiſtere nequit. Primò nomen,& cognomen Iudicis, ut citatus ſcire poſsit utrum Iudex competens ſit *42*, ad quem licet incompetentē nihilominus ire tenetur, allegaturus exceptionem incompetentiæ 43: deinde nomē, & cognomen ejus ad cujus inſtantiam fit citatio, nec non ejus qui citatur 44, & ſi plures ſint vocandi veluti tutores, hæredes, ſocii, auxiliatores, complices, ſingulatim nomina exprimenda, ut intelligatur an tales ſint,& ſe agnoſcant 45, licet in univerſitate, communitate, aut civitate ſufficiat generalis citatio ad Conſules,& Senatores 46, tum cauſam, ob quā reus vocatur ad judicium 47. locum,& diem (nam horam exprimere non eſt neceſſe, quæ ſemper intelligitur de conſueta 48) comparendi 49, autoritatem,& mandatum judicis competentis ordinarii 50, vel etiam arbitri 51, aut delegati, 52, qui & ei fides habeatur, formam ſui mandati citationi inſerere debet 53; poſtremò executionem, ſive inſinuationem legittimam 54, ejuſque executionis relationem authentico inſtrumento citationis ſubſcriptam ab ipſo viatore, ſeu nuntio 55: qui ex mandato judicis partes citare ſolent 56: etſi judex etiam private homine cuique ad hoc apto, quamvis nūtius non ſit, citandi poteſtatem concedere poſſit, proprio etiam nuntio poſthabito 57. Hac autem forma,& ſolemnitate facta Citatio, varios,& multiplices effectus habet. Nam obſtringit actorem ad proſequendam litem; reum verò ad cōparendum 58, inducit præventionē judicii, ita ut actio quæ apud plures diverſorum territoriorum judices intentari poſſet, apud illum tamen qui prior citavit intendanda ſit, licet ſinguli citationes emiſerint 59; perpetuat juriſdictionem 60, atque etiam actionem 61, interrumpit præſcriptionē quamcumque brevem,& longiſſimam 62; efficit rem litigioſam, ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ut ejus alienatio ſit prohibita 63, & litem pendentem, ut in-
terim nihil innovari poſſit 64. Lis enim pendere dicitur n
poſt litem conteſtatam tantum, ſed etiam poſtquam à judi-
ce competente Citatio prodita eſt, & ad citandum delat
aut per eam factum fuit quo minus ad ipſius notitiam perve-
nerit 65. Denique in corrumpentem citationem in ſcripti
arbitraria actio datur 66. Contra non legittimè facta Cita-
tio, inefficax & nulla eſt 67: niſi citatus ipſe compareat, lic
alleget ſe illegittimè citatum; quia per comparitionem ſub
ſecutam Citatio quamvis nullius fuiſſet roboris, convale
cit; cum citationis effectus, & finis ſit comparitio 68 Requ
ritur verò Citatio in omnibus cauſsis, & litibus, adeo ut e
omiſſa judicium reddatur ipſo jure nullum 69. Immo etiam
in ſingulis actibus judiciariis ſpeciatim citandus eſt is de cu-
jus præjudicio præcipuè agitur 70: nec ſufficit generalis ci-
tatio ad totam cauſam, niſi citandus in loco remoto conſiſta
& magnis impenſis, atque laboribus Citatio in quolibet act
facienda eſſet 71, vel ſit erro qui facilè reperiri non poſsit 72
aut citatus ſemper ſit contumax, nec unquam compareat
quia tunc in eum abſque alia citatione procedi poteſt; ſecus
ſi ſemel comparuiſſet; quo caſu illum iterum citare opus eri
73. Sunt tamen certi caſus in quibus Citatio adverſarii nō
requiritur, veluti ſi in judicio adſit ſive voluntariè, ſive fortu-
ito, paratumque ſe eſſe dicat judicium accipere; cùm alioquin
ſi declaret ſe nullam cauſæ cognitionem habere, nec de e
informatum ſatis eſſe, cogi non poſsit ut ante legittimam ci-
tationem compareat, ſed dari ei ad deliberandum tēpus de-
bet, ut conſtituat utrum cedere, an contendere ultra velit 74
Si periculum eſt in mora, & incontinenti alicui ſubveniendū
ut cum judicis juriſdictio tempore peritura eſt, aut debitor
fugitivus 75, vel is qui rerum immobilium cauſſa convenitur
paſſim divagans nullam habitationem certam habeat: quia
tunc non eſt neceſſaria Citatio, ſed denuntiatio ſeu in jus
vocationis ſchedula ei rei quæ petitur, puta fundo, aut præ-
dio ruſticano affigenda erit 76. Et quando in loco valde re-

moto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

moto probatio facienda eſt, quæ parte haudquaquam citata fieri poteſt 77. Quando inſtrumentum in judicio producitur ad finem ſimplicis productionis, non ad effectum probādi 78. Quando aliquis ob contumaciam in expenſas condēnatur 79. Quando quis ne Citatio ad eum perveniat dolosè latitet 80. Quando ſine ſtrepitu & figura judicii proceditur 81. Item non requiritur Citatio partis in examinatione teſtis cujus dicto neceſſario acquieſcendum eſt 82, vel cujus mors, & diſceſſus timetur 83, honeſtæ mulieris, quæ domi abſque partis citatione examinari poteſt 84. In ſententia interlocutoria à qua victus appellavit; quoniam appellatione pendente Iudex uſque ad deffinitivam, ſi modo non fuerit facta inhibitio, etiam non citato victo procedere poteſt 85. In omni actu qui ultima die dilationis celebratur, & parte non citata expediri poteſt, ſicut & teſtes ultima die termini ſine partis citatione recipi etiam queunt 86.

1.§.fin.Inſtit.de pœna tem.litig. 2.l.de unoquoque ff.de re jud.l.nam ita ff.de adopt.l,ſi quando C.de teſt.3 .cap.non indiſcrete, de procur.lib,VI.4.l. item ait Prætor. ff. ex quib. cauſ.major.l.eum C.de procurat.& ibi Bartol. 5.gloſſ.in l. non poteſt ff. de re judic. & l. municipibus ff.de condit. & demonſtrat.6.l.2.ff.de in jus voc.l.ſed et ſi ff.ex quib.cauſ.major.l.48,ff.de judic.7.l.jubemus C.ad leg.Iul.repet. 8.l. nec magiſtratibus ff.de injur. 9.l. ſenatuſconſulto ff.de offic.præſid.l.ut perfectius C.de annal.except.10.l.9.ff. de in jus vocan.11.l.quique ff.eod.12.l.1.§ ſufficit.ff.de adminiſtr.tutor.13.l. neque impuberes ff eod & ibi Dd.l.hæc autem ff.ex quib.cauſſ.in poſſeſſ.eat.& ibi Bartol.14. gloſſ. in l.ſi minor. ff.de bon.autor.judic.poſsid. Alexand.in d.l.neque impuberes 15.l.3.§.ſi pupillus ff.de tutel. ubi Bartol.16,l.1.C.qui petāt.tutor.vel curat.d.l.3.§.ſi pupillus 17.Dd.in d.l.neq.impuberes 18.l.extra territorium, ibi Dd.ff.de juriſd.omn.judic. l.omnes C.de epiſc.& cleric.19 l.quod tamen ff.de recept.arbitr.l.ſi cum dies ff.de ex l.cum ſententia C,de ſenten.& interloc.20.l.ſi locus ff.de judic.Socinus de citation.21.l.ſciendum ff.de legation.l.2.ff.ſi quis caut. gloſſ.& Dd.in l.de ætate ff.ad Trebellian.22.gloſſ. in cap.ad ſupplicationem, de renuntiat.& in cap.communis filius 23.diſtinct.Bart.& Dd.in d.l.de ætate 23.Ioann.Andr.Anton.Butr,& Alexan.Imola in cap.cum dilecti de dol. & contum. 24.l.2.ff. ſi quis in jus voc.non ier.l.fin.C.de feriis 25,d. l.quid tamen l. cum quem temere ubi gloſſ.ff. de judic, l. aut qui aliter ff.quod vi aut clam.26.gloſſ.in d.l.2.ff.ſi quis in jus vocat. Alexan. volum. 3.conſil.201.27 .l.1.cum l.ſeqq.ff.de fer.cap.fin.eod.tit. 28,Bartol.in d.l.2.ff. ſi quis in jus vocat.29.d.cap.cum dilecti.de dol. & contum. Felin.in cap.conſultationem de re judic.30 cap.conſuluit.de offic,deleg,31.Mynſinger.cent.2 obſer.62.32.l.ad. peremptorium cum leg. ſeq,ff.de judic.33.cap.ſuper.eodem.de appellat.l.1.ff.Si quis caution.34.arg.l.2.ff.de in jus vocan.ubi Zaſius 35.Coſtalius in l.plerique ff.de in jus vocan.36.d.l.2.ff.de in jus vocan. l.1.ff.de for.l.omnes qui ubicunque C.de epiſc.& cleric.37.l.3.ff.de in jus vocan.38.Novell. 115,39.l.fin C.de fer. & ibi Angel.Bald.& Salicet.Bart.in l.1.ff.de novi oper.nuntiat.Ioann.Andr Panorm.& alii in cap.fin.extr.de fer,40.Bald.in d.l.fin. C. de fer. cap. cum parati de appellat.cap.prudentiam & cap.cum contingat.de offic.deleg, 41. cap. præterea,

de dilat. & gloſſ, ibidem d. cap. cũ dilecti, Dd. in l. 2. Si quis in jus vocat. & authen. offeratur C de lit. conteſt. 42. l. eum quem ff. de judic. Clement. paſtoralis de ſentent. & re judic. 43. d. l. 2, ff. Si quis in jus vocat. & ibi Dd. l. ſi quis ex alieno ff. de judic. cap. veniens, de accuſat. 44. l. 4. §. hoc autem ff. de damn. infec. cap, ult. de dolo & contum. ubi Dd. 45. Mynſing, cent, 2. obſer. 66. 46 Ioann, Andr. in addit, ad Specul. tit. de Syndic. Oldrad, conſil, 100, 47 l. 1. ff, de fer. l. ex quacunque cauſſa ff. Si quis in jus vocat. 48. Bald. in l, ſi ut proponis C. quũ & quan, jud, Felin, in cap. conſuluit. de offic. deleg, Innoc. in c. cum nobis olim, de elect, 49, l. ſi locus ff. de judic, Bart. in l, liber homo ff, de verb, oblig. 50. l. cum clericus C, de epiſc, & cler ubi gloß. l, neminem C, de exhib, reis l. 1, C, de annal. præſcr, 51, l, non diſtinguemus l. quid tamen l, ſed & ff. de recept. arbitr. 52. d. l, non diſtinguemus & d, l, ſed & 53. cap. cùm in jure de offic. deleg, & cap. 2, de dilat, 54. l. ult, C. de fer. ubi Bart. & Salicit. gloſſa in cap, quoniam, de probat. Felin. in cap. gratum. de offic. deleg. 55. l. hoc autem ff. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. l. ult, C. de exhib. reis. 56. Bald. in d. l. ult. Iaſon, in § quadrupli. Inſtit. de action. 57. Panorm. in cap. cùm ſit Romana, de appellat. 58. l. 2. & l. ex quacunque ff. Si quis in jus vocat. l. ad peremptoriam. ff. de judic. l. divus. ff. de integr. reſtit. 59. l. cum quadam ff. de juriſdict. cap. gratum de offic. deleg. cap, propoſuiſti, & cap ult, de for, competen. & ibi Dd. 60. d. cap. gratum. & cap. relatum, de offic. deleg. Clement. 3. ut lite penden. Dd. in l. & quia ff. de juriſd. 61. arg. l. ult C. de præſcript. 30. annor l. 1. & 2. C. quan. libell. princ. dat. 62. l. ſicuti, l. cùm notiſsimi. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. l. ſed et ſi ff. de petit hæred. l. 2. C. de annal. except, 63. authent, litigioſa C. de litigioſ, & Dd, ibid. gloſſa in cap, ſuper quæſtionem, de offic. & poteſt, judic, deleg, 64, d, cap, gratum Clement, cum lite ut lite penden, nihil innovet, & ibi gloßa 65. gloſſ in d, Clement, cum lite 66, Dd. in l, id quid, ff, de juriſd. omn. judic. 67, gloſſa in l, ſi accuſationibus C, de accuſat, 68, Felin, in cap, illud de præſcript, & cap, cum contingat, de reſcript, Dd, in l, 1, ff, de in jus vocan. 69, l, ea quæ C, quom, & quan. jud, cap, 1, de cauſ, poſſeß, & propr. Clement, paſtoralis de re judic 70. d. l. de unoquoque ff, de re judic. l. nam ita ff, de adopt, 71, l, conſentaneum & ibi Dd, C, quom, & quan, jud. Alexan, in l, qui ante Calendas ff. de verb, oblig, 72, Ioann. Andr, in addit. ad Specul, tit. de citat, 73, Dd, in d, l, qui ante Abb, in cap, ult, de dilat. 74, Authent. offeratur C. de lit. conteſt. Alexand, in d, l. de unoquoque Anton, Butr, in cap, ult, de judic. arg, l, 1, ff, de eden, 75. Alexan. & Iaſon in l. ſi fide juſſor. ff. qui ſatiſd, cogan, Innocent, in cap. ſignificavit. de teſtibus 76. Dd. in l, 4. ff. de lib, agnoſc, & l, aut qui aliter ff. quod vi aut clam. 77. Bartol. in l. 2. C, de nau, frag, Decius in cap. in nomine de teſtib. 78. Iaſon. & alij in l, properandum C, de judic. 79, Felin. in cap. 1. de judic, Butr, in cap, finem litibus de dolo & contum. 80. Innocent, in cap, ad petitionem de accuſat, Abb, in cap. ex tuo de cleric, non reſid, 81, Bart, in extravag. Ad reprimendum Alexan. in l, furioſo ff, de re jud, 82, Alexand. lib. 1. conſil, 130. 83, Innocent. & alij in cap, Albericus de teſtib, 84, Bartol, & Iaſon. in l, ad egregias ff. de jurejur, 85. cap non ſolum de appellat, in VI. cap. eum qui de dol. & contum. 86, Bald. in authent. ei qui appellat. C, de tempor. Afflict. deciſ. 47.

TIT. III.

De Citatione Verbali in Perſonam.

CITATIO Verbalis duobus modis expeditur, Denũtiatione ſive viva voce; aut litteris. Denuntiatio fit vel in perſonam, vel ad domum rei citandi: idque vel privatim cùm nuntius adit adverſarium, & eum in perſonam citat 1, vel publicè viva præconis voce ad domum, aut prædium, ſi contumaciter, aut culpa ſua abſit vel latitet 2 Hic enim

nim ordo in citationibus ſervatur, ut primo loco quis coram, & in faciem ſi copia ejus haberi poſsit citetur, deinde ſi non reperiatur, vel latitet, Citatio fiat ad domum 3. Privata autem Citatio verbalis expediri poteſt ubicunque citandus reperitur in ipſa urbe, oppido, pago, villa, hoſpitio, atque adeo templo 4, dummodo intra territorium judicis citantis: quia nemo debet extra territorium in jus vocari 5. Et ad executionem ejus ſufficit generale præceptum nuntio conceſſum ab initio officij, abſque ſpeciali juſſu judicis, quotiens non requiritur aliqua cauſſæ cognitio, utputa cùm quis ſimpliciter citatur ut compareat coram judice 6, niſi citandus ſit Nobilis, Doctor aut alius in dignitate conſtitutus: quia tunc deſideratur ſpeciale juſſum judicis, & tales perſonæ nō verbo, ſed in ſcriptis citari debēt 7 Contra eſt neceſſaria ſpecialis licentia judicis quando verbalis citatio requirit cauſſæ cognitionem, veluti in citatione ad perhibendum teſtimonium, ad audiendam deffinitivam ſententiam 8, ad reſpondendum in propria cauſſa relicto procuratore 9. Quòd ſi citandus fortè domi non reperiatur, valet nihilominus Citatio facta in domo habitationis ejus in perſonā uxoris, aut domeſticorum, præſertim ſi veriſimile ſit eam ad notitiam Citati perveniſſe, nec cauſſa magnum præjudiciū ipſi adferat 10. Cæterum ſi citandus non ſit ſubditus territorio judicis, ſed res de qua actor quæſtionē movere velit, tunc mitti debent literæ ad judicem alterius territorii per quas rogetur ut agentem in ejus territorio citet, ut iſto tempore ad Iudicem rei veniat, reſponſurus libello actoris ſuper re in territorio ipſius ſita 11, Rogatus verò Iudex ſi neglexerit hoc facere puniendus erit 12: aut reus ſic citatus, vel potius monitus non cōparens, habetur contumax, adeo ut judex contra non comparentem juriſdictionem ſuam exercere, & ſuper re procedere poſſit 13.

1. l. ea quæ C. quom. & quan. jud. l. de unoquoque ff, de re judic. l. 4. ff. de damn. infec 2. Novell. 69. l. ult. C. de fer. l. ſatiſque l. ſed etſi ff. de in jus vocan 3. Bart. in d. l. 4. §. Prætor ait ff. de damn. inſec. & in l. 1. ff. de liber. agnoſc. 4. Clement. paſtoralis de ſentent. l. fin ff. de juriſd. omn. judic. 5. l. extra territorium ff. de tit. l. omnes C. de epiſc. & cleric. 6. Bald

in l. ſi quando C. de teſtib. 7. Bart. in l. quotiens C. de dignitat. Iaſon in §. omnes autem Inſtit. de action. 8. l. properandum C. de judic. 9. l. fin. C. de procur. Bald, in d. l, ſi quando Innocent. & Felid. in cap. 1. de judic, 10. Guido Papa deciſ. 545, arg. l. aut qui aliter ff. quod. vi aut clam. 11, l. 1, ff, de requiren. reis & ibi Bartol, Novell. 134 coll, 9, 12. d, cap. 4. & Novel. 1. 13. Bart. in d. l, 1. ff, de requir. reis Iaſon in d. l. fin. ff. de juriſd, omn, judic, Socin in cap. ſi ſi epiſcopi de for. competent.

TITVLVS IV.
De Citatione Verbali ad Domum.

VERBALIS citatio, ac denuntiatio ad domũ fit per libellum vocationis, vel per vivã vocem nuntij quando non reperitur qui citandus eſt 1. Nunquam enim hæc Citatio locum habet niſi cum reus doloſe latitat, vel est perſona vagabunda 2, vel incarceratus, qui tamen potest petere reſtitutionem in integrum propter ignorantiam 3, aut cauſſa celeritatem deſiderat, ut mora ſit periculoſa: quia tũ ſatis eſt à principio libellum vocationis domum referre 4. Requiritur autem in hac citatione verbali ad domum, primùm ut citandus reperiri non poſſit etiamſi diligenter quæſitus fuerit; deinde ut clara altaque voce à Nuntio publicetur citatio, ita ut vicini etiam exaudiant verba citantis, tum ut Nuntius executionem citationis referat, ſe ſcilicet citandum diligenter perquiſiviſſe, nec potuiſſe invenire, & ideo ad domum eum citaſſe: cui relationi indubitanter creditur 5: quibus ita obſervatis obſtringitur Reus ut compareat, & contra non comparentem in jure proceditur, quamvis Citatio ad eum non ſit perlata, vel ſe citatum eſſe non reſcivit 6.

1. l. 4. ff. de dam, infec, cap. cauſam quæ de dolo & contum. & ibi Bart. & Dd, 2, Novel. 69. l. ult, C. de fer. l. ſed et ſi l. ſatiſque ff, de in jus voc. 3. Gloſſ. & Bald. in l, 2, C, ex quib. cau. major 4. d. cap. cauſam & d, l. 4. §. abeſſe ff. de dam. infec. 5. l, Divus ff. de cuſtod, reor, gloſſ. in cap. cum parati de appellat, Specul, tit, de citat, 6. Bart, in l, ab eo C, quom, & quan, jud. Caſtrenſ. in d. l, 4, de damn, infec.

TITVLVS V.
De Citatione in Scriptis, Dilatoria & Peremptoria.

Citati

CITATIO verbalis quæ fit per litteras duplex eſt, una Dilatoria, quæ citatum non prius contumacem reddit quam tribus vicibus emiſſa ſit, alia Peremptoria per quam contumacia non parentis convincitur, & perimitur 1. Nam in judicijs res expeditur tribus ſimplicibus, & dilatorijs citationibus, vel ſaltem una peremptoria: ſed quando tres citationes ordine emmittuntur, licet illis hæc vox peremptoriè non inſeratur, tamen peremptorie quis citatus cenſetur 2; ubi verò una peremptoria datur pro aliis tribus, tunc debet exprimi dictio Peremptoriè 3. vel æquipollens, nempe ut Iudex edicat ſe omnino pro ceſſurum niſi citatus ad diem conſtitutum veniat 4, & præfigitantum temporis ad comparendum quantum in alijs tribus dilatorijs citationibus 5: quod quidem tempus peremptorium minui, & artari non poteſt nec debet, niſi juſta ex cauſſa, quam Iudex tenetur in citatione exprimere 6: alias pars ut gravata, & excluſa ob temporis anguſtias appellare poteſt 7. Et quamvis jure definitum ſit tempus viginti dierum intra quas comparendum eſt 8, tamen in hoc ſervatur proprius tribunalium uſus, qui non eſt ubique idem. Nam in nonnullis tribunalibus pro ratione, & diſtantia loci brevius, aut longius tempus ſtatuitur, & interdum tres, interdum unica loco peremptorii datur; in alijs plerumque ſemper emittuntur tres citationes, quarum quælibet habet duas dilationes, videlicet octiduum aut quatuordecem dies ad tres actus judiciarios, & ſi citatus poſt tertiam citationem, & tertij actus conſtitutum tẽpus non veniat, habetur Contumax, & niſi tum juſtam abſentiæ cauſſam docere poſſit ab inſtantia cadit, nec ante refectas expenſas admittitur. Cæterũ requiritur Citatio peremptoria ubi ſolemni judiciorum ordine proceditur, & quotienſcunque de his agitur quæ magnum præjudicium adferunt, vel ubi venit pœna infligenda, & ideo neceſſaria eſt in cauſa criminali; in decreto, & miſſione in poſſeſſionem, in annotatione bonorum, in actione legis diffamari, in ſententia definitiva, vel etiam interlocutoria quæ gravis ſit præjudicij

9. Rurſus non requiruntur tres citationes, vel ſaltem perēm toria, ubi proceditur abſque ſolemni forma judicij defuſctoriè, & de plano 10: aut quando citatus aperte dixit prima citatione ſe non venturum; quia amplius non citatur 11; at cùm ſit Citatio ad expenſas, ad quas unica, etiam minime peremptoria, ſufficit 12: denique cum par vocat parem, veluti ſi arbitri, aut ſimul dati judices alter alterum abſentē vocet 13.

1. l. ad peremptorium cum ſeqq. de judic. l. contumacia ff. de re judic. 2. gloſſ. in cap, de i[...]cita 72. quæſt. 3. 3. d. l. ad peremptorium & l. & certique ff, eod. 4. l, in peremptorio ff. et Bart, in d. l, ad perēptorium 5. l. tres denuntiationes C. quom & quan. jud. d. l. contumacia Dd. in cap. 1, de dilat. 7. Panorm, & Abb. cap. 1, Innocen. cap. ad petitionē de accuſat. Ba[...] in l, 2. ff, de appellat. recip. 8, Novell. 53. cap. 3. & Novell. 82. 9, Socinus tit, de citat, Spec. eod. tit. 10. Ioann. Andr. ad Specul. tit. de contumac. Spec. tit. de citat. 11. Speculat. d. tit. [...] text. in l. contumacia ff. de re judic. 12. Iaſon, & Bald. in l, Sancimus C. de judic. 13. Soci[...] d. tit.

TIT. VI.

De Citatione Reali.

REALIS ſive perſonalis Citatio fit, quādo Reus mādato judicis ab apparitore apprehenditur, & ad judicium ducitur 1. Ea decerni ſolet ut plurimū in cauſis criminalibus, prius tamen aliquali de crimine informatione ex conjecturis, & judiciis arbitrio judicis ſumpta 2. Aliquando etiam in civilibus, ut quando reus lite pendente legittimè citatus comparere noluit 3, vel quando fuit judicis ſententia condemnatus, & in executione poſt factam diſcuſſionem bona non fuerunt reperta 4, vel quando conſtat reū in fuga eſſe, aut probari poſſit eum meditari fugam, ob quā ſemper apprehēdi poteſt à judice 5, atque etiam ab ipſo creditore ad carceres publicos duci propria autoritate, ubi præſens periculum fugæ adſit, & judicis copia haberi non poſſit 6: immo ſi fugitivus armata vi reſiſtat permiſſum eſt creditori vim vi repellere, & reſiſtentem etiam vulnerare 7: ſecus ſi telo ſe non defendat, nec reſiſtat; quia tunc nedum ipſum lædere, ſed ne rem quidem ab eo per vim capere, & auferre licet; atque adeo creditor vulnerando debitorem fugitivum amittit

mittit jus crediti 8. Realem autem Citationem facere non
oteſt apparitor, vel alius privatus aliquis, niſi ei hoc ſingu-
ariter à judice demandetur 9; nec quivis judex, ſed major tã-
um, habens ſaltem mixtum imperium, & ordinariam juriſ-
lictionem 10. Similiter realiter citari non poſſunt infantes,
ut impuberes, Conſules, Prætores, Præfecti, ceteriq́ue ma-
iſtratus qui imperium habent 11, neque Legati 12, Docto-
es compotes privilegiorum 13, & eorum uxores, & filij vivẽ-
ibus patribus 14. Denique non ubique hæc Realis citatio,
eu apprehenſio fieri ſolet. Nam in Eccleſia quis non poteſt
api 15, præterquam ſi in eccleſia deliquit, vel dolo aut ob-
tinato, ac malevolo animo facinus cõmiſit, quia hi eccleſiæ
mmunitate gaudere non debent 16: item de domo nemo
nvitus duci poteſt, ſive ſit ſua, ſive conducta 17, niſi ſit cauſſa
riminalis 18, vel cauſſa debiti fiſcalis 19. At de domo alie-
a quis poteſt extrahi 20, & de apotheca, taberna, hoſpitio
1, licet de hoc plerique contra ſentiant 22. Sic in aliena ju-
ſdictione aliquem apprehendere jure civili non licet, ſed
antum perſequi 23: quamvis hodie facinoroſos, & hoſtes,
z violatores pacis publicæ in alieno territorio perſequi, ca-
ere, & in vincula ducere permittitur, ut tamen non alio ab-
ucantur, ſed ibidem ſiſtantur ubi capiuntur 24.

1. Iaſon in l. plerique ff. de in jus vocan. 2. Blanc. in pract. crimin. Dam. Goud. in pract. criminal. cap. 12. Iul. Clar. lib. V. Sentent. 3. l. conſentaneum & ibi Bart. C. quom. & quan. jud. l. injuriarum ff. de injur. 4. l. 1. C. qui bon. ced. poſſunt. l. à Divo Pio §. in venditione ff. de re judic. & ibi Alexan. 5. l. ait Prætor. ff. quæ in fraud. credit. & Bart. ibid. in Iaſon. & Alexan. in l. 1. ff, de juriſd. omn. judic. 6. l. ſi ex plagijs §, tabernarius ff. ad leg. Aquill. & l. generali C. de decur. 7. Bald in l. ſi ut allegas C, ad leg. Cornel. de ſicarijs Iaſon. in §. 1. inſtit. de action. 8. Bald. in authen. ſed omnino C. Ne uxor pro marito Iaſon. d. §. 1. 9. l. ſed ſi hæc l. quamvis ff. de in jus vocan. l. neminem C. de exhib. reis & ibi Bart. 10. §. ſi verò cum ſeqq. authent. de exhib. reis 11. l. 2. ff. de in jus vocan. 12. Bald, lib. 4. conſil. 107. 13, l. 1. ubi Bart. C. de dignitat. 14. gloſſ. in l medicos C, de profeſſ. & medic. Marſil. in pract. crimin. 15. Bart. in l. præſenti C, de his qui ad eccleſ. confug, 16. l. 2, C. d, tit. cap, 1. de homic. & ibi gloſſ. 17. l. plerique ff. de in jus vocan. l. 1. ff. de iis qui dejecer. l. lex. ff. de injur. l. nemo de domo ff. de reg. jur. 18. gloſſ. in d. l. plerique per text. in §. ſi quis comprehenſorum in authen. Vt nulli judici 19. l. 2. & ibi gloſſ, C. de exact. tribut. lib. X. Bart, in l. placet. C. de ſacroſ. eccleſ. 20. Alexand. in d. l. plerique d. l. lex. § tanti ff. de injur. 21. d. l. 1. §. habitare arg. l. 1. §, ſi quis de navi ff. de vi armata, Ludovic. Roman. in l, 1, ff, ad Syllanum 22, arg, l, penult. ff. de ijs qui dejecer, & ibi Alberici 23, Bart. in l. quis ſit fugitivus §, idem ff, de ædil. edic, & in l, exquirendum ff, de ſerv, fugit. 24, l, 1. ubi gloſſ, C, ubi de crimin. Dd. in l. omnes ff, de juſt. & jur.

TITVLVS

TIT. VII.

De Citatione per Edictum.

PVBLICAE citationis duo ſunt genera; unum fit per edictum, alterum per proclamationem. Citatio per edictum dicitur, quando Reus ex longinquis locis ſcripto judicis publicè propoſito in jus vocatur *1*. Cujus duntaxat uſus eſt in caſu neceſſitatis, cùm neque viva voce, neque litteris Citatio expediri poteſt, veluti ſi reus nullam habitationem certam paſsim divagans habeat 2, vel impediat per ſe, vel per alium ne citatio ad eum deferatur *3*, vel ſi ad locũ in quo citato ſit facienda, aut in quo judex verſetur, non pateat tutus acceſſus 4. item ſi creditores plures, ijque incerti, vel generatim citandi ſint omnes ut in judicium certo tempore veniant ut qui rem ſive litem ad ſe pertinere exiſtiment. 5. Præjudicialis enim hæc Citatio eſt, & ideo non facile ab illa incipiendum, ne gravetur citatus 6 Datur autem generaliter, videlicet ut compareat ad ſingulos actus judiciarios uſque ad ſententiam, cum omnibus ſuis defenſionibus, & inſtrumentis cauſſam concernentibus 7, & conſtituitur certum tempus intra quod citato edictum innoteſcere poſsit, & ſatis ſpatii habeat ſe ſiſtendi in judicio 8. Deinde legitur publicè, & poſt lectionem affigitur ad domum citati ſi quam habet, præſentibus duobus tribuſve teſtibus, aut notario *9*, & in loco publico, ut ſi judex, aut reus, aut cauſſa ſit ſecularis in foribus curiæ, vel portarum valuis, ſi verò eccleſiaſticus in foribus templi *10*, in civitate, & vicinia in qua ſolitus eſt degere citandus, aut in extremis finibus provinciæ *11*, vel ſi univerſitas citatur per edictum in loco ubi populus congregari cõſuevit, & ſi civitatem ingredi nuntius prohibeatur in aliqua porta; & ſi nec ad portam acceſſus pateat, in loco proximè vicino 12. Nihil tamen refert an ad citatũ notitia edicti pervenerit, dummodo conſtet publicè propoſitum, & affixũ fuiſſe 13. quod ipſum Nũtius tenetur expreſſè referre 14. Quã diu vero affixum eſſe debeat jure certo definitum non eſt, & ideo

ideo relinquitur arbitrio judicis 15, quem intelligimus ordinarium, vel Delegatum principis, a quo ſolo hæc Citatio per edictum fieri poteſt, non item ab inferiore 16. Similiter Citatio proclamatoria fit pręconis, nuntijve viva voce contra abſentem adverſariũ certum, vel contra incertos contradictores, qui ſua intereſſe putabunt, idque in illa vicinia civitatis ubi citandus ſolitus verſari 17. dum tamen ſit controverſia de re immobili; quia non datur Citatio proclamatoria de re mobili 18.

1. l. peremptorium & ll. ſeqq. ff. de judic. l. 2. l. 8, & 9. C. quom. & quan. jud. 2. Dd. in l. 4. §. prætor. ff. de damn. infec. & in l. aut qui aliter ff. quod vi aut clam. 3. Clement. 1. de judic. 4. clemẽt. 1. de for. comp. & d. Clement. 1. de judic. 5. Authent. Si omnes C. Si minor ſe ab hæred. abſt. Felin. cap. quoniam frequenter, ut lite non conteſt. 6. Bartol. in extravag. ad reprimendum. Bald. in l. conſentaneum C. quom. & quan. jud. 7. Rota deciſ. 245. de citat. ſentent. & re judic. 8. l. 2. §. ſi quis ita ff. de eo quod cert. loc. & de clement. 1. de judic. 9. Bald. in l. ut perfectius C. de annal. except. 10. l. 1. §. præſides ff. de requir. reis cap. fin. extr. de dolo & contum. 11. Bald. in d. l. ut perfectius 12. Bald. in l. etiam C. de execut. rei judic. Lucas de penna in l. provincialium C. de erogat. milit. annonæ. 13. cap. 1. ubi gloſſ. de poſtulat. prælator. 14. Abb. lib. 1. conſil. 28. Decius conſil. 528. 15. Bart. in d. extravagan. ad reprimẽdum 16. Authent. de litigioſ. §. omnem & Authen. qui ſemel C. quom. & quan. jud. ubi Bart. 17. Bart. in d. extravag. Bald. in cap. 1. de mil. vaſ. qui contum. eſt. Dd. in l. 4. §. prætor ff. de dam. infer. 18. Alexand. ibidem.

TITVLVS VIII.

De Arreſtatione & Sequeſtratione.

SPECIES quædam Citationis Realis eſt illa manuum injectio, quæ Gallico vocabulo appellatur Arreſtum, id eſt impedimẽtum, ſeu interdictum, quo perſona, vel res ſuo loco, ac ſtatu moveri publica magiſtratus autoritate vetatur, donec cauſa controverſa definiatur. Eſt enim extraordinarium quodammodo creditorum ſubſidium, odioſum, & ſtricti juris 1, ſola conſuetudine, & ſtatuto introductum ad coercendos fugitivos, vagabundos, & malignos debitores, quos alibi forum, & domicilium habentes magnis difficultatibus, & expenſis perſequi oporteret. Nam in legibus nullum ejus exemplum exſtat, atque adeo omni jure tam civili quã canonico publica magiſtratus arreſta ſunt prohibita, exceptis quibuſdam caſibus 2: non item privata, ſeu voluntaria, quę

ex conſenſu,& conventione partium proveniunt, & in pact ſervari ſolent *3*. Ideo à magiſtratibus non temerè, & ſtatim concedendum Arreſtum ad nudam petitionem cujuſlibet creditoris,ſed adhibẽdo perſonarum aliarumq́ue circumſtãtiarum ſummaria quædam cognitio 4, veluti an arreſtandu ſit ſolvendo nec ne, an in ſuo foro facile conveniri poſsit, an ſit extraneus, vagabundus,& malitiosè fruſtans ſolutionem an debitum juſtum,& liquidum ſit ex chirographo inſtrumento, vel atteſtationibus, an cauſſa arreſti legittima ſit & honeſta, an verò prohibita, & illicita *4*: in quibus ubi jus expreſſum non exſtat id quod ſibi æquius melius videbitur ex arbitrio ſtatuet *5*: &, ſi periculum ſit in mora, juramento creditoris ſtare permittitur 6. Nec refert an principalis creditor intendat Arreſtum an ipſius procurator ad agendũ conſtitutus; quia hic quoque arreſtare poteſt 7, etiamſi non habeat ad hoc ſpeciale mandatum 8: quoniam conceſſo conſequenti videtur eſſe conceſſum omne neceſſariũ antecedẽs 9: ꝙ idem obtinet in ceſsionario, tutore, curatore 10, Syndico, & Conjuncta perſona; dummodo caveat de rato 11. Vt autẽ legittimè,&ordine procedat Arreſtum eadem ferè obſervanda ſunt quæ in Citatione requiri diximus. Primùm ut impetretur à Iudice, ſine cujus juſſu,& permiſſu fieri nequaquã debet 12, niſi neceſsitas,& periculum moræ urgeant ut Iudicis mandatum requirere non liceat 13; vel conſtet judicem ad hujuſmodi actus exercendos generale mandatum habere 14; vel denique loci conſuetudo aliter ſervet, quæ in hoc maxime ſequenda eſt 15. Deinde ut debito loco,& tempore fiat, non die feriata, nocte vel veſperi poſt Solis occaſum, 16, non in nundinis 17, niſi ſit debitor ſuſpectus; non in loco ubi arreſtandus poſsidet immobilia; non in via iter facienti, nec in navi parato ad navigandum 18. Præterquam ſi omnino ſit extraneus & deceſſurus qui poteſt detineri & apprehendi quoad domicilium elegerit, & cautionem præſtiterit 19. Tum ut Arreſtatio per apparitorem, ſeu nuntium inſinuetur, præfigaturq́ue dies,& hora qua compareat corã judice,

ut dicat, & excipiat contra Arreſtum. Poſtremo ut fiat in perſonam & rem quam permiſſum eſt arreſtare. Perſona enim quæ ſolvenda eſt, & alio modo commodè conveniri poteſt, maximè ſi nobilis, honeſta, & dignitate conſpicua ſit, arreſtari non debet, & ſi arreſtetur injuriarum, & contumeliæ agere poteſt 20: ſed quæ eſt ſuſpecta dilapidationis, aut fugæ, vel vagabunda, quales ſunt debitores ſuſpecti, fugitivi, & errones, ſive purum, ſive in diem, vel ſub conditione ſit debitum 21. Item fidejuſſores qui ſe tanquam principales debitores obligaverunt ſi ante diem ſuſpecti, vel fugitivi appareant 22; & poſſeſſorem bonorum quæ pro penſione, reditu, vel præſtatione certa obligatæ sūt 23; hoſpites, & viatores pro consūptis cibariorum 24, Nautæ, & aurigæ vectigalia non ſolventes 25, ſubditi inobedientes ob non præſtitas operas, & debita ſervitia quæ fructus juriſdictionis ſunt 26. Omnes denique contumaces rectè arreſtantur ut coram judice compareant, & faciant quicquid illis præſtandum, faciendumve incumbit, cautionem impleant, inſtrumenta exhibeant, teſtimonium dicant, pacta ſervent, debitum diſſolvant, & ſimilia 27. Res ſeu bona debitorum arreſtari poſſunt, ad hoc debita, & nomina debitorum ne ipſis ſolvantur 28, fructus recentes, & extantes in fundo 29, animalia in alieno prædio deprehenſa pro damno dato 30. Contra arreſtari non poſſunt res immobiles 31, ruſticorum boves aratorii, equi raſtri, ligones, aratra aut alia animalia vel inſtrumenta ad culturam neceſſaria 32; militum quando ad bellum eunt arma, animalia, ſtipendia 23, quibus æquantur Doctorum & profeſſorum honoraria, ac ſalaria, ſtudioſorum libri 34. Factum Arreſtum actor die præfinita in judicio rectè perſequi debet, & contendere ut illud firmum, & efficax decernatur: Reus contra niti ut relaxetur, & tollatur, allegans ſuas exceptiones, & defenſiones maximè ex defectu circumſtantiarum, & qualitatum quas ad formam arreſti pertinere jam diximus: in quibus ſi vicerit judicis decreto abſolvitur, ſin minus ad ſolvendum, vel dandū compellitur 35, & arreſto detinetur: quo pendente res arre-

ſtata in præjudicium ejus alienari, obligari, aut vendi nõ poteſt 36, & arreſtatus ſi ſe, ſuaque bona arreſto ſubtrahit pœna arbitraria punitur; perinde ac qui carcerem effringit, & aufugit 37, eximens vero, & occultans arreſtatum, ipſe debitum illius creditori ſolvere tenetur 38. Quòd ſi Reus deſtituitur prædictis exceptionibus, poteſt offerre cautionem de judicio ſiſti coram judice ſuo competenti; quam tamen oportet eſſe ſufficientem, & idoneam, datis fidejuſſoribus aut pignoribus 39. Nam cautio ſub hypotheca omnium bonorum non est ſufficiens, antequam ex qualitate cauſarum, & perſonarũ ita ſtatuit Iudex, cujus arbitrio hoc relinquitur 40: nec juratoria cautio admittitur 41, niſi forte ſit probatæ innocentiæ minimeque ſuſpectus, & fidejuſſores, vel pignora offerẽs habere non poſſit atque ita juret ſe invenire non poſſe 42. Immo nec idonea cautio valet ad impediendum Arreſtum quãdo ſententia eſt lata contra Reum 43: cùm alioquin præſtita jam cautione ſufficienti ipſo jure arreſtatus relaxetur 44: Et fit plena relaxatio cum omni ſua cauſſa, & utilitate, qualis fuit tempore arreſti facti 45. Si autem res arreſtata fieri deterior vel omnino perire poſſit, tunc debet autoritate judicis vẽdi & prætium redactum in ſequeſtro reponi 46. Eſt enim ſequeſtratio affinis ac cognata Arreſtationi, & itidem duplex una voluntaria ſeu Conventionalis quæ partium conſenſu fit, ut cùm litigatores mutuo conſenſu in ſolidum rem controverſam ſub hac conditione tradunt Sequeſtro ut retineat donec finita lite conſtet cui debeatur 47; altera Neceſſaria & Iudicialis, quæ à judice cauſa cognita decernitur 48: illa ſẽper & ubique permiſſa eſt; hæc omni jure prohibita ex eadẽ cauſſa qua Arreſtatio, ne ſcilicet lite pendente quis fraudetur commodo ſuæ poſſeſsionis, quod conſiſtit in perceptione fructuum 49. Excipiuntur certi caſus in quibus Sequeſtratio judicialis admittitur, veluti, cum perſona de re mobili in judicium vocata ſit ſuſpecta fugæ, aut dilapidationis 50, vel propter mores depravatos 51, vel quia immobilia non poſſideat, & parum fidelis ſit 52. Cùm reus cõtumaciter abeſt 53,

cùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

[ni]um ab executione ſententiæ appellatur, quoniam ſi res litigioſa mobilis eſt ipſa ſequeſtratur, ſi immobilis poſſeſsione apud appellantem remanente fructus ſequeſtro dantur 54: Si veretur Iudex ne litigatores ad arma, & rixam veniant 55. Si actor fructus rei in cujus poſſeſſionẽ ex primo judicis decreto miſſus eſt pro animi ſui arbitrio diſtrahat, & diſſipet 56: aut is qui condemnatus eſt poſt appellationem fructus agri controverſi depopuletur 57: quo caſu judex primus ſequeſtrationem facere poteſt antequam à judice ſecundo appellatio recepta fuerit: deinde verò ei minime permittitur, ſed ad judicem appellationis pertinet 58. Si appareat maritum perdere & profundere patrimonium ſuum, etſi dote adhuc abſtineat tunc enim licet res dotales ſequeſtrare, quatenus ex eis mulier una cum ſua familia ſuſtentari poſſit 59: Si dominus & colonus de proprietate rei contendant, colono negante ſe rem habere à domino & recuſante de reſtituendis fructibus ſatiſdare debent quippe tunc fructus illi ſequeſtrari 60: ſecus ſi de locatione conſtat, eamque colonus ipſe non diffitetur; quia tunc dominij quæſtionem domino referre non poteſt, ſed prius poſſeſſionem reſtituere, & poſtea de proprietate litigare tenetur 61. Quibus tamẽ in caſibus Sequeſtratio decernenda evitatur & decreta revocatur per fidejuſſoriam cautionem de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, & de re ſequeſtrata ſine mora reſtituẽda poſt cauſſæ deciſionẽ 62.

1. l, fin C. de execut, rei judic. cap, 2. de ſequeſtr, poſſeſſ. & fruct. & ibi Panorm, 2 Dd. ad C de probib, ſequeſtr. pecun, cap, 1, Vt lite pendente. cap, 1. de ſe queſtr. Gloſſ. & Dd. in l. C, de probib. ſequeſtr, 3, l, 1, & . l. juriſgentium. ff. de pact, 4. l, ſi, fidejuſſor §. fin. ubi Dd, ff, qui ſatiſd, cogan, §, arg l. qui bona ff, de damn. infec. ubi Alexand, l quod ſi Epheſi, ff, de eo quod cer, loc, 6. Gloſſ, & Innoc, in cap quoniam. Vt lite non conteſt l. earum ff. de damn, infec. Dd. in d, l, ſi fidejuſſor 7. l, 1. ff, de procurat. l, 1. C, Vbi quis de curiat. vel cohori. l, refectionis. ubi Caſtrenſ, C, Commun, prædior 8. Alexan, lib. VI, conſil, 133, 9, l, ad rem mobilem, l, ad legatum ff, de procurat &, d. l, refectionis & ibi Gloſſ & Caſtrenſ. 10. l tutori, ubi gloſſ. C, de negot geſt, Bald, in l, per diverſas, C, Mandati, 11, l. ſed. & hæ, ff, de procur. Roman. ſing, 613. 12, l, ſi, pacto C. de pact. l. fin. C, de exhib. reis. l. factum à judice ff. de reg, jur, 13. Bald. d. l fin C. de exhib. reis & l, ſi quando C. de teſtib, 14. Pyrrhus ad conſuetud. Aurelian, tit. de execut 25. Zaſius in paratit. ff. qui ſatiſd cogan. 16, gloſſ, & Bald, in l. fin. C. de feriis. Iaſon in l. 1. ff. eod. 17. l. 1. C. de nundinis Bart. in l. 1. §. hoſpes. ff. de iis. qui dejecer. vel effuder 18. Alexand. conſ 145. Bald. in l. ſi quis ad declinandam C. de epiſc. & cleric. 19. Coſtalius in l. plerique ff. de in jus vocan. ex placito Curiæ Pariſ. 30, l. item apud Labeonem ff. de injur. l.

ſi creditores ff, de privil, credit, l. penult. C, qui bon, ced. poſſ. 21. Bart, & alij in l, ſi debi ff. de judic. arg, l. omnes ff, pro ſocio 22. Bald. in l. fin, C, de fidejuſ, & in cap. cum conting de dolo & cont, 23, l. imperatores ff. de public. & ibi Caſtrenſ, 24. arg, l. nautæ ff. Nautæ ca ſtabul. Pyrrhus ad conſuetud. Aurelian. tit. de execut. ex locato 25, tit, C, de navib. non cuſſ. Bald. conſil. 238. lib. VI. 26. l. fructus hominis, l. non hominis ff. de oper. ſerv, l. quo ff. de oper. libert. 27. l. 1. C. de lit. conteſt. & ibi Bald. Rota deciſ. 31. & 394. 28. arg. l. 2. quan. fiſc. vel privat. l. hæres ff. ad Trebell. Pyrrhus d. loco 29. Caſtrenſ. in d. l. imperat, Dd. in cap. in cap. parochianus de dicimis 30, l. quamvis ff. ad leg. Aquill. ubi Bart. & I. 31. l. 2. C. ubi in rem act. 32. arg. l. executores C. quæ res pign. oblig. poſſ. cum Authent. ſe 33. l. ſtipendia C, de execut, rei judic. gloſſ. in l. Nepos ff. de verb. ſignific. Dd. in l. commo ff. de re judic. 34. gloſſ. & Alciat in d. l. Nepos Iaſon. in l, ſi non ſortem ff. de condict. inde 35. l. 1. l. fin. C, de execut. rei judic. l. à divo Pio ff. de re judic. 36. Peckius de jure ſiſten. cap, 37. l. 1. ff. de effract. & expilat. oldrad. conſil 65. 38, l. quotiens C de exact. tribut. Bart. A gel. & Caſtrenſ. in l. ſi eximenti ff. ne quis eum qui 39. l. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. l. poſtquam ut legat. l. 4. ff. de fideic. libert. l. debitori ff. de judic. 40. Bart. in l. litibus C. de agric. & ce ſit. 41. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 139. & ſeq. 42. l. ſi cui ff. de accuſat l, 3. ff. de ſu pect, tutor. & gloſſ ibid. 43. gloſſ. in l. fin. C. quan. ad libert. proclam, non lic. Bart. in l. cu dotem ff. Solut. matrim. 44. l. ſi natus conſul, ff. de offic. præſid. d. l. ſi fidejuſſor ubi Dd. d. litibus & ibi Bart. 45. l. reſtituere ff. de verbor, ſignific. 46. d. l. litibus l. Divus ff. de petit. h red. l. fin. ff. de requir. reis 47. l. propriè l. licet. ff Depoſiti l. ſequeſter ff, de verb, ſignific. 4 l. æquiſſimum ff de uſufruct. l. fin. ff. de offic. procurat. 49. cap. 1. Vt lit pendente. cap. ſignific te de appellat, & ibi Bald. l. unic. ubi Dd. C. de prohib. ſequeſtr. 50 d. l. ſi fidejuſſor. 51. l. ſu pectum ff. de ſuſpect. tutor. 52. l. ſciendum ff. qui ſatiſd. cogan. d. l ſuſpectum 53. cap. ex litte de dol. & contum. 54. l. ab executione C. quor. appellat. non recip. 55. d. l. æquiſſimum 56. ca 2. extr. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct, 57. cap. fin, d. tit, l, imperatores ff. de appellat, 58. Ioan Andr, & Abb, in d. cap, fin. Franc. in, cap. cum teneamur, de appellat. 59. l. ſi cum dotem Solut, matrim. Iaſon. in l, ſi conſtante ff. eod. 60. d, l, litibus 61. l. ſi quis conductionis C, de lo cat. 62. l. ſenatuſconſ, ff. de offic. præſid. d, l, ſi fidejuſſor. ubi Iaſon. & Dd. in d, l, litibus Bart in l. unic. C. de prohib. ſequeſtr. pecun.

TIT. IX.

De Comparitione.

CITATIO obſtringit Reum ut conſtituto die, & loco ſe in judicio ſiſtat, & licet privilegiũ vel declinatoriã fori exceptionem habeat, nihilominus in jus venire, & incompetentiam allegare teneatur: 1: niſi ſit notoriũ judicis juriſdictioni ſubjectum non eſſe: quoniam ubi territoria, aut dominia diſtincta & non confuſa ſunt, ibi nemo debet extra territorium ſuum in jus vocari 2, vel niſi citatus ſit ad locum inſidiis & periculis notorie expoſitum 3, vel citatio facta ſit hoc modo, Si ſua putaverit intereſſe: quia talis citatio ad comparendum haud obſtringit, nec abſentem reum contumacem reddit ut condemnari poſſit 4. Quòd ſi quis ad duo tribunalia inæqualia vocatus ſit uno, & eodem tempore ex

diverſa

[d]iverſa cauſſa, apud majus tenetur comparere 5: ſi ad æqualia, [p]oteſt eligere coram quo ſe malit ſiſtere 6. & ſi coram neutro [c]ompareat, in utroque erit contumax, nec poterit uti excep- [t]ione quod ad aliud tribunal fuerit vocatus 7. Sed ſi litigātes [n]on poſsint vel etiam non velint ipſimet comparere, liberum [e]ſt mittere procuratorem cum ſufficienti, & legittimo man- [d]ato; quod in judicio oſtendere debet 8 præterquam in qui- [b]uſdam caſibus, in quibus litigantes ipſi in jus venire cogun- [t]ur, ut diximus tit. De procuratoribus, Et Actor quidem [i]n judicio comparens prior Reum evocat, & petitionem ſuā [p]roponit, & ſi reus non comparuerit contumaciam ejus ac- [c]uſare poteſt: Reus vero petitionem actoris, vel negat omni- [n]o, vel fatetur ſalvis exceptionibus, & Libellum ſibi dari po- [ſt]ulat; vel fit ſummaria contentio. Efficit autem Comparitio [u]t Iudex approbatus, & receptus cenſeatur, ſi coram eo com- [p]arens non fuerit proteſtatus de incompetentia 9, & citatio [i]nvalida reddatur efficax 10, præſumaturque facta juſſu, & [m]andato judicis 11. denique ut Reus à contumacia liberetur [1]2.

1 l. 2. & ibi Dd. ff. Si quis in jus voc. non ier. l. ſi quis ex alieno ff. de judic. 2. l, extra territorium ubi Dd. ff, de juriſd. omn, judic, l. omnes C, de epiſc. & cleric. 3, l, ſi locus ff. de judic. l. Fulcinius ff. ex quib, cauſſ, in poſſeſſ, eat, Clement, paſtoralis de ſenten. & re judic. 4. Bald cap. 1, de milit, vaſall. Alexan, in l, teſtamenta omnia C. de teſtamen, 5, l. contra pupillum ff, de re judic, & ibi Dd, Bart, in l. 2. ff. de cuſtod, & exhib. reis Alexan, Iaſon, & Caſtr. in l, 2, ff, Si quis caution. 6. l, ſi quis in gravi ff. ad Syllan. 7. Bald. & Caſtr. in d. l, 2, & Bald, in l, ſenatuſ. C. qui accuſ, non poſſ. arg. legis cum quidam ff. de legat, 11. 8, l, 1, ff, de procurat l. fin, C. eod. 9. Menoch, de præſumpt, lib, 2, præſumpt. 14. & 19, 10, Dd, in l, 1, ff. de in jus vocan, Bald. in l, ut perfectius C, de annal, except. 11. Menoch. d. l. 2, præſumpt, 24. 12, Socinus de citation. artic. 52.

TIT. X.

De Contumacia.

CONTUMACIA generaliter appellatur inobedientia litigatorum erga Iudicem in quocunque actu judiciario commiſſa, veluti ſi quis juramentum præſtare recuſet 1, vel tutelam adminiſtrare, ſatiſdare, exhibere, reſtituere, reſpondere, ſolvere juſſus non obtemperet, & vel non idonee ſatiſdet, vel obſcurè, & dubiè reſpōdeat 2, Sed propriè

contumacia

contumacia eſt inobedientia erga judicem cõmiſſa ab eo qu
legittimè citatus præſentiam ſui in judicio facere contemn
3. Hæc duplex eſt, alia vera & evidens, alia Præſumpta ſe
ficta. Vera contumacia dicitur cum quis in judicio dixit ſ
non compariturũ 4. vel extra judiciũ coram nuntio citant
& hoc atteſtante 5; vel cum quis tribus citationibus, vel un
peremptoria fuerit citatus in perſonam, vel ad domum, u
conſtet in ejus notitiam perveniſſe, & comparere noluerit 6
Præſumpta dicitur quando dubium eſt an Citatio ad noti
am citati pervenerit, veluti ſi quis non in perſonam citetur
ſed in abſentia ejus ad domum Citatio facta fuerit 7. Nan
qui latitat quo minus ipſi Citatio denuntietur, is pro citato
& contumace habetur 8. Ad veram autem Contumaciam
& ut quis vere efficiatur, & dicatur Contumax, requiritu
primò ut à competente judice legittimè citetur, idque tri
bus ſimplicibus citationibus, vel una peremptoria 9: cui æ
quiparatur Evocatio, & Mandatum judicis comminantis ſ
ulterius non auditurum, & nihilominus in cauſſa proceſſurũ
habiturumque pro vero Contumace 10. Deinde requiritu
ut Contumacia in judicio accuſetur; quia ſi adverſarius non
accuſaret abſens non poſſet dici Contumax 11. Tum ut re
latio citationis executæ judici conſtet 12. Denique ut accu
ſatus Contumax à judice condemnetur in contumaciam 13.
Et Contumax fit interdum Actor interdum Reus; neque id
uno modo, ſed vel ad ſimplicem, vel ad peremptoriam cita-
tionem, & vel ante vel poſt litem conteſtatam. Actor dicitur
Contumax quando reum in jus evocavit, & ipſe poſtea non
comparet: quod ubi fit ante litem conteſtatam ad ſimplicem
petitionem, in expenſas tantum condemnatur, nec ad aliam
citationem admittitur, niſi reo ſufficientem cautionem, aut
ſi eam nequit, juratoriam præſtiterit, quod in poſterum die
præfinita ſe in judicio ſiſtet 14. Quòd ſi ad tertiam citationẽ
vel unam peremptoriam factam ante litis conteſtationem ve-
nire neglexerit, tribus vicibus per intervalla triginta dierum
citandus

citandus eſt, & porro exſpectandum ad annum ut compareat, & cauſſam ſuam proſequatur. Ac ſiquidem intra annum venerit non audietur priuſquam ſolvat expenſas, quas Reũ feciſſe apparet, & de ſiſtendo in judicio idoneè caveat 15, datis fide juſſoribus, vel pignoribus 16. niſi probetur legittimum impedimentum 17. Sin verò nec elapſo anno venerit, Iudex reo præſente, & inſtante allegationes ejus audire, teſtes recipere, & ſententiam diffinitivam ferre poteſt 18, ad quam audiendam Actor, cujus magnum in ea vertitur præjudicium, citandus eſt, & ſi ſuccumbit, omnis ei facultas appellandi denegatur: ſi vero obtinet in expenſas nihilominus Reo condemnatur 19. Quod procedit in Actore contumace tam ante, quam poſt litem conteſtatam 20, dum tamen cauſa ſatis liquidè probata ſit. Nam ſi propter Actoris abſentiam veritas negotii cõmodè perveſtigari non poſſit, haud quaquã licet Iudici ferre diffinitivam ſentẽtiam, ſed Reum tantum ab inſtantia obſervationeque judicii abſolvere permittitur 21. Reus habetur Cõtumax ſi in judicium vocatus nõ veniat 22, vel malitiosè ſe occultet, latitet, vel impediat quo minus ad eCitatio perveniat 23, vel ante rem confectam ſine venia judicis à judicio recedat; cum paria ſint non venire, vel veniſſe, & ſine licentia judicis receſſiſſe 24. Hujus Contumacia minor eſt quam Actoris, eoque magis illi favetur; nec habetur contumax priuſquam actore petente, & probante ad ſimplicem, vel peremptoriam citationem in judicium non veniſſe, Iudice talis ſit declaratus, & condemnatus in expenſarum refuſionem *25*: neque ob contumaciam ante litis conteſtationem commiſſam contra eum teſtes recipiuntur, vel ad ferẽdam definitivam ſententiam proceditur *26*; ſed poteſt Iudex examinato prius ſummariè negotio mittere actorem in poſſeſſionem rei quam actione reali petit, ſervandæ, & cuſtodiẽdæ ejus gratia, In actione perſonali in poſſeſſionem bonorum ei pro modo debiti in libello expreſſi 27; in rebus incorporalibus, puta ſervitutibus, Reum ſervitute abdicare, & Actorem ea uti permittere, donec reus ipſi non licere doceat 28.

Poſt litem verò conteſtatam ſi de controverſiæ motæ verita
te ex teſtibus, vel inſtrumentis conſtare poteſt Reo abſent
ſententia diffinitiva fertur, executioniq́ue mandatur, &
condemnatus fuerit poſteaque in judicium veniens fideju
ſores dare poſſeſſionēque recuperare deſideraverit, aut à cō
demnationis ſententia provocare voluerit, non audietur;
ſecundum ipſum feratur in expenſas, nihilominus conden
natur *29*. Cæterum ſi de cauſæ controverſæ veritate apert
non conſtet in poſſeſſionem Actor ſe mitti petere poteſt, ſo
la proprietatis quæſtione Reo per contumaciam abſenti re
ſervata *30*. Pœnæ Contumaciæ graves, & variæ ſunt, qu
ab Interpretibus prolixè tractantur 31. Nam ſive Actor, ſiv
Reus contumax ſit, non prius in judicio auditur, niſi expen
ſas, & damna æſtimata juramento partis cui adverſus contu
macē creditur 32, & officio judicis declarata, adverſario ſu
reſtituat 33. Adhoc Contumax privilegium fori allegare n
poteſt 34, & pro confeſſo habetur *35*, & in criminali cauſ
pro infami de facto, non item in civili *36*, fructus deperd
quod is qui miſſus eſt in poſſeſsionem ex decreto judicis o
contumaciam adverſarij lucratur *37*, nec pignora capta a
vendita autoritate judicis licet reverſus, recuperat 38, præ
terquam ſi re integra refundere velit omne damnum ac præ
ſtare fidejuſſorem de lite perſequenda 39. Item contra Co
tumacem etiam lite non conteſtata in cauſsis ſummarijs a
diffinitivam ſententiam proceditur 40, ſigilla in cauſſa civi
ob contumaciam non recognoſcentis die præfinito pro r
cognitis habentur, & acceptantur *41*. Denique verū, & m
nifeſtum Contumacem Iudex amplius requirere nō tenetu
& poſt elapſam dilationem præfinitam condemnare pote
neque ei beneficium appellationis concedit 42. Præſump
verò Contumacem abſentiæ ſuæ cauſſam, & legittimum im
pedimentum poſtea allegare, ac defenſionem contra actore
inſtituere permittit, nec etiam ei, ut vero contumaci, ben
ficium appellationis denegat 43. Præter has autem pœnas
lij quoque coercendæ contumaciæ, ac juriſdictionis tuend

mo

modi ſunt. Poteſt enim Iudex in contumaciam capere pignora 44, auferre alicujus res donec pareat 45, multã dicere, & imponere 46, ſequeſtrare poſſeſſionem 47, denegare juriſdictionem, ac judicium, non modo in cauſſa in qua contumax eſt, verum & omni in alia 48. Sed & Mandato vel manu militari juriſdictionem defendere, & arbitrariè, vel criminaliter violatorem juriſdictionis punire 49. atque adeo uno remedio non ſufficiente ad aliud recurrere 50. Rurſus excuſationes, exceptioneſque quibus Cõtumacia defendi, & purgari poteſt complures traditæ ſunt, veluti Si per actorẽ, vel alterius impedimentum ſteterit quo minus venire potuerit 51, Si citatus ſit in diem feriatam 52, vel ad judicem manifeſtè incompetẽtem 53, aut ad majus tribunal 54, aut ad locum non totum 55, Si venerit Iudice adhuc pro tribunali commorante 56, Si impedimento fuerint graves morbi, & periculoſi, duorum teſtium aut ipſius Medici teſtimonio judici probati. Nam leves morbi, læſiones parvæ, mors prolis, & levis rei jactura, aut aliud facile impedimentum non excuſant 57; Si detentus fuerit ob officium, & obſequium Principi præſtandum 58, ob teſtimonium eodem tempore coram alio tribunali dicendum, ob commodum patriæ, aut reip. ob munus publicum, ob funus domeſticum, ob vincula cuſtodiamve militarem: Si obſtiterit vis fluminis, aut impedierint validi venti, & tempeſtates eum cui per mare tranſeundum fuerit, aut ruſticæ rei occupationes, quæ omitti ſine magno damno non potuerint. Item excuſantur Legati publici, pupilli, & minores, mulieres prægnãtes, aut non ita dudum è puerperio levatæ 59.

1. l. manifeſtæ turpitudinis ff. de jurejur. l. ſi quis jusjurandum C. eod. 2. l. debitoribus ff. de judic. l. qui reſtituere ff. de rei vendic. l. ætate ff. de interrogat. action. 3. tot. tit. ff. Si quis in jus vocat. non ier. cap. venerabilibus de ſentent. excommun. lib. VI. 5. Bart. in l. divus ff. de in integr. reſtit. gloſſ. in Clement. 1 de dol. & contum, 6, l. ad peremptorium cum tribus leg, ſequẽt. ff. de judic, l. tres denuntiationes C. quom. & quan. jud. 7, gloſſ. in d, Clement, 1. Bart. in l. fin, ff. de integr. reſtitut. 8. argum. l. Fulcinius ff. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. eat. l. jure civili ff. de condit, & demonſtr. 9. l. contumacia ff. de re judic. l. tres l, conſentaneum C. quom, & quan. jud. 10. Cæſar Contard, in l. diffamari ff. de judic. 11. l. properandum C. de judic. d. l. conſẽtaneum & ibi Dd, 12. Bartol, l. hoc autem ff. ex quib, cauſſ, in poſſeſ, eat, & in l. nullam

ff.de condit. & demonſtr. Bald.in d.l.conſentaneum 13.Specul, tit,De contumac. 14 l.eum quem temere ff.de judic.cap. 1.de dolo & contum, cap.finem & cap. cum dilecti de except 15,cap.2.quæſt.1.& cap.in finem eod.Bart.in l.3.ff.de re militari 16. l.ſi mandato ff.mãdat.17.cap.cum Bartold,& cap, querelam,de re judic. 18,Authen. qui ſemel. C.quom. & quan.jud,cap.cauſam quæ de dolo & contum Bart.in d,l.conſentaneum 19. l.& poſt.ff.de judic,l,properandum C.eod,Authent.de litigioſ.§.omne 20.Gloſſ.& Dd.in d.cap. cauſam 21.gloſ.in d.authent.§.ſi verò propoſitis 22.l contumacia & l.de utroque ff,de re judic.d l.properandum 23.l.Fulcinius ff.ex quib,cauſ.in poſ.eat,cap.quoniam ut lit. non conteſt 24,cap.1.de judic,cap,prout.extr,de dol,& contum,Specul,tit.de Citat.25.Specul.d.tit.26 Regula Decretal.tit. Lite non conteſt. teſtim, non recip. & ad definitiv. ſentent. non procedd.27.d.l.conſentaneum d.cap,quoniam cap.fin.de eo qui mittit.in poſſeſ. 28 l. is cujus ff Si ſervitus vindic.& ibi gloſſa 29 d,l.proſperandum & d.cap,prout.30.Gloſ.& Panorm. in d,cap,prout,Dd,in d.cap,quoniam frequentic,31.Iaſon in l,ſancimus C, de judic. Marãta tit.de Contumacia 32.Marſil,ſingul,239.& Ripa in l.2.ff.de re judic.33.l.2.ff. Si quis in jus vocat.l.& poſt edictum ff,de judic.l,contumacia ff.de re judic.34, Afflictus 133.deciſ. 35,l.generaliter C,de reb,credit,36.l.in pecuniariis C.de requir.reis 37.d.l. Fulcinius 38, l 2,C,Vbi in rem act,exerc,39,d.l,2 authent,& qui iurat,C,de bon,autor.jud.poſſid.d.authent,qui ſemel 40,Felinus in cap.olim de accuſat,41,vurmſ.tit,2,obſer.16, 42.l.divum Antonius ff.de reſtitut,in integr.l.ab eo C,quom,& quan, jud,l.ex quacunque ff. Si quis in jus vocat,43.cap.cum Bertoldus & ibi Abb.de ſentent,& re judic, 44.Inſtit,de ſatiſd,§ fin,45,Iaſon in l,quo minus ff, de flumin. Bald,in authent,omnino C. Ne uxor.pro marito, 46,l.2.ff.Si quis in jus vocat,Bald,in l.quemadmodum §.magiſtratus ff.ad leg. Aquil.47. l,1.C. de collatio bonor,cap.1.de prohib.ſequeſtr.poſſeſſ.vel fruct. cap.fin. d.tit.48,l, ſed ſi per prætorem ff.ex quib,cauſſ,major,& ibi gloſ.Iaſon,in l.jus jurandum ut ad pecunias ff, de jurejur.49.Iaſon.in d,l, quo minus & in l.3,ff.Ne quis eum qui 50.argum.l.1.C,de aſſert,tollen,l.1.C.de collat.bonor.Panorm,in cap.2. de dolo & contum. 51.l,1, ff, de eo per quẽ fact.52.l.2.ff.Si quis caut,in judic,53,l.ſi quis ff.Si quis in jus vocat,l,contumacia & l. contra pupillum ff.eod.54.d.l.contra pupillum 55.l. & locus ff.de judic.56.d,l divus Antonius 57.Felin.in cap.accedens extr.ut lite non conteſt,Afflict,289,deciſ,58.l.ſi cui §, tamdiu ff,ex quib.cauſ.major.59.l.2.ff.Si quis caut.ſiſt.

TIT. XI.

De Primo Decreto.

COERCENDAE contumaciæ remedium in uſu frequentiſſimum eſt Decretum Iudicis, ex quo Actor mittitur in poſſeſſionem bonorum Rei contumacis,ut ipſe rem ſuam ſervare,& conſequi poſſit, & Reus tædio affectus ad judicium veniat, & reſpondeat, Primum Decretum eſt juſſum judicis merum,vel ſaltem mixtum imperiũ tenẽtis. per quod actor in actione reali veram poſſeſſionem; in perſonali verò cuſtodiam, & detentionem bonorum adquirit, & reus ob contumaciam amittit 1. Habet enim locum in omnibus cauſſis,& actionibus tam perſonalibus,quàm realibus 2, & fit in bona rei cõtumacis cùm propria, tum emphy-

teutica

eutica & feudalia 3, atque adeo ſpiritualia 4: quoniam nihil
ntereſt pleno jure earum rerum dominus ſit, an utilis, vel u-
ſufructuarius 5; dummodo non ſint res alienæ, quia in alie-
nis rebus quas detinet Contumax, non poteſt miſſio fieri 6.
Ejus impetrandi, & conſequendi ordo, atque forma talis eſt,
Actor offert libellum, vel ſaltem ſummariè petitionem ſuam
apud judicem exponit: huic ut reſpondeat Reus tribus cita-
tionibus, vel una peremptoria ad domũ legittimè citatur 7:
eo non comparente actor contumaciam ejus accuſat, & ex
hoc decreto miſſionẽ in rem petitã poſtulat, Iudex reũ con-
tumacem declarat, & exacto prius, ſi ita ei videatur, ab actore
juramento calumniæ, miſſionem in poſſeſſionẽ cum ſumma-
ria cauſſæ cognitione, prout fert actionis qualitas, decernit 8:
non quidem in poſſeſſionem univerſorum bonorum, ut o-
lim ſolebat 9, ſed pro menſura debiti, ſeu quantitatis petitæ
10; veluti ſi actione reali agatur, eaque res tota petatur, in
totius rei petitæ poſſeſsionem fit miſsio, ſi pars duntaxat in
partem petitam 11. Si verò agatur actione perſonali, & res
certa petita ſit, in eandem mittitur actor 12: ſi petitur res in-
certa, utputa quantitas vel genus, pro menſura tantum debi-
ti declarati decernitur miſſio 13; & adjungitur executor or-
dinarius qui in poſſeſſionem decretam ducat eo ordine quo
in executione rei judicatæ procedi ſolet, primò in poſſeſsio-
nem bonorum mobilium, deinde illis non ſufficientibus in
immobilium, poſtremò in rerum corporalium, atque nomi-
num 14: tum Iudex debitoribus ne ſolvant creditori præci-
cipit 15. At ubi res petitæ dolo Rei vel perierint, vel abſcõ-
ditæ ſint, vel nulla ejus bona ſive corporalia, ſive incorpora-
lia exſtent, in quæ miſsio fieri poſſet, ſervatur conſuetudo
fori qua vinculis ut plurimum mancipatur debitor, aut terri-
torio judicis ei interdicitur donec ſolvat debitum, ſive hoc
purum ſit, ſive conditionale 16. Miſſus autem in poſſeſsio-
nem ex hoc decreto in actione reali ubi quæritur de dominio
vel quaſi, ſtatim conſtituitur verus poſſeſſor, ita ut edicto Ne
vis fiat ei qui in poſſeſsione miſſus eſt, tueri ſe poſsit 17, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

poſt annum ab interpoſito decreto etiam fructus lucratur,
Veruntamen ſi debitor, ſive Reus intra annum veniat, & cõ-
tumaciam purget, actori expenſas refundat, & offerat cautio-
nem de ſiſtendo, poſſeſsionem bonorum ſuorum recuperat,
& fructus repetit 19, quos actor interea percipere, cuſtodire,
& vendere quando ſervando ſervari nequeũt, non prohibe-
tur 20. Elapſo verò anno ſi Reus in judicium venire, ſuam-
que contumaciam excuſare, negligat, Actor verus, & perpe-
tuus rerum in quos miſſus eſt poſſeſſor efficitur, adeo ut eas
& naturaliter, & civiliter poſsideat, nec eandem poſſeſsionẽ
in poſterum reſtituere cogatur, ſolaque proprietatis quæſtio
Reo contumaci ad triginta uſque ãnos reſervetur 21. Quod
etiam procedit licet Actor ob adverſarij potentiam rerum in
quarum poſſeſsionem mitti juſſus eſt cuſtodiam intra præ-
ſcriptum annum adipiſci non potuerit 22. In actione perſo-
nali miſſus in poſſeſsionem, nec naturaliter, nec civiliter poſſi-
det, ſed rei in quam miſſus eſt cuſtodiam, detentionemque
tantum habet jure pignoris 23. Ideo nec fructus ſuos facit
ſed eos in debiti principalis deminutionem computare, vel
alias reſtituere tenetur 24: niſi fortè Iudex ob nimiam Rei
contumaciam expreſſe juſſerit eum fructus lucrari 25. Quin
imo ubi in perſonam actione actum eſt Reus cautionem de
ſiſtendo, & expenſarum, damnorumque reſtitutionẽ offerens
quandocunque venit etiam poſt elapſum anni tempus audi-
tur, reſque ſuas recuperat dummodo, ſecundum decretum
non fuerit interpoſitum 26. Et hæc omnia obtinent non ſo-
lùm contra reum abſentem, & contumacem, ſed etiam in le-
gatario, vel fideicommiſſario, qui ob non præſtitam ab hære-
de legati, fideicommiſsive cautionẽ legati, fideicommiſsi ſer-
vandi cauſſa ex primo Iudicis decreto in poſſeſsionem om-
nium bonorum hæreditariorum miſſus eſt 27. Item in eo
qui ob non præſtitam damni infecti cautionem, in rei de qua
damnum timebatur poſſeſsionem ex eodem decreto ire juſ-
ſus eſt 28. Præterea obtinet, & in ventre id eſt partu in utero
adhuc exiſtente, qui ob id quod patris defuncti teſtamento
præteritus

ræteritus ſit, in poſſeſsionem omnium bonorum ejuſdem x primo decreto mittitur 29. Porro hoc decretum actor, ſeu reditor petere debet à Iudice pro tribunali ſedente, & ad etitionem unius creditoris interpoſitum, alijs creditoribus quoque prodeſt 30.

1. l. ſi bona C. de bon. autor. jud, poſſid, l. Fulcinius ff. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. eat, cap. quoniam frequenter, extr, ut lit. non contest 2. l. cum proponis & l. fin. C. eod. l. 2. C. ubi in rem act. cap. 2. & 3, de eo qui mittit. in poſſeſsion. 3 Bald. in l. ſi finita ff, de dam, infec. 4. cap. cõtingit ubi Panorm, de dolo & contum 5. Specul. tit de primo decret, 6. l. 1. ff. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſ, Specul. d. loco 7. Bart. in d. l. ſi finita §, Iulianus Specul. d. titul 8. l. conſentaneum C. quom. & quan. jud. authent. & qui jurat, C, de bon. autor. jud. poſſid. cap. literas extr. de reſtitut, ſpoliat. 9. gloſſ. in d. l. cùm proponis l. 1. ff. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. eat, 10. d. cap. quoniam & d. authẽt, ei qui jurat, 11. d. l. Fulcinius l. ad cognitionem ff. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. eat. l. in poſſeſsionem C. de bon. autor judic, poſſid, l. 3. ff, Ne vis fiat ei qui mittit. 12. d. l. Fulcinius §. Celſus 13. d. authent. & qui jurat. & d. cap. quoniam 14. l. à divo Pio ff. de re judic. Bald. in d. l. ſi finita 15. l. 1. C. de prætor. pignor. & ibi gloſſa 16. Specul. d, tit. 17. l. 1. ff. Ne vis fiat ei 18. cap. paſtoralis extr. de offic. ordin. judic. cap. 1. de eo qui mittit. in poſſeſſ. Gloſſ. & Bart. in d. l. ſi finita Dd. in d. l. Fulcinius 19. cap, cùm veniſſent extr, de eo qui mittit in poſſeſſ, l. ſi quis emptionis C. de præſcript, 30. vel 40. annor. l. 2. ubi gloſſ. C. Ubi in rem act. 20. l. is cui ff. ut in poſſeſſ. legat, Bart. in l. ult, eod. tit. 21. d. cap. 1. extr. de eo qui mittit in poſſeſſ. 22. d. cap. contingit. 23. l. 3. ff. de adquir. poſſeſſ. l, ſi duo ff. uti poſſidetis l. is eum ff. ut in poſſeſſ. legat. 24. d. l. ſi finita d. l. is cui gloſſ, & Bart, in d, §, Iulianus 25. d. l. Fulcinius, 26. d. authent, & qui jurat. d. cap. 1. 27. d. l. is cui 28. l. cùm legati ff. ex quib. cauſſ. major, 29. l. 1. & 2. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. 30. l. dies cautioni ff. de dam. infec. l. cùm unus C. de bon. autor. jud. poſſid. & ibi Bartol.

TIT. XII.

De Secundo Decreto.

SECUNDUM Decretum eſt alterum judicis juſſum ex quo actor, ſeu creditor qui primò cuſtodiæ cauſſa in poſſeſsionem miſſus fuerat, verus poſſeſſor, aut etiam dominus vel quaſi ob præfractam contumaciam Rei conſtituitur 1. Quod in perſonali tantum actione in qua perſequimur id quod noſtrum non eſt 2, locum habet; in actione reali ſupervacaneum eſt, cùm & dominus, & poſſeſſor ex primo decreto factus fruſtra peteret per ſecundum decretum ſibi adjudicari dominium, quod ſuo jure habet, & vendicat 3. Quamvis poſsit is qui in rem egit, & dominij quæſtionem ſibi in futurum motum iri metuat, petere à judice ut certam dilationem ſtatuat intra quam veniat reſponſurus Reus, aut quicũque alius qui dominium prætendit; quo elapſo nemo deinceps

ceps auditur 4. Vt autem hoc Decretum legittimè interpo-
natur, requiritur Primò ut annus elapſus ſit à tempore primi
decreti interpoſiti, Deinde ut Actor judici libellum offera[t]
& verum ſe poſſeſſorem, aut dominum rei petitæ ex ſecundo
decreto conſtitui, Reumque adhoc denuo citari poſtule[t].
Tum ut Iudex contumacem Reum tribus citationibus pr[o]-
poſitis evocet, vel una peremptoria, & illi conſtituat temp[us]
intra quod in judicium veniat, atque is adhuc in contumac[ia]
perſeveret latitans & ſe occultans vel non comparens 5, v[el]
comparens quidem, ſed non debito modo, puta idonea[m]
cautionem, & refuſionem expenſarum non offerens 6. Po-
ſtremò ut Iudex cognitionem adhibeat, totius negotij quali-
tatem diligenter animadvertat, & inveſtiget, num Reus le-
gittimo impedimento detineatur, aut reip. cauſſa abſit, qu[o]
minus venire poſsit, num res petita ſufficienter probata ſ[it]
per teſtes, vel inſtrumenta. Non enim abſque plenaria cogn[i]-
tione, & probatione interponendum eſt hoc ſecundũ decre-
tum 7, cõtra quod alioquin competit reſtitutio 8. Immo in-
terpoſitum per falſas probationes, vel ex cauſſa partim vera
& partim falſa, vel ex falſa cauſſa, ſive per errorem, eſt ipſ[o]
jure nullum 9, etiamſi error non ſit expreſſus in decreto, ſe[d]
tantum appareat ex actis 10. Pro varietate autem circunſtan-
tiarum variè hoc Decretum interponitur. Aliquando enim,
& quidem frequentius, decernitur venditio 11, & ſi non in-
venitur emptor qui juſtum pretium polliceatur, tum Actori
res addici in ſolutionem debiti poteſt, alias exiſtente emtore
res actori non addicitur 12. Quòd ſi pretium rei venditæ
quantitatem debiti excedit, Reus illud quod ſuperat repete-
re ab actore poteſt rurſus ſi actori ex re vendita non ſatisfactũ
eſt, id quod ei deeſt à reo petere licet 13. Aliquando etiam ſi-
ne venditione conſtituitur dominus, qui poſsidet ex primo
decreto, maximè in cauſſa damni infecti, propter periculum,
& ſumptus ædium ruinoſarum, quæ non facile emptorẽ re-
periunt 14. Interdum ſola poſſeſsio decernitur actori, Reo
jure ſuo integrè reſervato etiam poſt annum recuperãdæ rei
ſuæ

ſuæ: cùm præſertim defenſionis cauſſam qua contumaciam purgare, & excuſare poſsit, habeat 15. Nonnunquam ſtatuitur tempus intra quod venire oportet eum qui dominium prætendit, abſciſſa deinceps agendi facultate 16.

1. l. prætoris, l. prætor ff. de damn. infec. cap. 1, de eo qui mitt. in poſſeſſ. 2. Inſtitut. de action. §. omnium. 3. l. in rem. actio, l. officium ff. de rei vindic. l. in re inaudita C. mandati, 4. l. ult. C. de jure dom. impetran. authent. hoc C. de ſol. gloſſ. & Dd. in l. ſi finita ff. de damn. infec. 5. l. Fulcinius ff. ex quib. cauſſ. in poßeſſ. eat. Panorm. & Socin. cap. quoniam. ut lite non conteſt. 6. l. ſi quis C, de præſcript. 30. annor. authent. ei qui jurat C. de bon. autor. jud. poſsid. cap. paſtoralis, de offic. ordin. 7. Bart. in l. cum proponis, & l, ſin autem C, de bon. aut. judic, poſsid. 8. d. l. ſi finita l. eorum ff. de damn. infec. 9. l. cum vero ff. de fideicomm. liberat. Bart. & Dd. in l. ſi is ad quem ff. de adquir. hæred. 10. Bartol. in l. Seja egreſſæ ff. de tutor. & curat, dat. ab his Ludovic. Roman. Alexan. & Iaſon. in d. l, ſi is ad quem 11. d. l, Fulcinius d. l. cum proponas l. pro debito C. de bon. autor. judic. poſsid. 12. d. l. pro debito l. à divo pio §. ſi pignora ff. de re judic, & tot tit. Cod. de jure domin. impetr. & authent. hoc niſi C. de ſolut. l. fin. C, ſi in cauſ. judic. pign. capien. ſit 13. l, ult. §. penult, C. de jure dom. impetr. 14. tot. tit. ff. de damn, infect. 15. d. cap. quoniam, ubi gloſſ. & Dd. 16. Bart. d, l, ſi finita.

TITVLVS XIII.

De Libello.

POSTQUAM Reus in judicio ſe ſiſtit Libellus ei offerendus, ut ſciat cedere ne an contendere ultra debeat, & ſi contendendum putet, veniat inſtructus ad agendum cognita actione qua convenitur 1. Quæ Libelli oblatio requiritur in omnibus cauſsis ordinariis, ſive civilibus, ſive criminalibus, niſi in his Iudex ex officio, & per inquiſitionem procedat 2. tunc enim articuli inquiſitionis, ſeu indiciorum, loco Libelli Reo petenti offeruntur 3. In cauſsis verò ſummarijs atque exiguis, & ubicunque de plano res eſt expedienda nõ requiritur Libellus, ſed ſufficit qualiſcunque petitio viva voce facta, & in actis redacta 4. Formatur autem Libellus juxta ſtilum, & conſuetudinem fori, & confici variè pro cauſæ, perſonæ, & rerum qualitate, atque circunſtantijs ſolet. Semper tamen in civili judicio debet continere hæc quatuor, ſine quibus ſubſiſtere omnino non poteſt, adeo ut ſi illa omittantur Libellus ipſo jure nullus ſit, Reo licet obtinente, nec objiciente quicquã 5; Nomen Iudicis, Actoris & Rei, Narrationem facti, Cauſam actionis, & Concluſionem neceſſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

rio conſequentem 6. In criminali verò cauſſa, nec non in ci-
vili quæ infamat, Locum & tempus commiſsi delicti, aut in-
juriæ illatæ: quæ duo ſi omittantur Libellus, etiam parte n
opponente, rejicitur 7. Narratio facti, ſeu rei petitæ debet e
ſe aperta, & ſimplex, nec plura, nec pauciora quàm res, & cau
ſa poſtulant, continens. Et ſi in rem agatur res deſignari de
bet, & utrum tota an pars, & quota petatur exprimi: ſi fun
dus petatur, & nomen ejus, & quo loco ſitus ſit 8. Infecta
materiæ põdus, factæ ſpecies, ſignatæ verò numerus; & cùm
res menſuram recipit, menſura quoque dicetur, & ſic in alij
certa debet eſſe petitio. Nam Libellus actoris, niſi certã cõ-
plectatur petitionem admitti non debet 9. In univerſali tamẽ
& generali judicio admittitur generalis, & incerta petitio, ſi-
ne aliquarum rerum expreſsione: velut in petitione hæredi-
tatis non eſt neceſſe ſingulas res hæreditarias proſequi, ſed
ſufficit generatim hæreditatem petere 10. idem eſt in actio-
ne Pro dote, & De peculio, in actione Tutelæ, Pro ſocio,
Negotiorum geſtorum & ſimilibus 11. Ex Narratione elici-
tur, & deducitur cauſſa actionis, quam ſatis eſt libello inſere-
re. Licet enim olim tenebatur Actor nominatim edere actio-
nem, hodie tamen & jure Canonico, & uſu receptum, non
actionis nomen, ſed facti narrationem ex qua colligi cauſſa, &
genus actionis poſsit, in libello proponere 12. Cauſſa autẽ
in qualibet actione duplex eſt, proxima, & remota 13. Ac in
actione in rem neceſſariò exprimẽda eſt cauſſa proxima, quæ
eſt dominium, vel quaſi, aut jus in re: tum utiliter adjicitur
quoque cauſſa remota quæ eſt Titulus, & jus unde dominiũ
& jus agendi exiſtit, ut Peto rem quæ mea eſt jure dominij
vel quaſi; quia mihi fuit vẽdita, & tradita, vel legata. In acti-
one autem In perſonam aliter ſervatur, & exprimitur cauſſa
remota quæ eſt Contractus, Coventio, vel Factum, ut Pe-
to à te decem ex mutuo, aut depoſito: nec ſufficit ſola ex-
preſsio cauſſæ proximæ quæ eſt obligatio, veluti Peto decẽ
ad quæ mihi es obligatus 14. Quòd ſi cauſſa, ſeu factum in li-
bello expreſſum plures actiones ex juris diſpoſitione produ-
cere

ficere poſsit, ut ſi colonus conveniatur ob arbores cæſas, qua de re plures actiones proditæ ſunt 15, actor nullam exprimẽdo nominatim in dubio intelligitur maximè ſibi idoneam actionem propoſuiſſe, & Iudex ex narratione, & concluſione qualis actio propoſita ſit, elicere debet 16: licet alij exiſtimẽt iſto caſu neceſſe eſſe actionem exprimere, ut Reus de qualitate actionis intentatæ certus eſſe queat 17. Concluſio in libello nunquam omittenda eſt in civili actione, præterquam in caſibus in quibus Iudex ex officio procedere, & ſupplere poteſt 18: ſecus eſt in cauſa criminali, ubi ex ſola facti narratione & qualitate delicti pœna imponenda venit, & ideo nõ requiritur, nec attenditur Concluſio 19: niſi quando pœna partim fiſco, partim accuſatori applicatur: quia tunc ad pœnę condemnationem in libello rectè fit Cõcluſio 20. Ea cautè ac diligenter formanda, imprimis ut ſit facti naturæ, & obligationis qualitati conſentanea, veluti ſi naturalis ſit obligatio Concluſio quoque ſequatur generalis, ſi alternativa Concluſio itidem alternativa ponatur 21. Solet enim ferè libellus referri & reſtringi ad concluſionem, & quomodo & quantũ concludatur attendi 22; adeo ut Libellus ex apta concluſione ſuſtineri poſsit, etiamſi cauſa petendi prætermiſſa ſit, modò jus agentis inde percipi poſsit 23. Ex his autem partibus compoſitus Libellus debet eſſe clarus, & perſpicuus, ut qualitas actionis cognoſci inde queat, tum rebus, atque cauſsis conſentiens, & aptus. Nam ex vitioſa petitione actor nihil obtinet, etiamſi firmiſsimas probationes adducat; immo ſi libellus plane & evidenter ſit ineptus, obſcurus, & generalis aut alio vitio laboret ita ut interpretatione aliqua adjuvari nequeat, Reus hoc opponens ab obſervatione judicij abſolvitur; Actor verò in expenſas condemnatur, reſervata tamẽ ei actione ex alia cauſſa 24. In quo illud Reo inprimis cavendum ne petat ab actore declarari obſcuritatem libelli: quia ſic inſtrueret adverſarium; ſed objiciat ſimpliciter libellũ eſſe incertum, obſcurum, vel generalem, nec teneri ad reſpondendum, & ab inſtantia judicij abſolvendum eſſe 25. Dicitur

tur verò Libellus ineptus ſi cauſſa ſit inepta, & non concl[illegible]dens jus agendi; veluti ſi quis à me fundũ petat quia ſit p[illegible]pularis, & vicinus meus, vel ſi actio proponatur quæ vel e[illegible]ſtincta, vel nondũ nata ſit *26*. Obſcurus libellus dicitur [illegible] quo petitio eſt æquivoca, vel generalis, vel alternativa, v[illegible] infinita, vel non coarctata 27, unde libellus generalis repr[illegible]batur: quia generalitas parit obſcuritatem, & confuſionẽ 2[illegible] & alternativus libellus propter obſcuritatem vel incertitu[illegible]nem non valet 29, exceptis quibuſdam caſibus; veluti cù[illegible] incertitudo ex facto alieno procedit, ut in rei vendicatio[illegible] & Publiciana, ſi quis petat ſe declarari dominum, vel qua[illegible] 30; & quando incertum eſt utrũ res extet nec ne & ideo p[illegible]titur res ſi exſtet, vel ejus æſtimatio ſi conſumpta eſt 31: n[illegible] non in actione hypothecaria hoc modo: Peto illum cõden[illegible]nari ad ſolutionẽ debiti, vel ad traditionem rei obligatæ 3[illegible] denique in reſciſſione venditionis propter deceptionem u[illegible]tra dimidium juſti pretij alternativè petitur ut emptor preti[illegible] ſuppleat, vel rem emptam reſtituat *33*. Sed his vitiis, & d[illegible]fectibus varijs modis ſuccurritur ut libellus, quoad fieri po[illegible]ſit, ſuſtineatur. Primò ſi ipſa Libelli verba à propria atqu[illegible] adſtricta ſignificatione paululum deflectantur, lateque acc[illegible]piantur, ut intentionem actoris comprehendant 34; veluti in libello Actor ſe alicujus fundi dominum dicit, & de uſ[illegible]fructu tantum probet, obtinebit 35, quia interpretabimu[illegible] eum de ipſius uſusfructus dominio ſenſiſſe, cum impropri[illegible] accipiẽdo Dominium res quoque incorporales ſeu jura do[illegible]minii comprehendat. Nam ſemper libelli verba in favore[illegible] actoris accipiuntur *36*. niſi ita prorſus ab inſtituto negoti[illegible] diſſideant ut interpretatione aliqua reduci nequeant 37, au[illegible] obſcuritas, vel ambiguitas verborum in facto non in jure cõ[illegible]ſiſtat. Tunc enim libelli verba in favorem actoris non trahũ[illegible]tur, ſed expreſſam declarationem, & interpretationem requi[illegible]runt 38. Deinde ſuſtinetur libellus ſi modò præſumptivè 3[illegible] vel ex parte ſaltem aptè concludat, ne utile per inutile viti[illegible]tur contra regulam juris 40: veluti ſi dicam Mutuavi Titio

decem, peto eum condemnari, nec addo, In quibus eſt mihi obligatus, ejuſmodi libellus concludit ſaltem præſumptivè. Iudex enim ex cauſſa remota, nempe facto, & contractu, præſumit cauſſam proximam, id eſt obligationem 41. Item ſi de vitio libelli Reus conventus nihil objiciat. eo enim tacente libellus valet, cùm is qui non excipit videatur acquieſcere, favorique ſuo renuntiare 42: niſi vitiũ libelli ſit in his ſine quibus non conſiſtit, ut ante diximus. Denique Iudex ex officio libelli defectus, & vitia ſupplere, atq; corrigere poteſt 43, & ex deductis actionem, quæ magis facto conveniat, elicere, ac ita interpretatione juvare, ut qualitercunque ſuſtineatur 44: maximè ſi conſtet de juſtitia cauſſæ, quo caſu non attenditur defectus, vel ineptitudo libelli 45. Præterea libellus generalis admittitur in judicijs univerſalibus, & generalibus, in quibus generalitatem, & incertitudinem non vitiare modò diximus. Et quando agitur ad intereſſe, quod etiam generaliter, & incertum peti poteſt 46; vel quotiens aliquid acceſſoriè petitur, puta fructus, expenſæ, & damna quæ generatim peti poſſunt non expreſſa quãtitate, 47, veluti ſi petatur fundus, aut caſtrum cum omni ſuo jure & emolumento, abſque ſpeciali juris, & emolumenti expreſſione, vel ſi petatur reſtitutio fundi, aut caſtri cum ſatisfactione omnium damnorum illatorum, non facta deſignatione damnorum 48. Quamvis poſtea in proceſſu ante tempus faciendæ executionis debet actor fructus, expenſas, & damna ſpeciatim declarare: alioquin non procederet executio 49. Item valet libellus generalis ubi generalitas, & incertitudo venit ex parte Rei convẽti 50, etſi juſta fuerit actoris ignorantia, ut ſi actor probabiliter dubitat ſive ex facto tertij, ſive ex facto proprio, & in re antiqua, vel longè ſemota 51.

1. Authent. offeratur C. de lit. conteſtat l. 1, ff. de eden. 2. cap. olim de accuſat. Specul. tit. de libell. concept, 3. idem d. tit. Iul, Clar. pract. criminal. quæſt, VI. 4. Clement. ſæpe de verb. ſignific. Lanfrac. in praxi cap. de petitione 5. Iaſon in l. edita ff. de eden. 6. Specul. tit. de libello 7. l. prætor exigit ff. de injur. ubi Bartol. & in l. 1. ff. de ſuſp. tutor. 8. l. ſi in rem aliquis ff. de

rei vendicat.9.l.fin.C.de annal.except.10,l,1.ff.Si pars hæredit.petat,11. Specul. d,tit. petitio Maranta tit.de libello 12.cap.dilecti extr.de judic,gloſ.in cap.quo jure diſtinct.8. & in authent.de exhib.reis Dd.in l.1.ff.de eden,& in l,edita C,eod,13.l.non quemadmodum ff.de judic.14.gloſ.in d.l.1.ff.de eden.& in d.cap,2.de libel.oblat.15.,l.1.& 2.& l. penult.ff.arbor.furt.caſ.l.duobus ff,de jurejur.16.l.ſi quis intentione ff.de judic.l. interpulantes ff.de verb.obligat.17.Bartol.& Dd.in d.l,edita & in d.l.1 ff,de eden,18, Bar. in l.ſi quid ergo ff.de his qui notant.infam.Anton.Butr. in cap. examinata extr. de jur. 19.l.1.ff.Ad Turpilian.Bart.in l,libellorum ff.de accuſat.Bald.in l.et ſi ſevereor C.ex qb. cauſ.infam.irrog.20.Bart.in l.lege agraria ff.de term.mot.21.Innocēt.in cap.ſuper littor.extr.de reſcript.Bart.in l.Aurelius ff,de libert. leg.22. Bald. in l. cum ultra C. de in numer. pecun.Innocent.in d.cap,ſuper litteris 23.Angel. & Iaſon. in §. omnium Inſtit. de action.24.l.Babius ff.de pact.dota lib.d,cap. examinata & ibi Butr. Panorm. in c. ſicut.de ſētēt. & re judic. 25.Specul.tit.de libell.concept. Iaſō & Caſtrēſ,in d.l.edita 2, gloſſa & Dd,in l.2.C,de formul.action.ſublat.Socin. in cap.2.de libell,oblat.27.Mātū ſingul.273,& ſingul,531.28 l,ita fidei ff,de jure fiſci l,ult.C.de annal.except.l. veterani ff. pact.l.cùm Stichus ff.de ſolution.29 l.prætor. edixi.ff.de injur.& Bart.ibid.30.l,1.ff.qu. legat.ubi Bart.gloſſ.in cap.Abbate ſanè,de ſenten.& re judic,31. Innocent, & Panorm. in cap.conſtitutus de reſtitut.in integr.Bart.in d.l.1.ff.quor.legat.32.l.ſi fundus ff.de pig. & hypoth,l.fin.C,ſi unus ex plur.hæred.33. l.2.C.de reſcind.vendit.& ibi Dd.l. ſi quis intentione ff.de judic.34.l.2.ff.Si ſervit.vindic.Felin.in cap.auditis de præſcript. 35. Alex. an,in l.naturaliter ff.de acqui.poſſeſſ.36.Socin.reg.237.Decius in cap.cum ſuper,de offic.d. leg.37.Felin.d.cap.auditis Menoch.præſumpt,lib.2.obſerv.40.38.l.idem Pomponius & i. gloſſ.ff.de rei vendic.l.ſi quis de pluribus ff.de verb.obligat.39.Felin.d. cap.auditis 40.c. utile de reg.jur.lib.VI.41.arg.l.omnes ff.quæ in fraud.credit.42.l,fin. C.de annal.excep. cap.dilectus de ordin,cognit.43.Panorm.in d.cap.dilecti 44.d.l.ſi quis in intentione bal. in d.l.edita Menoch.d.præſumpt.45.d.cap.dilecti.46, Gloſſ.& Bart. in l. certi condicti. ff.Si cert.petat,gloſſ.& Dd.Inſtitut,de action.§. curare 47.l. cum propria C. ſi quis alter vel ſibi Inſtitut.de offic.judicis §,1,48.cap.cum venerabilis,de except.cap, cum ad ſedem de reſtit,ſpol.49.gloſ.in d.cap.cum ad ſedem 50 d.l.1.ff.quor,legat.51.l.quæ de tota ff,d. rei vendic.gloſſ.in cap.3.de probat.

TIT. XIV.

De Emendatione, Mutatione, & Cumulatione Libellorum.

LIBELLUM minus rectè conceptum, aut formatum corrigere atque reficere licet, integra remanente ipſius ſubſtantia. Sed quouſque id liceat magna contentione ab Interpretibus diſceptatum fuit, & tandem communi opinione definitum concedi uſque ad litis conteſtationem 1: quoniam judicium non cenſetur propriè cœptum ante litis conteſtationem, per quam demum litigatores obligantur inſtantiæ, adeò ut ab ea diſcedere, & amplius pœnitere nō poſſint 2. Poſt litem verò conteſtatam non admitti emendationem, vel mutationem libelli 3, niſi in univerſali judicio, utputa hæredi-

hæreditatis petitione, in qua ſi res petita variet, emendatio quandocunque conceditur 4, & niſi quis probabili errore deceptus plus, minuſve quàm ſibi debitum eſſet, vel aliud pro alio, vel ex alia cauſſa quàm deberetur, petierit. Tunc enim in eodem judicio conceſſum eſt emendare libellū, probato errore, etiam poſt litem conteſtatam ad ſententiam uſque; quin iſtiuſmodi libelli emēdatio nec rei petitæ, nec propoſitæ actionis ſubſtantiam immutat 5. Sed ſi Actor poſt editum libellum velit actionem propoſitā deſerere, aliamque inſtituere, quod ante litem conteſtatam licet, tenetur reo expenſas quas ex ea cauſſa fruſtra fecit, refundere 6. Quin etiam poſſunt in uno, & eodem libello plures actiones conjungi atque accumulari 7. & ideo ſi quis plures actiones ex diverſis cauſſis habeat, ſive adverſus eundem, ſive diverſos, ſive ad eandem ſive ad diverſam rem pertinentes, in eodem libello illas conjungere poterit 8. Idemque erit ſi quis plures actiones ex eandem cauſſa atque idem concernentes adverſus diverſos inſtituat 9. Cæterum ſi plures actiones ex eadem cauſſa, atque ad idem pertinentes adverſus eundem proponantur, tum Cumulatio in libello non conceditur. una namque electa, cæteræ ſublatæ cenſentur, neque poſſunt amplius exerceri 10. Similiter prohibetur Cumulatio, Si una actio altera major ſit 11, ut criminalis actio civili major eſt, eoque præcedere debet 12, niſi forte civilis incidēter criminali adjiciatur 13. Et, Si ſolutio unius, alterius liberationem inducat, unde miſta actio rei perſecutoriam ubi in eam incidit, tollit: quoniam rem per miſtam actionem actor jam ante cōſecutus eſt, & bona fides non patitur ut idē bis exigatur 14. Item, Si actiones ejus naturæ ſint ut ſententia in una lata rei judicatæ exceptionem in reliquis pariat 15. Denique Si actiones contrariæ quarum unam tantum proponere licet 16. Vnde poſſeſſorium retinendæ cum petitorio cumulari non poteſt, nam qui retinendæ interdicto agit ſe poſſeſſorem aderit 17: at qui petitorio rem vindicat adverſarium rem poſſidere fatetur 18. Contra petitorium, & poſſeſſorium recuperandæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

randæ, aut adipiſcendæ eodem libello proponi poſſunt, qui
non ſunt cõtraria, ſed diverſa 19: etſi prius poſſeſsionis cau
ſa decidi debet 20. Interdum tamen contrariæ actiones i
libello ſuſtinentur, ut ſi una eſt alterius præparatoria 21, v
cum proponuntur alternativè, ut in hypothecaria qua agitu
ad rei obligatæ traditionem, vel ad debiti ſolutionẽ 22, au
ſub conditione, veluti Teſtamentum nullum eſſe, aut ſi va
lidum ſit, inofficioſum 23, Sententiam nullũ eſſe, & ſi qui
ſit, eam tanquam iniquam revocari, & oneratum contra ear
reſtitui debere 24. Contractum nullum eſſe, & ſi quis ſi
eum reſcindi, minoremque in integrum reſtitui oportere 2
Porro quando plures actiones in uno libello cumulãtur, Iu
dex ſecundum cujuſque actionis naturam ſingulatim uno
odemque tempore pronuntiare debet; nec ſententiam dil
ferre in una actione de qua per facti probationem ipſi lique
propter alteram de qua non ſatis conſtat, ſed in cauſſa liqui
da diffinitivè pronuntiare, & in altera in qua adhuc aliqui
deſiderat, interlocutoriè ulteriorem probationem injunge
re. Nam quot ſunt facta, tot ſunt actiones & libelli 26,
tot ſententiæ requiruntur quot ſunt diverſæ actionum ſpec
es 27. quoniam ſeparatorum ſeparata eſt ratio 28.

*1. Gloß. & Dd. in l, edita C. de eden. 2. l. qui ſe obtulit, & ibi gloß. ff. de rei vendicat, l, ſi
etſi ſuſceperit ff, de judic. gloß. in l, 2, ff. de prætor. ſtipulat. 3. l. non poteſt ff. de judic. 4. l. hær
ditatem, ubi gloſſ. l. ſi quo tempore ff, de petit hæredit. 5. Inſtitut. de action, §. ſin min
l. in delictis ff. de noxal. action. l, ſi quis intentione ff. de judic, cap. literæ extr, de dilatic
6. Gloßa, Odofred. & Bartol. in d. edita 7. l. ſi idem cum eodem ff. de juriſdic, Dd. in d, l.
dita cap. nullus, de reg. jur. lib. VI. 8. d. l, ſi idem l, eum qui cum, l. contra majore, C. de in
offic. teſtamen. 9. l. 3. ff. de duob. reis deben, 10. l. quod in hærede ff. de tribut. action. l. nemo e
ijs ff. de reg. jur. 11. l. per minorem ff. de judic. 12. l. 1. C. de appellat. l, fin. C. de ord. judic, 1
Bart. in l. interdum ff. de public. judic. Maranta par 4. diſtinct. 1. 14. l, qui ſervum ff.
obligat. & action. 15. l. fundum l. fundi ff. de except. d. l. per minorem. 16. l, 1, C, de furt. 1
l. 1, ff, Uti poßidetis, 18. l, officium ff. de rei vendicat, 19. l. cùm fundum ff. de vi armat. ca
paſtoralis, de cauſa poſſeß. & propriet. gloſſ. ibid, 20. l. ſi de vi ff. de judic. l. ordinarij C. de r
vendic. cap. cùm eccleſia, extr. de cauſſa poſſeſſ. & propr. 21. Socin, cap, ult. de libel. obla
Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 41. 22, l. ſi fundus §. in venditatione ff. de pignor. & h
poth. l, fin. C. ſi unus ex plur. hæred, 23. caſtr. in l. eam qui ff. de inoffic. teſtam. Menoch.
præſumpt. 24. cap. conſtitutus, & ibi Innocent. Bartol. in l. ſi expreßim ff. de appellat. 25,
cap. conſtitutus, 26. l. ſcire debemus ff. de verb. obligat, 27. l. etiam ſi patre ff. de minor. glo
in l. in hoc judicio ff. famil. erciſc. 28. l. Papinianus ff. de minor, l. fin. ff. de calumniat.*

TITVLV

TIT. XV.

De Clauſulis Libellorum.

PRAETER ea quæ ad ſuſtinendum libellum uſurpari diximus utiliter adhibentur Clauſulæ Salutares, ideo ſic nominatæ quòd omnia libellorum vitia quaſi ad ſanitatem,& integritatē reducant. Earum enim virtute Actor omne jus ſuum qualitercunque competens in judicium deduxiſſe cenſetur 1. & Iudici earundem ope impartiri officiū ſuum,& libelli defectus,& vitia ſupplere conceditur 2. Sunt autem quatuor Clauſulæ præcipuæ, & maximè neceſſariæ, è quibus prima in exordio libelli inſeritur. Non adſtringēs ſe ad probationem non neceſſariam, ſed earum rerum tantum quæ ad cauſæ confirmationem pertinēt. Qua clauſula Actor opus habet ut teneatur duntaxat probare quæ ſtatum,& merita cauſæ concernunt, non etiam alia incidēter in libello deducta 3. Nam abſque illa clauſula eſſet, ut Actor ſuccumberet, non facta probatione qualitatis, vel alterius incidentis, etiamſi principale factum probaret 4. Altera clauſula eſt Petens ſuper his omnibus,& ſingulis deductis,& deducēdis jus & juſtitiam ſibi miniſtrari omni meliori modo quo id ex preſcripto juris fieri poteſt,& debet. Cujus ſunt magni, & varij effectus quâ ad Iudicem, quâ ad Actorem, & Reum. Nam Iudex per hanc clauſulam interpellatus cenſetur, ita ut officium ſuum extendere etiam ad acceſſoria, & defectus ſupplere poſsit 5. Itaque etiam expenſas licet non petitas adjudicare, & ſententiā ſuper inepto libello ferre poteſt 6. Actori verò qui edidit libellum ineptam in ſuis partibus ob hanc clauſulam ſuccurritur, & parcitur, dummodo actio apta ex narratis utcunque colligi poſſit 7. Nam ſi Libellus continet actionem abſurdam, ſibi ipſi contrariam,& obſcuram prædicta clauſula non ita opitulatur 8. Item Actori hæc clauſula poteſt eſſe loco Concluſionis, ſi fortè incidit ut ignoret actionem competentem, vel concluſionem aptam propter dubium facti aut juris, Satis enim habet proponere facti ipſius

narrationem, & poſtea ſimpliciter loco concluſionis adjice hanc clauſulam quia ejuſmodi Libellus non rejicitur propte defectum Concluſionis, ſed ex narratis in eo fertur Senten tia 9. Denique Actor per hanc clauſulam petitorium cu poſſeſſorio deduxiſſe intelligitur, ita ut poſſeſſorium inten tans cum dicta clauſula etiam in petitorio obtinere poſſit 1 niſi ab adverſario fuerit oppoſitum 11. partim clauſula, Vn cum expenſis litis factis, & faciendis; vel Vna cum fructibu perceptis, & percipiendis: quæ inprimis utilis ac neceſſaria e 12. Nam cum expenſæ ab ipſa cauſſa remotæ ſint, eas victo non conſequitur, niſi petierit: licet Iudex ex officio condem nare poſſit victum in expenſas ſi velit 13. Sed quando pe hanc adjectam clauſulam ipſæ expenſæ petitæ ſunt, tenetu omnino judex Sententia ſua de expenſis definire; alioquin eam mentionem omiſerit, litem ſuam facit, & parti refunder expenſas debet 14. Similiter fructus ante litem conteſtatar percepti in libello exprimi, & peti debēt, & ſi omittantur sē tentia, & cōdemnatio de illis fieri nequit: cum ea quæ ante ju dicium accidunt ad judicem minimè pertineant 15. Vltim clauſula invocans officium judicis per quam Iudex officiu ſuum impartiri poteſt, qui alias niſi officium ejus ſpecialite imploratum ſit, raro ſuccurrit 16. Addunt vulgo clauſulan Salvo jure addendi, minuendi, corrigendi; quæ parum mo menti habet, & nihil operatur ultra jus civile 17. à quo cer ta ratio emendandi libellum introducta eſt; quæ cum à jur non à voluntate proteſtantis dependeat hac clauſula nō tol litur, aut mutatur: propterea quod Proteſtatio tantum vale in his quæ à voluntate, & arbitrio proteſtantis, non in his qu à jure pendent 18. Præter has clauſulas Salutares ſunt etian Proteſtationes quibus rei plerumque utuntur, cujus generi eſt Non conſentiens in juriſdictionem, niſi quatenus & i quantum de jure teneatur. Item Comparens, & acceptan judicium, ſalvis exceptionibus, & defenſionibus quibuſcun que competentibus: de quarum vi, & effectu ſupra diximus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

1. Angel. & Iaſon in §. omnium Inſtit. de action. Dd. in cap. cùm dilectus, de ordin. cognit. & in cap. 2. de offic. judic. ordin. 2. Felin. in cap. licet, de ſimonia, Iaſon. in d. §. omniũ 3. Bart. in l. divus ff. de re judic. Caſtrenſ. in l. habebat ff. de inſtitor. action. 4. Specul. tit. de libelli oblatio. Abbas in cap. licet, de probat. & in cap. examinata de judic. 5. Angel. & Iaſon in d. §. omnium, Abb. in cap fin. de jurejur. 6. Felinus cap. cum ſuper, de offic. deleg. Abb. in d. cap. cùm dilectus. 7. Iaſon in d. §. omnium. 8. Dd. in d. cap. examinata, Menoch. de arbit. judic. præſumpt. 47, Maranta tit. de libel. oblat. 9. Aretin. & Iaſon in d. §. omnium 10. Felin. in d. cap. licet, de ſimon. Iaſon. in l. petens ff. de acquir. poſſeſſ. 11. Menoch. lib. 2. præſumpt. 28. 12 Iaſon d. §. omnium. 13. Dd. in l. properandum C. de judic. & in l. 4 ff. de damn. infect. 14. d. l. properandum, Bart. & Dd. in d. l. 4. 15. l. ædiles §. item ſciendum ff. de ædil. edict. l. partium ff de uſufr. 16. d. l. 4. & l. ut fundus ff. Comm. divid. 17. Bart. in l. neſcimus ff. de negot. geſt. Iaſon in l. edita C. de eden. Innocent in cap. inter dilectos, de fide inſtrum. 18. Gloſſ. & Bart. in l. alimenta C. de negot. geſt. 19. tit. De Reo, & De comparitione.

TIT. XVI.

De Editione Libelli, Aliorumq́; Actorum.

EDITIONIS nomine intelligitur omnis exhibitio quæ fit parti petenti, ſive judicialis ut libelli, articulorũ exceptionum, & actorum judicialium; ſive extrajudicialis, ut inſtrumentorum, rationum, & ſimilium 1. Ac tenetur quidem Actor omnia documenta quæ ad exceptionẽ ſuſtentandam, & juvandam ſpectare videntur, Reo poſtulanti edere 2: Reus verò actori ad actionem inſtituendam edere non eſt cogendus 3. Qui enim agit probationes habere debet 4; ſed ad fundandam actoris replicationẽ edere oportet 5: præſertim in rationibus, quæ niſi edãtur cauſſa accepti, & expenſi conſtare nequit 6. item in cauſsis favorabilibus, ut matrimonij, dotis, alimentorum, & fiſci, in quibus Reus contra ſe edere cogitur 7, niſi ſubſit crimen 8, vel in cauſis odioſis, ut eſt cauſſa uſurarum, ob quas feneratores contra ſe libros ſuos, & adverſaria edere tenentur 9. Fit autem Editio varijs modis, ut diverſa ſunt ea quæ in judicio producuntur, quæ omnia per editionem efficiuntur communia, adeo ut illis uti pars adverſa poſsit, ſi quid in ijs ad utilitatem ſuam ſcriptum animadverterit 10. Sed maximè in uſu eſt editio quadruplex, Libelli, actorum, inſtrumentorum, & rationum de quibus ſingulis ordine dicemus. Libellus editur, & offertur in judicio parte adverſa citata 11, & debet habere omnes partes quas ante memoravimus. In quo ſi inſtrumen-

ti alicujus mentio facta erit, id eſt Reo exhibendum antequ
reſpondeat, niſi ejus cognitionem habeat 12. Acta judicij e
di ſolent cum anno,& die quo confecta ſunt, & cum ſint cõ
munia non litigantibus tantum, ſed omnibus quorum inte
eſt exemplum eorum exigere conceditur, in civilibus quid
cauſsis 13. Nam in criminalibus præterquam actori, & Re
nemini datur exemplum actorum ſine permiſsione ſupremi
magiſtratus 14. Inſtrumenta propria ejus ſcilicet qui editio
nem petit, item communia ut ſunt teſtamenta inter hærede
& legatarios, aliaque inſtrumenta hæreditatum, donationũ
mandatorũ edenda ſunt cum die, & anno 15: aliena ſine die
& anno 16, niſi alia continerent decretum Iudicis 17, vel pe
terentur in accuſationem falſi 18, aut in collationem tempo
ris ſine qua cauſſa decidi commodè non poſſet, ut cùm unu
creditor agit hypothecaria contra alium creditorem, quori
controverſia ex anteceſsione temporis dijudicatur 19. Id
eſt ubi editio exigitur à publica perſona, velut tabellione,ar
gentario, aut nummulario tum enim cùm ad plenam proba
tionem inſtrumenta petantur, non incongruum eſt diem e
di 20. Dies autem in quem ſolutio concepta eſt omnino ed
debet, atque etiam libello inſeri; cùm dies ſolutionis quaſ
pars ſtipulationis inſtrumenti, & cõtractus habeatur 21. Pub
lica inſtrumenta, ut regiſtra & quælibet alia in archivo pub-
lico recondita, omnibus ijs quorum intereſt edenda ſunt. Si-
militer inſtrumenta quæ notarii noſtro nomine confecerunt,
item protocolla ſi quando error vel dubium incidit, ab ipſis
exigi poſſunt 22. Rationes edere coguntur mercatores vari-
as negotiationes exercentes, qui rationibus quaſi publicis u-
tuntur 23, & alij omnes qui ex officio publico rationes con-
ficiunt 24, inprimis argentarij, & nummularij, qui eas noſtro
juſſu confecerunt, ſive cum ipſis controverſia ſit, ſive non ſit
25. quod ipſum ad filium familias patrem ſucceſſoremque
argentarij pertinet, modò juris ſit ſucceſſor 26. Ipſæ autem
rationes cum die,& anno edendæ ſunt, quoniam alias data,&
accepta in quibus conſiſtit ratio, apparere non poſſunt 27.

Quòd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Quòd ſi dies, & annus tantum initio tabularum adſcriptus ſit, communis totius rationis eſſe cenſetur, niſi ſubſequens ratio eſſet omnino ſeparata 28: ſi verò in fine additus ſit dies ad præcedētia non trahitur 29, ſicut clauſula in fine adjecta minus momenti habet quàm ſi in capite adderetur 30. Nec edi adverſario totus codex rationū debet totæque membranæ inſpici, & deſcribi, ſed ea ſola pars rationū quæ ad inſtruendum aliquem pertinet 31: maximè ſi rationes, aut regiſtra multa & varia capita contineant; è quibus illud quod rē contingit parti edi ſufficit 32. Quod idem obtinet in libro ſtatutorum, qui non totus proferēdus, ſed capitulum tantum allegatum edendum 33 At contractus, & inſtrumenta integra edi debent 34, propterea quòd ſæpè accidit ut clauſula in principio, vel fine poſtea totum inſtrumentum temperet, & explicet 35: ſicut ſemper quoad Iudicem totum inſtrumentum, & totum codicem rationum edere oportet, nec ſuffici Iudici edi partem ejus de qua agitur 36. Adhoc ipſa principalia inſtrumenta in judicio edenda ſunt quotiens in fidem probationis producuntur, & tum edenti reſtituenda, exemplo apud acta remanente, quod deinde non minus probat quàm ipſum principale 37: ſed quando eduntur in finē ſimplicis exhibitionis per quam adverſarius ſcire poſſit qua actione Actor experiri, & quibus inſtrumentis fori velit, quod ante litis conteſtationem plerumque fieri ſolet, exemplum edere ſufficit 38. Petere verò editionem actorum inſtrumētorumve poteſt quicūque ejus juſtam, vel æquā cauſſam habet 39, ut qui petit exemplum actionis ſibi edo, ex quo cōſtituere poſſit num liti cedere, an contendere debeat, & ſi contendendum putet, ſe ad judicium præparare queat 40, vel ſi ſcripturas, rationes, acta, inſtrumentaque ut propria, aut ſaltem communia, aut ad ſe pertinentia poſtulat 41, ut quia mandavit, vel curavit fieri, vel ſuo ære redemit, vel ei ſucceſſit qui contraxit, mandavit, redemitve 42: vel quia ipſius intereſt editionem fieri 43; quod intereſſe ſpeciatim deducere, & per ſemiplenas probationes, præſumtiones, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

indicia ſũmariè docere oportet 44. Nam extra hos ferè c ſus tertia perſona, puta Notarius, vel Mercator, non teneti petenti edere, ſed recte opponit exceptionem Tua nihil ir tereſt, Non eſt inſtrumentum tuo juſſu, aut ſumptu factur 45. Ceterũ petitur editio officio judicis implorato 46, pe varia ſubſidia, velut edicto de edendo 47, actione ad exhibẽ dum 48, in factum actione 49, edicto de tabulis exhibendis contra eum qui negat ſe teſtamẽtum habere, ac ſe non poſſ exhibere dicit 50, edicto Teſtamenta quemadmodum aperi antur, contra eum qui fatetur tabulas teſtamẽti apud ſe ex ſtare, ſed aperire detrectat 51. Præter quæ petenti etiam cõ petit actio ad intereſſe quanti ejus intereſt editionẽ fieri 52 Denique Iudex reluctantem compellere ad editionem po teſt varijs modis, ſive mandatis pœnalibus, vulgo litteris cõ pulſorialibus, quibus ſub certa pœna pecuniaria editionem fieri mandit 53, ſive captis pignoribus 54, ſive denegata au. dientia 55. ſive manu militari, ſi aliter fieri non poteſt 56.

1. l, 1, & l. ſiquis ff. de eden. Dd. tit. C. de eden. 2. l, non eſt novum C. eod. l. diſſolutæ ff. de condit, ſine cauſſ, l. ſenatus ff. de eden. 3. l. nimis grave C, de teſtib. 4. l. qui accuſare C. de eden, 5 l. penult. ff. ad leg. Falcid, 6. l, 4. & l, 6. ff. de eden. 7. l. 3. C. eod. l, 2. ff. de jure fiſc. Alex. & Iaſon in l. fin, C. de eden. 8. l, 2. §. item divi ff. de jure fiſc. 9. clementina ult. de uſur. 10. gloſſa in l. 1. §. editiones ff. de eden. 11. authentica offeratur C. de lit. conteſtat. 12, Specul. tit. de inſtrum. edition. Iaſon in l, ſi legati C. de eden. Rota deciſ. 36. Panormit. cap. 1. de probat 13. l, 2, C, de eden. & ibi Iaſon l. fin. ubi Bart. & Bald. C. de re judic. 14. arg. l. 2. §. divus & l primo ff. de jure fiſc. 15, toto tit. ff. ad exhibendum l. ſi quis ff. famil. erciſcund. 16. d. §. editiones 17. Bald. in l. necquicquam ff. de offic. proconſ, 18, l, fin. C, de fide inſtrum. l. optimã. ubi gloſſa C. de contrah, & committ. ſtipulat, 19 Bart, & Dd, in d, §, editiones 20. Bart. in l. exempla. ff de eden, 21. d. §. editiones 22, Bartol. & Iaſon in l, argentarius ſ. eod. 23. Alexan. & Iaſon ibidem, Bartol. in l, quædam eod. tit. Felin. in cap. 1. de probat. 24. l. juſtum C, de eden. l. ubi exigitur ff. eod. 25 l. prætor l. argentarius l. quædam ff. eod. 26. d. l. prætor. d. l. quædã l. ſi quis ff. eod. 27. l. 1. & d. l. prætor ff. eod. 28. d, l. ſi quis §. initium 29. gloſſa & Dd. in d, l. ſi quis 30. Bart. in l. filium ff. Quando dies legat. 31. d. l. argentarius § edi autẽ. 32. l. 1, §. edenda d. l. argentarius ff. eod 33. Bart. ibidem 34. cap. contingit, de fide inſtrum. cap perſonæ, de privileg. 35. cap. cùm dilecti, de don. extr. 36. Bart. Bald. & Iaſon in l. fin. C. de prec. imper. offer. & in d §. edi autem. 37. Authent. ſi quis in aliquo C. de eden. cap. 1. & cap. fin. de fide inſtrum. 38. l 1. ff. de eden. 39. d. l. prætor d. l. juſtum eſt & l, ult. C. eod. 40. d. l, 1. & l, 3. C. eod. 41 l. procurator C. eod. d. l. prætor l. ſi quis ff. eod. 42. d. l. quædam l. ſi quis l. qui accuſare. 43. d. l. ſi quis §. ex hoc edicto, d. l. argentarius §. cùm autem. 44. l. ult. ff. de prætor. ſtipulat. l. unic. C. de eo quod intereſt, d, l, ſi quis & d. l. quædam. 45. Bart. in l. fin. ff. de tabul, exhib. Panormit. Felin. & alij in cap. 1. de probat. 46, d. l. quædam d. l. 1. C, eod. 47. l, is apud quem C. eod l. 3. §. ſciendum ff. ad exhiben. 48. toto tit. ff. Ad exhibendum, l. veluti & l, ubi ff. de eden. 49, Bart. in l. 1, ff. de tutelæ & ration. diſtrah. 50. l, 1. ff. de tabul.

exhib.

exhib.51.tit,ff & C.quemadmodũ teſtam.aper.52.l.ſi.quis.l.ubi exigitur.l.argentarius.ff. de eden.53 l.ſenatus l.prætor.ff.eod.l.15 apud.quem.ubi Bart.& Dd.C.eod 54.l.1.C.eod. & ibi gloſ.& Dd.55.l.ſed.et ſi.ff.ex quib.cauſſ.major.gloſ.in.l.1.ff.de eden.56.Bart.in.l. ſtipulatione ff,de verbor.obligat.

TIT. XVII.

De Dilationibus.

DILATIO eſt certi temporis ad judiciales actus proſequendos aſsignatio, vel prorogatio, quæ litigãtibus varijs ex cauſſis conceditur. Nam Reo in jus vocato datur ut ſecũ deliberet, an contendere velit, in eamq́ue rem advocatum ſibi quærere, an potius cedere: Actori ut editam ſuam actionem aut legittimo tempore proſequatur, aut ſi deſiſtat cauſſa cadat 1. Vtrique verò datur ad producẽdos teſtes, vel proferenda inſtrumenta, aliudve quid quod ratio judicij exigit. Ex his prior illa Dilatio deliberatoria Reo petẽti denegari non poteſt, cùm pertineat ad ſubſtantiam judicij, & ea denegata proceſſus vitietur, reddaturque nullus 2, Niſi Citationi fuerit incerta libelli copia, ex qua Reus de cauſſa, & lite futura certior eſſet factus, ſemel enim certus, & inſtructus amplius inſtrui non debet 3. Impetrata autem hac dilatione Reus ſi habet Iudicem ſuſpectum debet eum recuſare, vel alium ſibi non ſuſpectum ei adjungere, & ſi habet exceptiones dilatorias expedit etiam proponere. Nã poſt hujuſmodi dilationem non licet amplius Iudicem recuſare, aut uti exceptionibus quibus lis differtur, ſed debet hoc fieri ante acceptum judicium, litiſq́ue conteſtationem 4. Poſterior Dilatio probatoria utrique litigatori communis, & æqualis eſt, ut quantũ temporis actori conceſſum ſit ad probationem faciẽdam, tantundem & reo concedatur; cujus partes etiam favorabiliores ſunt 5: etſi unus dilationi conceſſæ re integra renũtiet, alteri quoque probãdi tempus præcidatur. Hæc in cauſſis civilibus eſt peremptoria, & unica, nec plus ſemel dari poteſt 6. Quamvis frequenter duæ aliquando etiam tres dilationes dantur, idque cum aliquali cauſſæ cognitione, ex qua appareat juſtum, & legittimum impedimentum interveniſſe

7, ſive

ſive facto judicis, adverſarii, aut teſtiũ, ſive alio ex caſu; v
novas ſuperveniſſe exceptiones aut probationes. adhoc p
tentem dilationem bona fide procedere, non multum p
primam dilationem elapſam alterum petere, neque jus alte
us partis ex ea offici deterius 8: quibus cognitis non ſolũ tr
dilationes, verum etiam quatuor conceduntur, ſic tamen
quarta non detur, niſi petens prius præſtet juramentum
non doloſè, aut malitioſè poſtulare 9: ad quod præſtandũ
procuratore requiritur ſpeciale mandatum 10: licet illud j
ramentum pars poſsit remittere 11. Vltra quartum nulla a
plius datur: tantùm ob graves, & urgentes cauſſas ejus pror
gatio peti, & concedi poteſt, præſtito ſolemni juramento 1
Et qui in prima non egit, ei ſecunda non datur, & negliger
in ſecunda excluditur à tertia 13. In cauſsis verò crimina
bus quarum cum magnitudo, tum difficultas evidẽtes ac fi
mas probationes exigit, Reo tres, Accuſatori duæ dilati
nes conceduntur, etiam nullo impedimẽto probato 14. D
nique in cauſsis ſummarijs dilationes breviores dãtur 15,
lites plus æquo extrahantur; cum materia dilationum amp
tanda ſit 16. Sed ut omnis dilatio hodie arbitraria eſt, i
quoque tempus ejus ad judicis moderationem, judiciumq
pertinet, neque unam, eandemq́ue legem habet 17. Nam
certo jure, vel ſtatuto tempora dilationum definita ſunt, ut i
pleriſque, tribunalibus viginti dierum, in alijs quadragint
Iudex illa obſervare, nec temerè niſi exigente rei neceſsitat
& cum cauſſæ cognitione mutare, proferre, vel minuere de
bet 18. Si verò lege, aut ſtatuto nullum certum tempus d
ſcriptum eſt Iudex illud ſuo arbitrio conſtituere poteſt,
laxare, vel reſtringere, habita ratione diſtantiæ loci, perſonæ
cauſſæ, aliarumq́ue circumſtantiarum 19. Eſtque illud dila
tionum tempus continuum, neque feſtorum dierum ſolem
nitate, vel prorogatur, vel minuitur; quia in eo feriæ quoqu
computantur 20. Vnde is qui dilationes petit cavere debe
ne ſibi contractiores dilationes, in dies præſertim feſtos, da
permittat, aut ſi datæ ſint contradicat, & proteſtetur: quo fa

cto alteran

to alteram dilationem, aut conceſſæ prorogationem poſtu-
lare poterit 21. Porro dari debet Dilatio à judice pro tribu-
nali ſedente cum ſummaria cauſſæ cognitione, utraque parte
præſente & conſentiente 22, aut ſi fortè altera pars contradi-
cat, quam ſpirituum interlocutione judicis controverſia dila-
tionis dirimi 23. Quòd ſi pars citata non compareat, nihil-
ominus cauſſa cognita concedi poteſt Dilatio in contumaci-
am abſentis. Et in priore caſu Iudicis cautio eſt, ut in acta ju-
dicij referat dilationes datas parte præſente, & non contra di-
cēte; in poſteriore ut mādet dilationē inſinuari abſēti, quo ſci-
re poſſit quot dierum ſit data dilatio; quæ demum currit à tē-
pore factæ inſinuationis 24. Dilationis autem labentis quæ-
dam continuatio, & extenſio eſt prorogatio, quam Iudex cō-
cedere poteſt in omnibus dilationibus, excepta prima quæ
non prorogatur, quia ſupereſt ſecunda, nec extraordinario
remedio eſt utendum quamdiu ſupereſt ordinarium 25. Sed
peti prorogatio debet intra tēpus dilationis, quo elapſo am-
plius locum non habet 26. Non enim id quod effluxit, & eſſe
deſijt, prorogari poteſt, ſed nova dilatio petēda 27. Vtraque
pendente ceſſant judicis partes, ſaltem quo ad cauſſæ deciſio-
nem & nihil eſt innovandum, donec dilationis prorogatio-
nisve tempus ſit elapſum 28.

1. *l. 2. C. de dilat. l. 1, ff. de eden. l. ait prætor ff. ex quib. cauſſ. major. in int. reſtit. authent. qui ſemel C. quom. & quan. jud.* 2, *authent. offeratur C. de lit. conteſtat. & ibi gloſſ. & Bart.* 3. *cap. præterea, extr. de dilat. cap. cum qui, de reg. jur,* 4, *l. per edicte, ubi Bart. C. de tempor. in integr. reſtitut, Bald, cap. 3, de dilat.* 5. *l. ſi judici circumvento ff, de minor. Lanfranc. in cap, quoniam, de probat.* 6, *l, oratione, l, ult, ff, de feriis, Dd, in l, 1, C, de fer,* 7, *d, l, fin, & ibi Iaſon* 8. *d, l, oratione, Authent, de teſtib. § quia verò authent is qui ſemel C, de probat, cap, paſtoralis de exception,* 9, *d, authent de teſtib, cap, ſignificaverunt, & cap, penult, de teſtib,* 10, *Clement. non poteſt, de procurat, cap, fin, de juram. calumn,* 11, *Felin. & Panorm. cap, in cauſſis, de teſtibus.* 12, *Alexan, & Fulgoſ. in d. l, fin, ff, de fer. Caſtrenſ, in d. l, oratione eod. tit* 13. *Abbas conſil. 64, volum, 2, Speculat, tit, de probat, & Bald. in addition. ad eum. tit. de dilation.* 14. *l, fin, C. de pœn. l, fin. ff, de fer. & ibi gloſſ, & Dd.* 15, *Clement. ſæpe, de verb, ſignific, Abbas in cap. cum ſit, de appellat,* 16, *l, 2, C, de tempor, appellat l, properandum C. de judic, cap. finem litibus, de dolo & contumac,* 17. *d, l, ait prætor.* 18, *Dd. in l. 1, C, de dilation. & in l, 2, ff, de re judic. Specul. tit, de dilat,* 19, *l à procedente C. eod. d. l, 2. ibid* 20. *l, ſive pars C, de dilat. gloſſ. in l. fin. ff. de fer. & in l. 1. C. de diverſ. & tempor, præſcript.* 21, *Innocent. in cap. ultra. tertiam, de teſtib. Bartol, in l. 1, C. de dilat. Iaſon. in d, l. fin. ff. de fer.* 22. *d. l. à procedente l. cognitionis C. eod.* 23. *d. l. à procedente* 24. *Dd. in l. habeo ff. de jurejur. cap. conſecrationi de appellat. lib. VI.* 25. *l. in cauſſæ cognitione ff. de minor.* 26.

Bald. & Decius cap. de cauſsis, de offic. deleg, Specul, tit. de dilat. 27. l. etſi. mouente. ff. [illegible] precar. l. ejus. ff. Si cert. petat 28. d. l. ſi. pars, cap. ſignificante, de appellat, & ibi Dd. Iaſon [illegible] d. l. 2. ff. de. re. judic.

TIT. XVIII.

De Ferijs.

FERIAE tribuunt legittimam dilationem, & vacatio[n] à forenſibus negotijs, quam neque tollere, neque pro[ro]gare judex poteſt 1. Earum alia ſunt Solemnes, divi[ni] cultus cauſſa inſtitutæ 2. aliæ Neceſſariæ ſive ruſticæ, ob h[o]minũ neceſſitates ad colligẽdos fructus inductæ, veluti meſſi[um], vindemiarumque tempus 3; aliæ denique Repentinæ quæ à Principe vel magiſtratu extra ordinem repente ind[u]cuntur, propter triumphum, inaugurationem, rem bene geſt[am] vel ob metum hoſtium, ſeditionem, peſtilentiam, aliam que cauſſam publicam 4. Feriis Solemnibus, & repentin[is] mutuo conſenſu & pacto partes renuntiare non poſſunt, e[o] quod cultum divinum, & publicum magis quàm privatum li[ti]gantium favorem concernant 5. Neceſſarijs vero ferijs pa[r]tes rectè renuntiant 6. licet ejuſmodi renuntiatio non præju[]dicet tertio, puta teſti in cauſſa citatio, cui nolenti compare[re] prodeſt dilatio feriarum 7. præterquam ſi cauſſa talis ſit u[t] poſſit agi die feriata 8. Et jure civili in ferijs ſolemnibus ne[c] Citatio fieri, nec à judice jus dici, nec contra non ſe ſiſten[]tem procedi poteſt 9: nec in ferijs neceſſarijs citatus compa[]rere tenetur, & ſententia lata contra non comparentem nul[]la eſt 10: niſi litigantes ipſi voluntariè compareant, neque opponant dilationem feriarum, tum enim in ferijs Ruſticis judex & citare, & peragere cauſſam poteſt 11. Item ſi res di[]latione, aut tempore ſit peritura 12: ſi cauſſa ſit publica, & fiſ[]calis 13, vel militaris diſciplinæ 14. vel Alimentorum, vin[]ctorum, pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarũ; ſi actus non exigat cauſſæ cognitionem, aut ſtrepitum judi[]ciorum, ut appellatio 15, executio 16, libelli oblatio 17, teſti[]um examinatio, donationis inſinuatio, & interpellatio 18, ar[]bitramentum 19; vel ſi actus ſit voluntariæ juriſdictionis, ut

adoptio,

doptio, emancipatio, manumiſſio, confirmatio teſtamen-
orum, donationum, contractuum 20. Sic diebus feriatis iu-
dicem adire licet ut tutores, aut curatores dentur, vel officij
admoneantur, excuſationes allegentur, ætates probentur,
ventris nomine in poſſeſsionem mittatur, teſtamenta exhi-
beantur 21, ſatiſdetur de ſiſtendo juri finitis feriis 22: debi-
tor fugitivus, aut ſuſpectus fugæ arreſtetur, atque etiam capi-
tur 23; vel rei ſervandæ cauſſa, vel legatorum fideicommiſ-
ſorum, vel damni infecti 24: Et quando de cuſtodia reorum
agitur, vel de latronibus quæſtio habenda eſt 25, vel in eos
inquiritur, qui de incendio, ruina, naufragio, rate nave ex-
pugnata rapuiſſe dicuntur 26; & generaliter in his quæ morã
non patiuntur, & prætermiſſa nocent 27, & his quæ vel ne-
ceſsitas ſuadet, vel pietas urget. Neceſsitas enim feriis caret
28, & propter neceſsitatem, ac moram frequenter à regula
juris communis receditur 29; religionis autem ſumma ratio
ſemper eſt habenda 30, nec in operibus miſericordiæ eſt fe-
rendus delectus dierum 31. Quin & diebus feriatis dari, ac
decerni à Iudice poteſt Citatio 32; quæ etiam valet ſi dies
comparitioni præfinitus forte incidat in diem feriatam quia
proceditur demum die ſequenti juridico 33. Sed jure civili
non valet Citatio die feriata facta, & delata à Nũtio: quam-
vis conſuetudo fori aliter ſervet, ut antè diximus 34.

1.l.2.ff.de fer.l.fin.C.eod.2.d.l.2.& l.fin.cap.1.extr.eod.3.l.4,ff. de fer.l.õnes C.eod.4.l.1.& d.l.4.C.eod.l.ſed et ſi ff.ex quib.cauſſ.major.gloſſ.in Clement,ſæpe de verbor.ſignific.d.cap.1.& cap.ſignificarunt,de judico. ubi Panormit.6.Felin.in cap.ſi diligenti de for.competent.Lanfranc.in d.Clement.ſæpe 7.l.fin.C.de arborib.& ibi Bald.gloſſ. in l.omnes C.de fer.8.Dd.& Imola in d.l.omnes 9.l. ſi ut proponis C.quom.& quan. jud. d.l.omnes Dd.in l.1.§.nuntiatio ff.de novi oper.nuntiat.10.l.nequis ff. de fer.11.d.l.1.& l.ne quis & d.cap.fin.12.l.quid.ſi l.ſolet etiam ff.de fer.13.l.publicas C.de fer. 14.l.penult. ff.eod.15.d.l.1.& ibi gloſ.C.de fer.16.Panorm.& Butrio in cap.fin.de judic.17.l.miles ff.de adulter.18.Ioann.Andr.in addit.ad Specul.tit.de inſtrum.edit 19.d.l.fin.C.de fer,Panorm.in d.cap.fin.20.l.actus C.de fer.21.l.ut in die & d.l.actus gloſſ.in l.2 ff.de offic.proconſ.& legat.22.Caſtrenſ.in d.l.1.ff.de fer.23.Gloſ.& Bald.in d.l.fin.C.eod.Iaſon.in l.de pupillo ff.de novi oper,nuntiat.24.l.1.ff.de damn.infec.25.l.provinciarum C.de fer.l.cuſtodeat ff.de public,judic.26.d.l.ſolet etiam 27.l,penult.C.de public.judic.28. Palladius.De re ruſt.lib.1,cap,VI.29,l,1.& 2,ff.de fer.d.l.de pupillo l.divus ff.de petit,hæredit, 30,l,ſunt perſonæ ff,de releg,& ſumpt.funer.31.argum.cap,utinam diſtinct.7 6.32.Bald,in d.l.fin, C,de fer.Rota deciſ,1,tit.de ferijs 33.cap, cum dilecti de dolo & contum, Lanfranc. in praxi ſit,de citat.34.tit.2.de Citation.

TIT. XIX.
De Exceptionibus.

EXceptio eſt defenſio ex juſta, & legittima cauſſ inſtituta ad elidendam excludendamve adverſarij intentionem 1. Hoc enim efficit Exceptio, ut is qui ean opponit, & probat, vel declinet juriſdictionem Iudicis, ve repellat perſonam litigantis, vel impediat litis conteſtationẽ vel denique evertat jus actoris. Ejus ſpecies multæ, & vari traduntur; ſed præcipuæ ſunt Dilatoria qua actio differtur & Peremptoria qua ea planè tollitur: quibus nonnulli addunt tertium genus Exceptionum anomalarum, ſive mixtar 2. Item perſonalis quæ perſonæ cohæret, nec ad ſucceſſore & fidejuſſores tranſit *3*, ut eſt exceptio privilegij alicujus, exceptio dotis, reſtitutionis in integrum, exceptio In quantum facere quis poteſt, quam parens, patronus, maritus, ſocius donator ob favorem perſonæ habent, ſcilicet, ne ſupra quàn facere poſſint, condemnentur 4. exceptio Ceſſionis bonor à debitore factæ, qua hic ſolus ſe tueri poteſt, ſi denuo ab ipſ debitum exigatur, non etiam fidejuſſor 5, qui ideo acceſſit u cùm principalis debitor facultatibus fuerit lapſus, credito ab eo debitum conſequatur *6*. Realis quæ rei cohæret, ſic u ad quemcũque devolvatur res, illi quoque detur talis exceptio 7, ut exceptio pacti de non petendo, jurisjurandi, rei judicatæ, doli mali, aut metus cauſſa, Senatuſconſulti Macedoniani & Vellejani, quæ non ſolum ipſi domino, aut principal debitori competunt, verùm etiam ad hæredes, & fidejuſſores tranſeunt 8. Nam in hoc genere exceptionum locum habet illa regula qua traditur omnes exceptiones quæ Reo cõpetunt, fidejuſſori quoque etiam invito reo competere 9. Vt autẽ Libellus actoris debet eſſe clarus, & perſpicuus, ita quoque Exceptio rei apertè, & dilucidè proponi debet, ut jus, & cauſſa excipiendi cognoſci inde poſſit 10. Nec refert an in ſcriptis, an ſine ſcriptis proponatur Exceptio, dummodo in acta redigatur 11. Niſi fortè exceptio in modũ actionis pro

ponatu

ponatur, ut in exceptione Non numeratæ pecuniæ, quo caſu in ſcriptis proponenda eſt 12. Et ſi exceptio ad declinandum judicium, aut differendam litem ſit accommodata, ante litis conteſtationem proponi debet 13. Si verò reſpicit merita cauſſæ, & peremptoria eſt, poſt litem conteſtatam in quacunque judicij parte ante ſententiam, & cauſſæ concluſionē objici poteſt 14. Immo licet poſt ſententiam generaliter exceptiones proponi non debeant, tamen interdum admittuntur, ut ſi talis exceptio inferatur quæ judicium retrò nullum reddat, veluti exceptio Incompetentiæ judicis 15, inepti libelli 16, aut falſi procuratoris 17 ſi demum poſt latam ſententiam ad cognitionem, notitiamque noſtram pervenit Iudicem ſuper inepto libello pronuntiaſſe, aut cauſſam cum falſo procuratore actam eſſe 18: ſicut quævis alia exceptio quæ primùm poſt dictam ſententiam innotuit, & juſtam defenſionem adfert condemnato, proponi poſt ſententiam poteſt ut nihilominus ea non arguatur iniquitatis, veluti ſi quis hæreditario nomine condemnatus ſit, cum ſe potuiſſet defendere Inventarii ratione, ſi eam ante ſententiam exhibuiſſet, non prohibetur, & poſt ſententiā de beneficio Inventarii excipere 19. Quòd ſi Reus plures exceptiones habeat poteſt eas ſimul etiam diverſis temporibus proponere 20, ut ſi non propoſuit in prima inſtantia poſtea in ſecunda appellationis inſtantia opponat 21, etiam in actione facti 22, maximè ſi ſub conditione deducantur 23: niſi certum tempus à judice præfinitum ſit, intra quod omnes exceptiones proponi debent 24: Vt autem actor ſuam intentionem probare tenetur, ita Reus exceptionem; ut ſi pacti conventi exceptione utatur, docere debet pactum conventum factum eſſe 25. In exceptionibus enim Reum partibus actoris fungi oportet 26.

1. l. cum nondum l. ſi quidem & l. ſequenti C, de except, 2, l, 4, ff, eod. §. appellantur Inſtitut, de except, 3, l exceptiones ff. eod. 4 §. ult, Inſtitut, de action. 5. Inſtitut. de replicat. §, ult. 6. l. in cauſſæ ff. de minor, d, §. ult. 7. d l. exceptiones l, exceptio ff. de except, rei judic. 8. d. l. exceptiones l. aliud l. invitus ff. de reg. jur. 9. l. omnes ff, de except, 10. gloſſ, in cap cum venerabilis

de except, l. itaque ff. de procurat, Lanfranc, in praxi tit, de except, 11. *Bartol. in l, ſcire ff. excuſat. tutor. Angel. in* §. 1. *Inſtitut. de except.* 12, *idem in l.* 1, *ff. de eden, Lanfranc. d, tit. l, ſi quis C. de except,* 14, *l præſcriptionem l, cum nondum C. eod. l,* 2, *C. Sentent. reſcin. poß.* 15, *Lanfranc, in praxi tit, de recuſat,* 16, *Bart. in l.* 4. *ff. de judic, Angel. in l,* 1. *C. quando provoc, non eſt neceſſ. Bald, in authent, quæ ſupplicat, C, de precib. imperat. offer. & in C, de procurat.* 17, *l. licet C. eod,* 18. *l.* 1. *C. de re judic. Lanfr. d. tit,* 19, *l. Neſenius ff, de re judic, l fidejuſſor, ff. de fidejuſſor. l. cum fideicommiſſum C. de fideicom.* 20. *l. nemo l. is qui ff. de except, l. nemo ex ijs ff. de reg, jur. & ibi Bart,* 21. *Socin. in d, l. is qui Cagnol. in d. l, nemo ex ijs* 22, *gloß, & Cagnol. in d. l, nemo* 23, *Menoch, de præſumpt, lib.* 2. *præſ.* 42, 24. *cap. paſtoralis de except, Lanfr. d. tit. Innocent. in d. cap. cum venter.* 25. *l.* 1 *ff. de except, l, cum de indebito ff, de probat, l. in exceptione ff, eod.*

TIT. XX.

De Exceptionibus Dilatorijs.

EXCEPTIONES Dilatoriæ ſunt, quæ oppoſitæ actionibus temporis dilationem tribuunt. unde & Temporales vocantur 1. Sunt autem quædam Declinatoriæ judicij, quæ ex obſervationibus judiciorum ratione perſonæ loci, temporis, aut proceſſus ſumuntur: ut eſt exceptio judicis incompetentis, fori, citationis, procuratoris, libelli, & ſimilium 2; aliæ Dilatoriæ ſolutionis, quæ præbent ſpatiũ ſolvendi, aut præſtandi id quod debetur, qualis eſt pacti convẽt. cum ita convenerit ut ne ſolutio fiat intra certũ tẽpus quod nondum effluxit 3. Quæ exceptionum formæ licet in hoc invicem differant, quod illæ non tantum opponi, ſed & probari debent ante litem conteſtatam 4; hæ verò neceſſariò non ſunt probandæ niſi accepto judicio poſtquam actor intentionem ſuam firmaverit 5: in hoc tamen conveniunt, quod utræque opponi debeant priuſquam lis conteſtetur. Omnis enim exceptio diletoria ante litem conteſtatam proponi debet 6, & ſi omittatur ei renuntiatum videtur 7. Niſi ſi poſt acceptum demum judicium inceperit competere. 8, aut per Reum conventum non ſtetit, ſed per Iudicem fortè quo minus ante litem conteſtatam objici potuerit 9, aut ſi omiſſa ſit per opponentis errorem, dubitationem, vel ignorantiam facti 10, quam jurejurando probare ſufficit 11, aut ſi opponens ſit mulier, vel minor, vel ruſticus, quorum exceptio dilatoria poſt litem conteſtatam admittitur propter imperitiam 12; aut ſi

incontinenti

ncontinenti poſt litis conteſtationem opponatur 13, aut ſi
habeat gravamen continuum per quod futuri actus non im-
pediantur, ut eſt exceptio loci non tuti, exceptio feriarũ 14;
vel ſi tertius pro ſuo intereſſe ad cauſſam defendendam inter-
veniens judicem recuſet, aliaſque exceptiones dilatorias ob-
jiciat 15. vel ſi in cauſſa criminali poſt litem conteſtatam op-
ponatur 16: vel denique ſi talis ſit Dilatoria, quæ judicium
actum reddat nullum, ut eſt exceptio incompetentiæ judicis,
exceptio procuratoris ratione defectus mandati 17. Quibus
caſibus exceptio dilatoria poſt litis conteſtationem opponi
poteſt; & licet fuerit omiſſa in prima inſtantia, tamen in cauſ-
ſa appellationis recipitur: cùm alioquin omiſſa prius dilato-
ria nequeat opponi in cauſſa appellationis, etiam antequam
lis in ea ſit conteſtata 18. Similiter declinatoriæ judicij ex va-
rijs cauſsis ſumuntur, veluti ex perſona Iudicis cum is eſt in-
habilis propter defectum ætatis, vel vitiũ aliquod animi, cor-
porisve, incompetens, aut ſuſpectus 19. Quæ exceptiones
contra judicem non modo ante litem conteſtatam, ſed ante
omnes alias dilatorias proponendæ ſunt; ne ſi forte alijs ex-
ceptionibus contra perſonam actoris propoſitis tacitè perſo-
na Iudicis approbata videatur, ita ut poſtea reprobari nõ poſ-
ſit 20: niſi ſuſpicionis cauſſa poſt litem demum conteſtatam
emerſerit 21. Ex perſona actoris, ut quia eſt ſurdus, mutus,
prodigus, deportatus, ſervus, infans, pupillus, aut minor a-
gens, ſine tutoris vel curatoris autoritate, quod legibus pro-
hibetur facere, exceptis aliquot caſibus quos lib. primo tit.
De actore recenſuimus. Ex perſona Rei quod omnino con-
veniri in judicio non poſsit 22, vel ſaltem ſive venia non vo-
cari, utputa parens, vel patronus actoris, vel non cogi eſſe in
judicio, ut Doctor juris, & profeſſor artium liberalium con-
ventus coram judice inferiore, clericus apud judicem laicũ,
& alii de quibus tit. De reo. Ex perſona procuratoris quia eſt
mutus ſurdus, fatuus, prodigus, minor, femina, accuſatus
de crimine, redemptor litis: tum ex mandato ejus, ſi nullum
habeat, aut non legittimè datum, vel falſum, aut mandati fi-
nes ex-

nes excedat 23. Quæ exceptiones perſonæ, & mandati, pro-
curatoris hoc differunt, quod prior illa. Tu nō potes eſſe pro-
curator, non niſi ante litem conteſtatam opponi poteſt; alte-
ra. Tu non es procurator, vel es falſus procurator, ſive. Tu n
habes mandatum, quandocunque etiam poſt ſententiam ad-
mittitur, quia reddit judicium retro nullum 24. Ex loco ju-
dicii, ſi is non eſt tutus, ac ſecurus, nec reus conventus ad lo-
cum deſignatum ſine periculo vitæ venire poſſit, vel ibidem
verſari, vel propter hoſtes, vel latrones, vel etiam peſtilent
25. Ex incompetentia fori, cùm Reus ei foro in quo conve-
nitur non eſt ſubjectus, idque certas ob cauſſas quas notavi-
mus lib. primo tit. De foro competenti. Ex præventione ju-
riſdictionis, quando ſcilicet ordinarii judices pares juriſdicti-
one in una eadem cauſſa concurrunt. Nam ſi ordinarius ju-
dex cauſſam à pari judice occupatam cognoſcere velit, con-
tra ejus juriſdictionem opponi poteſt: Exceptio prævention
26: quoniam judiciū ubi cæptum eſt, ibi finiri debet 27. F
autem præventio juriſdictionis per ſolam citationem 28. E
cauſſæ affinitate, & continentia, mutatione, & diviſione jud-
cij, ut ſi plures ſint Rei ejuſdem cauſſæ ſub diverſis juri-
dictionibus domicilium habentes 29, vel ſi diverſæ res v
cauſſæ continentur ſub una actione generali, ut puta ſub acti-
one tutelæ, negotiorum 30; vel ſi res litigioſæ in diverſis lo-
cis & juriſdictionibus ſitæ ſint, & una actione exigantur, hi e-
nim omnes ſimul apud unum omnium ſuperiorem judicem
conveniendi ſunt, ne cauſſa dividatur 31. Quod etiam obti-
net quotiens aliquis lite coram uno judice pendente, pro eo-
dem negotio ad alium judicem vocatur: quia nemo ejuſdem
rei, & cauſſæ nomine ſub diverſis judicibus litigare cogitu
ſed poteſt opponere exceptionem mutationis judicij 32, eju
que pœnam arbitrariam ab adverſario petere cum refuſion
expenſarum 33. Ex citatione, ſi nimis arcto tempore ſit fa-
cta, non rectè inſinuata, ſi extra territorium judicis fiat, ſi a
locum periculoſum, in honeſtum, ad diem feriatam, vel tē-
pore meſſis, & vindemiarum 34. Ex libello, cùm eſt ineptus
obſcuru

bſcurus, generalis, non concludens, aut aliis ſolemnitatibus
eſtitutus, de quibus diximus tit. De libello. Ex inſtrumento
el reſcripto, ſi inſtrumentum eſt falſum, ſuſpectum, raſum,
mperfectum, & non abſolutum 35: ſi reſcriptum eſt ſubrep-
itium *36:* impetratum contra jus divinum, vel naturale, vel
contra fiſcum, & utilitatem publicam 37; cõtra privilegia, vel
perſonas privilegiatas, nulla facta mẽtione privilegiorum 38,
vel contra rem judicatam, vel teſtamentum 39, denique ſi tẽ-
dat in gravem alicuius injuriam, aut præjudicium, vel contra
us alteri quæſitum. Semper enim reſcripta ſalvo jure tertii, &
itra injuriam aliorum intelligenda ſunt 40. Quin etiam Dila-
oriæ ſolutionis exceptio ex variis formarum cauſis compe-
it, quandoque ex obligatione, quòd ea in diem, aut conditio-
nem eſt concepta, & petitio ſtatim, & purè fit 41. interdum ex
pacto quod poſtea intervenit de non petendo, vel ad certum
ſem *42*; aliquando ex lege qua tempus ſolvẽdi ſtatutum eſt
i qui ut ſolvat iudicis ſententia damnatus eſt, ut in actione
perſonali condemnatus ad ſolutionem faciendã quadrimeſtre
dic ſententiæ latæ habet 43: niſi hujus temporis definitio
pro cauſſæ qualitate, & quantitate, etiam rei obſequio, aut cõ-
umacia, vel prorogetur, vel contrahatur 44*:* nonnunquam
ex actionis qualitate, ut eſt actio de dote, qua ſi maritus con-
venitur ſoluto matrimonio, opponere poteſt dilatoriã hanc
olutionis exceptionem; quoniam dotem in rebus mobilibus
conſiſtentem ante annum à tempore ſoluti matrimonii red-
dere non tenetur 45. licet in immobilibus poſitam ſtatim red-
dere teneatur 46. Idem eſt in actionibus quibus quantum
quis facere poſſit conſequi poſſumus, ut quando pater, & do-
minus conveniuntur de peculio filii & ſervi; parens, & patro-
nus à filio, & liberto, ſocius à ſocio, donator à donatorio ex
ſua donatione: item ſi à marito dos repetitur, ſi cum eo aga-
tur qui ceſſit bonis. Nam illi omnes habent exceptionem di-
latoriæ ſolutionis quam opponunt contra agentem ad ſoluti-
onem ſolidi, & tantum præſtant quantum facere poſſunt 47.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

1. *Inſtitut. de except. §. temporales* 2 3, *Inſtitut. eod. § præterea etiam §. tempore* 4 *l. ita mum C, de procurat. l. ult, C. de except.* 5. *l. ſiquidem C. de except. l, exceptionem C, de prob* 6. *d, l. ita demum l. non ignorant. C. qui accuſat. non poß.* 7. *d. l, ſiquidem l. ſancimus C. judic cap. inter monaſterium, extr, de re judic,* 8. *Gloſſ. & Dd. in cap inſinuante, extr. de ſic deleg, & in cap. paſtor alis. de exception, Bartol, & Angel in l, Pomponius ff, de procur.* 9. *Gloſſ. in cap. ex conqueſtione, de reſtitut. Alexand. in d. l. ita demum* 10. *d. cap. paſtoris Gloſſ, Bart. & Iaſon. in l. error. C, de jur. & fact. ignoran.* 11. *Gloß. in cap. audientiam tr. de reſcript. ubi Abb. & Felin.* 12. *l. diem §. minori ff. Qui ſatiſd. cogan. & ibi Caſtr, Gloß. in l. peremptorias. ff. de procurat. & in. l. 2, C. de conſort. ejuſd. lit. Innocent. in ca paſtoralis, exrt. de except.* 14. *Butrio & Imola in cap. exceptionem, extr, de except, Felin, cap, accedens. Vt lite non conteſt. Iaſon in d, l. ita demum* 15. *Iaſon ibid, Angel, in l. ſi q libertatem ff. de petit hered, & in l, venditor ff, de judic,* 16. *Innocent. in cap, ſecundo, ex de cauſſa poſſeß, & propriet.* 17. *Abb. & Felin. in d, cap, exceptionem. Angel, in l, cum p tor ff. de judic, Dd, in l. licet C. de procurat.* 18. *d, l, ita, demum, ubi Bald, Alexan, & Sali Iaſon in l. ſi arrogator, ff. de adoption,* 19, *lib. 1. tit de judice* 20. *Panorm, d. cap, exceptione* 21, *cap, inſinuante & gloſſ, ibid. de offic. jud, deleg. Iaſon. in l, apertiſsimè, C. de judic.* 2 *tit, Cod, Qui legitt. perſon, ſtan, in judic.* 23, *Speculat, tit, de procur, & nos lib, 1, tit. eod,* 2 *d. l, licet, ubi. Dd, C, deprocurat, Alexand, in, d. l, ita, demum.* 25. *d, cap, accedens, cap, ex parte de appellat,* 26, *l, ſi quis poſtea ff, de judic, Bald, ibid, Socin, in cap, propoſuiſti, de for, com pet,* 27, *l, ubi, acceptum, ff, d. judic, cap, cùm plures. de offic. deleg,* 28, *d, l, ſi quis poſtea d, ca propoſuiſti* 29. *l, 1, ff, de. quib, reb. ad eund, judic, eat,* 30. *l, nulli, C. de judic, ubi, gloſſ, & Iaſ* 31. *Mynſing, cent, 1, obſer, 4,* 32, *cap, fin, de, reſcript, & ibid, Dd, d. l, nulli;* 33. *Gloſſ. & P norm. in cap, ex tenore de reſcript,* 34, *l. 1, ff. de fer. l, eum quem temerè, ubi, gloß, & Bal ff. de. judic, cap. quia nōnulli, de reſcript,* 35, *lib, III. tit, de inſtrum.* 36, *Specul, tit, de reſcrip præſent.* 37. *l, autoritatem C. Vnde. vi* 38. *cap, cùm ordinem, de reſcript.* 39. *l, cauſas C, de trā act, l, fin, C. ſent, reſcind, non, poſſ, cap, expoſita, extr, de, arbitr,* 40, *l, ſuper eo, C, de, offic, j dic, deleg, l, reſcripta C. de precib. imperat. offeren. l, ult, C, ſi, contra jus vel utilitat,* 41, *continuis ff. de verbor. oblig,* 42. *d. §, temporales* 43, *l, 2, & , 3, C. de uſu rei judic, l. 2, ff, de judic.* 44. *d, l, 2, ff, de re judic, cap. quo ad conſultat, & ibi gloſſ, extr. eod, tit,* 45, *l. 1. C. a rei. uxor. action.* 46, *d. l. 1. §. ex p actio* 47. *l. ſunt. qui in id ff. de, re judic. Inſtitut. de action ſunt præterea.*

TIT. XXI.

De Peremtoriјs Exceptionibus Iuris.

PEREMTORIAE exceptiones dicuntur quæ inſtitu tam actionem perimunt, ac tollunt, & ſemper agentibu obſtant; ſive ante litis conteſtationem, ſive poſt opponā tur, uſque ad rem judicatam 1. Earum duo genera tradun tur, unum Iuris, alterum Facti. Peremtoriæ Iuris ſunt quæ e lidunt actionem illius cui de jure quidem actio competit, ſe non cum effectu exactionis. Sæpe enim accidit ut licet ipſa perſecutio qua actor experitur juſta ſit, inſpecto ſummo jure civili; tamen iniqua ſit adverſus eum cum quo agitur: ut cum quis ex ſola diſpoſitione legis obligatur, non ex naturali æqui tate, vel conſenſu promittentis 2, vel quando ab initio quidē naturalis, & civilis obligatio adeſt, ſed intervenit pactum quo

naturalis

aturalis tollitur, ut fit in pacto nudo de non petendo, & in ju-
e jurando voluntario 3. Inter has autem exceptiones perē-
orias juris prima eſt exceptio, Quod metus cauſſa, quæ da-
ur ei qui metu coactus promiſit quod non debuerat promit-
ere, contra eum qui illud promiſſum petit 4, etiam in paren-
em, patronum, magiſtratum, vel alios in dignitate conſtitu-
os; quoniam famam non lædit 5. Et quemadmodum actio,
Quod metus cauſſa qua poſtulamus rem metu excuſſam cum
omnibus actionibus nobis reſtitui in rem ſcripta habetur 6:
ta etiam Exceptio metus in rem ſcripta eſt, ut non inſpicia-
nus an is qui agit, an alius metum fecerit, ſed an omnino me-
us cauſſa factum ſit in hac re à quocunque 7. Vnde hæc ex-
eptio etiam admittit replicationem metus, hoc eſt quod ipſe
quoque reus convētus metum incuſſerit, vim inferens, & re-
ulſus quod fecit paſſus eſt 8. Ceterum in hac exceptione nō
quilibet inanis & vanus timor, puta alicujus periculi remoti-
oris, vel vexationis: ſed præſentis aut mox futuri magni mali
metus intelligendus eſt, qui merito etiam in virum conſtantē
adere poſſit, ut metus mortis, amiſſionis omnium, vel majo-
is partis bonorum, cruciatus corporis, duri carceris, ſervitutis,
apitalium minarum, & ſimilium 9. Quibus nonnulli annu-
nerant Metum reverentiæ, ut eſt filij erga patrem, uxoris er-
ga maritum, plebei erga magiſtratum; quem non puto admit-
endum, niſi minas, & verbera acceſſiſſe probetur 10. Minæ
utem quando juſtum inferant metum, judicis arbitrio diſ-
cernendum venit ex acerbitate, & adſiduitate minarum, & ex
perſona minantis, an ſolitus ſit minas exſequi 11. Altera ex-
ceptio eſt Doli mali, quæ contra petentem id quod dolo malo
factum, vel promiſſum eſt, competit 12. Eſt autem duplex una
Iuris, altera Facti: illa datur quādo dolus malus inducitur, vel
infertur, ſive incidit in contractum ſtricti juris, ut ſi pactus non
petere ante Kal. Ianuar. nihilominus ante eum diem petat 13.
hæc competit quando dolus contractui bonæ fidei adhibitus
cauſſam contractui dedit, veluti ſi dolo me induxiſti ut tibi rē
venderem 14. aut ſuaſiſti ut cū minore contraherem 15. Tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

enim quia dolus reddit contractum ipſo jure nullum oritu inde exceptio facti 16: quæ condemnatum infamia adficit, & uſque eò odioſa eſt, ut ſi debitor cùm ea tutus eſſet per erro rem ultro ſolverit non repetat ſolutum is. Contra prior no eſt famoſa, nec ullatenus infamat 17: & ob id ſi debitor ultr ſolvat, poteſt condicere 18. Præterea exceptio doli ex perſo na ejus cui objicitur perſonalis eſt 19, ideoque non poteſt co tra alium opponi, niſi eum qui dolum commiſit, ejuſve hæ redem, vel ſucceſſorem particularẽ quatenus ad eos commo dum pervenit, aut quo minus perveniret fraude ipſorum fact eſt: 20. nec competit adverſus parentem, patronum, aliaſqu perſonas quibus reverẽtia præſtanda eſt, ſed in factum excep tio illius loco uſurpatur 21. Rurſus ex perſona ejus qui obj cit in rem ſcripta eſt: quoniam in ea non principaliter quær tur contra quem dolus commiſſus ſit, ſed an in ea re dolo mal quid factum ſit ex parte actoris 22; cujus probatio ab eo ex gitur qui exceptionem hanc opponit, ſumiturque ex qualita te, & circunſtantiis dicti, vel facti actoris 23. Denique hæc ex ceptio eſt perpetua, nec ullam admittit præſcriptionem 24 licet actio De dolo finiatur anno uno contra doloſũ, & in hæ redem poſtea in factum datur perpetuò, quatenus ex hæredi tate factus ſit locupletior 25. Tertia eſt Exceptio in factun ſive erroris, quæ opponitur illi qui exigit id quod quis promi ſit per errorem, credẽs ſe debere cùm non deberet. Nam er ror, quia non facit conſenſum, naturalem obligationem impe dit, manente nihilominus civili propter promiſſum, ex quo non datur actio cum effectu exactionis 26. Factum autẽ ple nè & diſtinctè narrari debet 27, ut Iudex æſtimare poſſit an juſtus error fuerit, qualis in hac exceptione requiritur 28. Qua rta eſt Exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ in mutuo tantũ, & dote locum habet 29, adverſus creditorem, ejuſve hæredẽ agentem ex chirographo, aut litteris, quibus debitor ſpe futu ræ numerationis confeſſus eſt ſe accepiſſe, & debere certã pe cuniæ ſummam quam tamen non accepit. Nec ſolùm datu debitori principali ejuſque hæredi, & ſucceſſori 30. verum e

tiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

etiam mandatori, & fidejuſſori 31: & rurſus creditori in debitorem ſe defendentem apocha qua creditor ſcripſit ſe receiſſe debitum ſpe futuræ numerationis aut ſolutionis, quæ nō ſecuta eſt. Vterque enim licet teneatur obligatione civili, alter ut ſolvat quod promiſit, alter ut non petat quod ſe receiſſe teſtatus eſt; tamen cum numeratio cujus ſpe ſyngrapha vel apocha data fuit non acceſſerit conſenſus & naturalis obligatio deficit, & actio ex ſolemni verborum obligatione nata per hanc exceptionē, quam naturalis æquitas quæ in pactis ſervanda induxit, eliditur, ne quis alterius damno locupletior fiat 32. Quin etiam competit ſponſo confeſſo per chirographum ſe dotem accepiſſe à ſuo ſocero, cùm non accepiſſet 33. Proponi autem hæc exceptio debet intra biennium, & tunc oppoſita probationis onus transfert in creditorem agentem, ut probet ſcilicet numeratam eſſe revera pecuniam: poſt biennium verò oppoſita onus probandi in debitorem rejicit, nempe numerationem non eſſe factam 34. Quinta eſt Exceptio pacti de non petendo, qua depellitur ille ab agendo qui pactus eſt ſe non periturum quod ipſi debetur. Nam cum naturalis tantùm obligatio nudo pacto tollatur, manente interim civili per hujus exceptionis oppoſitionē, illa civilis quoque perimitur 35. quoniam nihil magis æquitati conſentantum eſt quàm pacta conventa ſervari. Sexta eſt Exceptio jurisjurandi ex juramēto voluntario, quod ex conventione pars parti extra judicium defert, veluti ſi debitor ejuſve procurator, aut defenſor creditore deferente juravit ſe nihil debere, per exceptionem jurisjurandi creditorem ab agendo excludit 36; ſive ille priorem actionem ad quam ſubmovendam juratum eſt rurſus inſtituat, ſive alia quadam idem petat 37. Hoc enim juramentum cùm extra judicium factum ſit, non tollit præcedentem civilem obligationem, ex qua actori jus agendi, licet non cum effectu exactionis, competit; ſed hujus exceptionis objectio elidit naturalem, & civilem obligationem ſimul, non item litis ingreſſū impedit 38. In qua exceptione nihil aliud quæritur quàm an juratum ſit omiſſa quæſtione an debeatur 39: & præſtitum ju-

ramentum habet vim rei judicatæ, & executionem paratam; ubi Iudicis officium fuerit imploratū 40. Septima Exceptio rei judicatæ, quæ datur reo abſoluta ſententia judicis, adverſus actorem qui denuo ea de re agere inſtituit. Nam ſicut pactum de non petendo & Iurisjurandum naturalem duntaxat obligationem tollit, remanente civili: ita cōtra Res judicata civilem obligationem exſtinguit, ut interim naturalis cōſiſtat quoniam hic deficit conſenſus, cum ſententia & judicium reddatur in invitum, 41. Naturalis autem obligatio etſi ſola non ſufficiat ad producendam actionem 42, tamen poteſt jam productam conſervare, etiamſi civilis ceſſet 43. ſed per hanc exceptionem Rei judicatæ eliditur 44. Ceterum ut hæc exceptio rei judicatæ competat hæc tria ſimul concurrere debent: primum ut eadem res iterum petatur, deinde ut ex eadem cauſſa agatur ex qua antea actum eſt, tum ut inter eaſdē perſonas diſceptetur, inter quas priori judicio pronuntiatum eſt 45.

1. §. appellantur Inſtitut. de except. l peremptorias. C. ſentent. reſcin. non. poſſ. l. 1, C. de jur. & fact. ignoran. 2. §. ſæpe enim Inſtitut, de excep. Bart. in l. ex hoc. jure ff. de inſtit. & jur. 3. §. præterea Inſtit. de except. l. ſi unus ff. de pact. l, Stichum ff. Solut. matrim. 4. l, ſi. donationis C. de his quæ vi metuſve cauſſ. 1. 5. Angel. Aretin, Inſtitut. de except. 6. l. metum autē ff, quod met. cauſ. 7. l. apud. Celſum. ff. de dol. mal. & met. except. 8, l. ſed & partus ff. quod. met. cauſ. 9. d. l. ſi. donationis l, ſi per vim l. fin. C. de his. quæ vi metuſ, cauſſ. l. interpoſitas C. de tranſact. d. l. metum, autem 10. arg, l ſi patre cogēte ff. de ritu. nupt. l. fidejuſſor ff. de pignor. 11 l, 3. ff. ex quib cauſſ. major, gloſ, in d. l. interpoſitas. 12. Inſtitut, de except, l. 1. ff. de dol mal & metus except. 13. l. 1. ff. de except. dol, mal, l. & eleganter ff. de dolo. l. ſi. qui eum ff. de verbor. obligat, l. dolo vel metu. C. de inutil. ſtipulat, 14. d. l. apud. celſum 15. l. in cauſæ. cognitione ff. de minor 16. l. qui exceptionem ff. de condict. indeb. & ibi gloſſ. 17. l. 2. ff, de dol. except. 18. l. ſi non ſortem ff. de condict, indeb. 19. l. palam. eſt ff. de dol. & met. except. 20. l. ſi plures. l. in hæredem ff. de. dol. mal 21. l. non debet. ff. eod. d, l. apud celſum, 22. l. 2. ff. eod. 23. l. ſi procuratorem, & l, dolus eſt ff, Mādati 24. l, pure mihi, ff. de dol. mal. & met. except, 25. l. in hæredem. l. itaque ff. de dol. mal. l. de. dolo. C. eod. 26. l, ſi. per errorem. ff, de juriſd. omn. judic. §, 1. Inſtit, de except. 27. Theoph. ibid. 28 Ioan, Andr, in cap. ignorantia, de reg. jur, 29 Authent. quod locum. C. de dote, caut, non numer. l. adverſus, l. in contractibus, C. de non. num. pecun. 30. l, ſi, intra. C. eod. 31. l, tam man datori, l. fruſtra opinaris, C. eod. 32. l. jure naturæ. ff. de reg, jur. §, idem juris. Inſtitut de except. 33 d, l, in contractibus. 34. Dd. in. d, l, in contractibus. 35. l. ſi. unus, ff. de pact, l. juriſgentium eod. 36, l, jusjurandum quod ex conventione ff. de jurejur. §. æque ſi debitor. Inſtit. de except. 37, l. duobus. ff. de jurejur. 38. d. §. æque l. ult ff. de jurejur. 39 l, nō erit. ff, eod. 40. Bart. Fulgoſ, Alexan. & Iaſon, in, l. 2. ff. eod. per. text. in, l, ſed, etſi, poſſeſſori. ff. eod. 42. d. l. juriſgentium, l. frater, ff de. cond. indeb. l. ſi pupilli. ff. de verb. obligat. 43. d. l, ſi. unus, & ibi Bart. 44. §. item. ſi. in judicio Inſtitut. de except. 45. l, cùm quæritur. cum duab, leg. ſeqq, ff. de except. re judic.

Titulus

TIT. XXII.

De Exceptionibus Peremtorijs Facti.

EXceptiones facti, ſive intẽtionis ſunt quæ demõſtrant actori nullum perſequendi jus competere, ut quia vel ab initio nõ habuit actionem, vel habuit quidem, ſed iam eſt ſublata, & extincta, puta per rem judicatam, tranſactionem, acceptilationem, & ſimiles liberationum ſpecies. Sicut enim actor de facto tantũ agit, ita reum de facto opponere convenit. *1.* Proponuntur autẽ duplici via, & ratione aut ad modum peremtoriarum poſt litem cõteſtatam ut actionem excludant & negotium perimant, abſoluto reo ſententia judicis definitiva 2: aut more dilatoriarum ante conteſtationem, ut litis ingreſſum impediant 3; modò tamen confeſtim, & incontinenti probentur *4.* In quo adhibenda cautio eſt, ut formula conveniente directo ad proceſſum opponantur, veluti Reus conventus dicit actorem non poſſe hoc judicio experiri, neque ſe teneri libello reſpondere quia ſolvit, præſcripſit, vel judicatum eſt in hac cauſſa. Nam ſi proponantur hoc modo, Reus excipiendo dicit actorem contra jus & æquitatẽ experiri, quia tranſactum, vel judicatum eſt, & petit ſeſe, cum nihil debeat, à petitione actoris abſolvi; non remorantur judicium; quia videntur adverſus merita cauſſæ proponi *5.* Harum exceptionũ multa ſunt genera, ut Exceptio rei judicatæ, de qua ſuperiore titulo diximus, tranſactionis, præſcriptionis, & aliæ quas ordine perſequemur. Exceptio tranſactionis opponitur adverſus actorem controverſiam antea tranſactam in judicium revocantem *6.* Non enim debent lites tranſactionibus legittimis finitæ redintegrari 7. ut autem cõpetat hæc exceptio quatuor potiſsimum requiruntur. Primò ut tranſactio inter perſonas quæ tranſigere poſſunt facta ſit. Nam quædam perſonæ prohibentur trãſigere, ut pupilli, & minores ſine tutoris, vel curatoris autoritate, filii familias de peculio profectitio, pater cum filio, dominus cum ſervo, mater pro filio 8, procurator ad agendum conſtitutus ſine ſpeciali mandato; quia is cauſſæ actionem tantum

tum habet, non deciſionem 9; tutor remittens debitum pupi
li, niſi ex neceſſitate, ut debitori pauperi 10. Deinde ut tra
actio facta ſit ſuper re dubia, & lite incerta, non ficta & imagina
ria 11: & quæ in poteſtate ſit tranſigentium, nam privatis pac
onibus jus ceterorum non læditur 12, nec pactis privatorum j
ri publico quicquã derogatur 13. & de qua trãſigi poſſit. Qu
enim alienari nequit, eadem non admittit tranſactionem, q
inter alienationes numerari conſtat 14. Vnde tranſactio de
bus ſacris, ſanctis, & religioſis non valet, niſi accedat ſolemnit
legis vel canonis, quæ in iſtarum rerũ alienatione requiritur 1,
item nec de libero homine valet 16. nec de futura alicujus ſu-
ceſſione, niſi inter milites 17. Tertio ut valeat tranſactio aliqu
datum eſſe, vel promiſſum, aut retentum oportet 18. idque co
pletum, & præſtitum eſſe. Nam qui animo donãdi tranſigit, a
qui gratis remittit quod ſibi debetur, non rectè tranſigit 19:
qui non præſtat quod tranſactum fuit dolo agit, & hæc excep
tio replicatione doli, non impleti contractus, eliditur: etiam
tranſactio jurejurando firmata fuerit 20. Poſtremò requirit
ut tranſactio bona fide, non dolo vero, vel præſumpto, non m
tu, aut vi facta ſit. alioquin contra oppoſitam exceptionẽ tran
actionis replicatur de dolo, vi metuque. nam Dolus, metus,
vis, irritam faciunt tranſactionem 21: ſicut etiam Ignoranti
qua deceptus fuit qui tranſegit non viſo teſtamento, vel cogni
tis inſpectiſque teſtamenti verbis; & ideo licet promiſit ſe no
contraventurum vel renuntiavit fideicommiſſo, non tenetu
22. Et quotiens hæc quatuor requiſita quæ diximus concurrũt
nec in ullo horum vitium eſt, tum tranſactio non poteſt reſcin
di, & hæc exceptio rectè opponitur, etiamſi tranſigens ultra di
midium deceptus eſſet, & de enormiſsima læſione replicaret, u
nonnulli arbitrantur 23: quorum ſententiam probo. Exceptio
Præſcriptionis, ſive Vſucapionis datur ei qui convenitur de re
quam continua poſſeſsione legittimè præſcripſit, & uſucepit
24. Quæ bono publico introducta eſt, ne ſcilicet vel rerum
dominia hominum negligentia omni tempore incerta eſſent, &

lites

ites forent infinitæ 25; etſi iniquum omnino præſidium eſt, & cum natura,& æquitate pugnans,quando quis ejus prætex-u res alienas fraude,ac fide mala occupat 26. Ceterum ut hęc Præſcriptionis exceptio competat,inprimis neceſſarium eſt,ut s qui præſcribit poſſeſſor ſit,vel quaſi 27, per ſe,vel per alium 8,nomine ſuo,non alieno,ſicut commodatarius,depoſitarius mphyteuta,beneficiarius, ſuperficiarius,colonus, uſufructu-rius,precario poſſidens&ſimiles,qui adverſus eum à quo poſ-eſſionem habent ipſam proprietatem non præſcribunt, nec ac exceptione juvantur 29: ut poſſeſſionem habeat continuā ullo unquam modo,aut tempore interruptam, bona fide,ju-o,& legittimo titulo, utputa emtione, permutatione, dona-ione, ſtipulatione & id genus alijs cauſſis munitam. Nam oſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribere poteſt, immo nala fides præſcriptionem omnino completam poſtea ſecuta umpit,atque impedit, præſertim ſi ex lucrativa cauſſa res ad ræſcribentem devenit 30. Et qui non habet titulum legitti-num præſcriptionis cauſſam tribuentem, is nunquam adqui-t dominium,aut meretur actionem,vel exceptionem ex pręſ-riptione longi temporis: ſed poſt longiſſimū tempus quod ominum memoriam excedit exceptionem præſcriptionis abet: quoniam tanti temporis lapſus loco tituli habetur in ebus corporalibus,& prophanis, & ſufficit bona fides cum oſſeſſione 31. Oportet etiam ut res,& perſonæ præſcriptio-em admittant. Nam res ſacræ,publicæ,tributa univerſitatū, ra ſupremæ poteſtatis quæ vulgò dicuntur Regalia,res mo-iles furtivæ, vel immobiles vi,aut clam poſſeſſæ, vel tempore elli occupatæ,præſcriptionis exceptione obtineri,& defendi on poſſunt 32: nec minor viginti quinque annis adverſus a-ios, & alij adverſus minorem præſcribunt 33. nec jure impe-itis, utputa ob metum hoſtilem, aut peſtilentiam, & agere on valentibus currit præſcriptio 34: neque ſubditis contra le-ittimam magiſtratus obedientiam exceptio præſcriptionis rodeſt; quoniam contra jus publicum,& divinum nituntur i. Denique requiritur ut tempus præſcriptionis à lege defi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

nitum ſit completum, nimirum triennium ſi res mobilis ſit 36
quadriennium ſi à fiſco alienata fuerit 37, decennium inte
pręſentes, atque viginti anni inter abſentes ſi immobilis eſt 3
triginta anni ſi prophana, & corporalis 39, quadraginta anni
eccleſiæ vel religioſæ domus res fuerit 40, & centum anni
eccleſiæ, Romanæ, cujus hoc privilegium eſt 41. Exceptio ju
risjurandi datur quando res de qua ante juratum fuit rurſu
petitur 42. Dato enim jurejurando tantum quæritur an jura
tum ſit, nec alia quæſtio ulterius admittitur 43; quæ ſi incon
tinenti probetur impedit litis conteſtationem; ſi dubia eſt
latiorem exigit cognitionem, reſervatur judiciario proceſſu
44. Et datur tantum ex juramento judiciali, & neceſſario
qui juravit, ejuſque ſucceſſori, ſive univerſali, ſive particula
45, vel cui jusjurandum remiſſum eſt 46, domino ex juramen
to procuratoris, & defenſoris 47, patri ex jure jurando filij,
contra 49, adverſus eum qui legittime juramentum detuli
aut ipſius ſucceſſorem, nam ſi datum fuerit inter alias perſo
nas exceptio eliditur: quia jusjurandum extraneo neque pro
deſt, neque nocet 50. Vt autem detur hæc ſunt neceſſaria: quo
rum ſi aliquid deficit ex illo fit replicatio: ut juramentum
verum, juſtum, & legittimum 51: Vt eadem res petatur d
qua fuit juratum 52: Vt eadem intendatur actio quæ erat c
juraretur 53. Exceptio Solutionis datur debitori adverſus cre
ditorem debitum ſolutum rurſus petenti. Solutione enim
jus quod debetur omnis obligatio tollitur 54: & proinde eti
actio 55. Competit autem non ſolum debitori quoquo mod
obligatione liberato, ſed etiam fidejuſſoribus, ſponſoribus, &
mandatoribus, qui pro eo intervenerunt 56. dum tamen ſo
lutio probetur nam opponenti exceptionem ſolutionis, & ch
rographum ſuum repetenti, ſemper incumbit probatio 57
Exceptione acceptilationis ſe tuetur debitor adverſus credito
rem, qui tanquam ſolutione facta, acceptum ſe habere dic
quod debebatur 58, Eſt enim Acceptilatio imaginaria ſolutio
id eſt, verbis contractæ obligationis itidem verbalis diſſoluti
59. Quæ facta debitori prodeſt, & fidejuſſori ejus, & hæred
bi

us ipſius, vel uni ex his ideo etiam hæc exceptio illis com-
etit *60*. Exceptio Non impleti contractus opponitur agen-
i ante præſtitum implemẽtum quod ex ipſius parte adimplẽ-
lum fuit; veluti emtori ſi petat rem, nec offerat pretium, ne-
que alio modo ſatisfaciat *61*; è contra venditori ſi petat pretiũ,
e vel omnino non tradita, vel non plenè aut liberè tradita *62*.
Debitori rem pignoratitia actione petenti, pecunia nondum
oluta *63*; Locatori ſi petat mercedem, & non præſtitit id quod
onvenit *64*. Conductori ſi agat contra locatorem antequam
olverit penſionem *65*. Socio agenti actione Pro ſocio, ſed re-
uſanti lucrum, & damnum æqualiter dividere *66*. Similiter
xceptio pretij non ſoluti, & Canonis non ſoluti, competit
dverſus eum qui agere intendit priuſquam ipſe quod debe-
at ſolvit, aut præſtitit *67*. Exceptione Collationis repellitur
s qui judicium familiæ erciſcundæ intendens non vult con-
erre quod ad ſe ex bonis defuncti pervenit *68*, veluti, filia
uę bona defuncti patris vult cum reliquis fratribus dividere,
onferre debet ita ut vel dotem reponat ſi ſalva eſt, vel minus
ccipiat *69* Contra hanc exceptionem poteſt replicari, Quod
eſtator collationem prohibuit *70*, Quod agens hæreditatem
epudiavit. nam hæreditate repudiata ad collationem non cõ-
pellitur *71*.

1. l. nam & poſtea ff. de jurejur. l. eleganter ff. de condict. indeb. 2. cap. 1. de litis conteſt. lib. VI. cap. unic. extr. eod. ubi Socinus. 3. d. cap. 1. & ibi Franc. Maran. tit. de except. 4. l. 1. ff. ad Senatuſc. Tertull. 1. fratris tui C. de tranſact. 5. Bartol. in l. cùm quærebatur, & l. fin. ff. Pro ſuo. Bald. Angel. Alexan. & Iaſon in d. l. nam & poſtea 6. d. l. eleganter l. fratris tui l. neque ff. de in jus vocan. 7. l. cauſſas ff. de tranſact. 8. l. interpoſitas C. de tranſact. l. tranſactione matris C. de pact. 9. l. tranſactionis placitum C. eod. l, mandato generali ff, de procur. 10, l. ſi plures ff, de pact, Bart. in l. ult, de annon, & tribut. & l. 3. eod, tit, lib, XI. Codic. 11. l. 1. ff. de tranſactionibus l, 2. C. eod, 12. l. 3. ff. eod. 13. l. jus publicum ff. de pact. 14. l. nulli ff. de tranſact. 15. authẽ, hoc jus de ſacroſan, eccleſ. cap. ſine exceptione XI. quæſt 2. Panorm. cap. 3. de tranſact. 16. §. nullius Inſtitut. de rer. diviſ. 17. l. licet C. de pact. 18. l. tranſactio C, de tranſact. 19. l. ſuus C. de repud. hæredit. l. ſi quis delegaverit ff. de donat. 20. l. ſub prætextu C. de trnnſact. l. qui fidem ff. eod. 21. d. l. tres fratres d. l. interpoſitas 22. l. de ijs controverſiis ff. de tranſact. Bald. conſil. 440. 23. Gloß. & Innocent. in cap. cùm cauſa, de emtion. & vendit. Iaſon in l. fratris C. de tranſ. Bald. in l. 2. C. de reſcind. vendit. 24. l. uſucapio eſt l. eum qui ædes ff. de uſucap. l. ſi quis emtionis C. de præſcript. 25. l. 1. ff. de uſucap. l. omnes, & l, ſicut C, de præſcript. 30. annor. 26. Novell. Vt eccleſ. Roman. Conſtit. 10, Bald. in l. ancillæ C. de furt. & d. l. ſicut. 27. l. ſine poſſeſſione ff. de uſucap, cap. cauſſam quæ, extr. de præſcript. 28. l. ſi is qui pro emtore ff. de uſucap. 29. cap. ſi diligenti,

ligenti, extr. de præſcript. 30. cap. fin, extr. de præſcript. cap. fin. extr. de conſuet. Alciat I
v pedum præſcript, 31. l. 1. §. ult. ff. de aqua pluv. arcen. l. 2. & l. ult. ff. de aqua quotid. & a
cap. de quarta cap. ad aures, de præſcript, 32. l. uſucapionem ff. de uſu cap. l. via publica ff. c
via publica l. competit C. de præſcript 30, ann. 33. l, ult, C. in quib. cauſſ. in integr. reſtitut. 34
l. 1, §. dies autem ff, quando appell. ſit l, contra majores C. de inoffic. teſtam. l. ab hoſtibus C
quib. non objicit long. temp. præſcript. 35. Novell. 69, 36. l, unic. C, de uſu cap. transfor. 37, l.
C. de quadrien. præſcript, 38. l, penult. & fin. C. de præſcript. lon. temp. 39. l. penult. & fin. C
de præſcript. 30. vel. 40. annor. 40. d. cap. de quarta, cap. quia, de præſcript, Authent. qu
actiones C, de ſacroſ. eccleſ. 41. cap. fin. de præſcript. in VI. cap. cum nobis, extr. eod. d. au
then. quas actiones 42. l. ait prætor l. nam poſtea l, jusjurandum §. fin. ff. de jurejur. 43, l. no
erit ff. eod, §. item ſi quis poſtulante Inſtit. de action. 44. l, 3. §. ibidem ſubjungit ff. Ad exhiber
45. l. in duobus ff. de jurejur. 46. l, remittis jusjurandum, d, l, nam poſtea ff. eod. 47. d.
nam poſtea ff. eod. 47. d. l. nam. poſtea §. jusjurandum 48. l. multo magis l, qu
l. qui juraſſe ff. eod. 49. d. l. ait prætor d. l. nam poſtea l. ſed & ſi poſſeſſor d. ti
50. d. l. ait prætor. 51. authent. quod cum eis. C. de nupt, & ibi gloſſ. cap. tua nos de jurejur, 52
d. l. ſed et ſi 53. l. in duobus d. tit. 54. §. 1. Inſtit. quib. mod. toll. oblig, 55. §. 1, Inſtit. de action. l. n
hil aliud eſt, ff. de action. & oblig. 56. l. ſolutionem ff. de ſolut. l. omnes ff de except. 57, l. fin. C
de ſolut. 58. l. 1. ff. de acceptil. l. ſi ex pluribus ff. de ſolut. l, t ali ff. de jure dot. 59. § item per ac
ceptilationem Inſtit. quib. mod. toll. oblig. 60. l. & per jus jurandum §. ſi fidejuſſor ff. de accep
61. l, Iulianus ff, de action, emt, l, ex placito ff. de rer. permut. 62, l. 2, l, qui pendentem l, bona f
des ff, de action, emt, 63, l, qui pignori ff, de pignor. l, ſi rem alienam ff, de pignorat, action l. 1
C, de luit pignor. 64, l, ex conducto l, ſi in lege ff. Locati l, legem conductionis C, eod, 65. l. 1. f
de migran. 66. Inſtitut. de ſocietate §. 1, l, ſi non fuerint ff, Pro ſocio 67, d, l, Iulianus l, 2, ff, ſ
ager vectig, vel emphit, petat, § adeo autem Inſtitut, de locat 68, l, poſtumus & ibi Iaſon
de collat. 69, l, dotis C, eod, 70. authent, ex teſtamento C, eod, 71, l, ex cauſſa ff, famil, erciſc

TIT. XXIII.

De Exceptionibus Anomalis.

SVNT item Exceptiones Anomalæ dictæ, quaſi irregulares, eò quòd non ſequuntur naturam peremptoriarum nec dilatoriarum, ſed ſingulari quodam jure tam ante quàm poſt litem conteſtatam poſſunt opponi: qualis eſt Exceptio diſcuſsionis, exceptio diviſionis, exceptio falſi procuratoris, excommunicationis, inepti libelli, & quæcunque oſtẽdit judicium irritum, & nullius eſſe momenti 1. Exceptio diſcuſsionis competit fidejuſſori contra creditorem, ut debitor principalis pro quo fidejuſsit prius conveniatur & excutiatur. Æquum enim eſt ut fidejuſſor non ante conveniatur, quàm diſcuſsione bonorum facta compertum ſit, principalem debitorem non poſſe ſolvere in ſolidum 2. Licet hoc perpetuum non ſit, & multis caſibus etiam fidejuſſor ante principalem cõveniri poſsit: veluti, ſi principalis non ſit ſolvendo, & hoc conſtet 3. Si fidejuſſor ſit præſens, & debitor longè abſit ex-

tra

ra territorium, ut non facile conveniri poſsit 4. Si fidejuſſor habet bona debitoris penes ſe 5, vel tantam ſummam in quã idejuſſor illi debet 6, Si negavit ſe fidejuſſorem eſſe, & contra eum fuit probatum 7, Si ſit fidejuſſor ſiſtendi aliquem in udicio, vel judicatum ſolvendi, vel ratum habendi 8, Si fidejuſſor renuntiavit beneficio diſcuſſionis, & omni alii juri 9, Si principalis iam conſtitutus in mora deceſſerit 10, Denique i debitor ſit pupillus 11. Exceptio diviſionis ſive epiſtolæ divi Hadriani datur fideiuſſori contra creditorem, cùm plures, pro uno fidejuſſerunt, & unus ex iis in ſolidum convenitur, ut lividat inter eos æqualiter ſolutionem, & à quolibet partem uam accipiat 12; quod ſanè facere tenetur, modo tamen omnes fidejuſſores ſolvendo ſint 13: & pro uno debitore unaque umma fidejuſſerint 14, nec ſint fidejuſſores tutoris, adverſus quos ex cauſa tutelæ agatur 15, vel niſi convenit ut ſinguli in olidum teneantur 16, vel niſi res pro qua fidejuſſerunt, diviſionem non recipiat 17.

1. l. licet C. de except. Clement. 1. eod. tit. cap. in noſtra de procurat. 2. authent, præſente, & ibi Dd, C. de fidejuſſ. authen, hoc ſi debitor, C. de pignor, & hypoth, 3. Gloſſ. & Dd. in l. fin. ff. Si cert. petat. 4. Bartol, l, duobus ff. de duob. reis deben. 5. l. ſi procurato rem §. ſed ignoranter ff. mandati 6. Gloß, in l. 1. §. fin. ff. qua re actio non dat. 7. l. ſi dubitetur & ibi Angel, ff. de fidejuſſ. Bald, authent, contra qui propriam C, de non. num, pecun. 8. Gloß, l, 2. ff, qui ſatiſd. cogan, l. fin, C, de uſur. rei judic, Bart, l, 1, ff, judic. ſolv, 9. Dd, in d, authent, præſente & in l. decem ff, de verb, oblig, 10, gloß, & Bald, in l. penult, C. de cond, inſer, 11, Cynus de authen. præſente 12. l, inter fidejuſſores ff, de fidejuſſor §, ſi plures Inſtitut. eod. 13, l, ſi à Titio l. inter eos §, duo ff, eod, 15, l, 12. ff, rem pupilli ſalvam fore 16, Novell. 99, 17, l. ea quæ ff, de reg, jur.

TIT. XXIV.

De Replicationibus.

REPLICATIO vocatur actoris allegatio qua objectã à reo depulſionem refellit. Eſt enim Replicatio nihil aliud quam exceptio actoris, qua rei exceptionem replicando elidit, ac diluit. Contra quam iterum ſolet dari Duplicatio, & contra hanc Triplicatio, & ſic deinceps multiplicatis nominibus quoad actor & reus allegationibus utuntur 1. Quibus ut modus adhiberetur, neque in infinitum judiciariæ cauſſæ protraherentur, rectè conſtitutum eſt 2, atque e-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

tiam uſu receptum, Ne in dilatoriis exceptionibus ultra duplicationem, & in peremtorijs ultra quadruplicationem procedere liceat: niſi forte qualitas cauſſæ allegationes, & ſcripturas plures requirat, quod ubi incidit, adeundus eſt judex, ut Quintuplicationem, & Sextuplicationem admittat: qui cognita cauſſa hac cõcedere poteſt 3. ſicut ejuſdem arbitrio permittitur ſtatuere tempus Replicationum & aliarum allegationum. Modus autem & ratio Replicationum certa tradi non poteſt; ſed ex circunſtantiis propoſitæ exceptionis ſumi & erui debet, veluti cõtra exceptionem pacti, replicatio doli opponitur 4, vel replicatio pacti poſterioris: quia poſteriora ſẽper pacta ſervanda ſunt 5: contra exceptionem rei judicatæ fit replicatio ex falſis inſtrumentis, & quibus judicium factũ ſit 6; exceptioni erroris, vel ignorantiæ objicitur replicatio Culpæ latæ, vel doli proximæ 7. Similiter contra exceptionem loci domicilii replicatur ex re petita, ſi alibi ſita ſit. Vbi enim res eſt ibidem reũ poſſeſſorem convenire licet 8, vel ex tempore contractus quod ibi tum domicilium reus habuerit 9; vel denique à loco ſolutionis, in quo reus ſe ſoluturũ promiſit 10. Item contra exceptionem incompetentiæ judicis inſtituitur replicatio ex modo, & tempore opponendi eam, ut ſi poſt litem conteſtatam ſit oppoſita 12, aut illi renuntiaverit reus 13, aut in judicem conſenſerint partes 14 contra quam replicationem ſumitur Duplicatio ex vi metuſve cauſſa 15, vel ex errore 16, & ita in aliis prout fert qualitas propoſitæ exceptionis. Porro ut Reus tenetur probare ſuam exceptionem poſtquam Actor firmavit ſuam intentionem, ita rurſus actor tenetur probare ſuam replicationem poſt probatam à reo exceptionem ut maneat æqualitas, quæ in judiciis ſemper ſervanda 17.

1. l, 2. ff, de except, §. 1, Inſtit, de replicat, 2, ordinatione Imperiali anno 1548. *3. d, ordinat, tit, 38, 4. l. adverſus C, de except, 5. l, pacta noviſſima C. de pact. 6, l, qui agnitis ff, de except, 7, l, de ætate §, qui juſto ff, de interrog, in jure faciend, 8, l, ult. C, Vbi in rem action. 9, l, 2. C, de juriſd, omn, judic, 10, l contraxiſſe ff, de action, & obligat, l, hæres ff, de judic, 11 l, præſcriptiones C, de except. l, ne mo ff. de juriſd. omn. judic. 12. l. ſi quis C. de pact. 13. l. 1. C. de juriſd. omn. judic. l. cum vendente C. ubi cauſſa fiſcal. 14. l. 2. ff. de judic. 15. d. l. 2. l. ſi per errorem ff. de juriſd. 16. Spec[illegible]l. tit. de except. §. nunc dicendum 17. cap. non licet. de reg. juris lib. VI. cap. ceterum de judic. l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ.*

TITVLVS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

TIT. XXV.
De Satiſdatione.

SATISDATIONIS præſtatio ante acceptum judiciũ fieri debet, ut litigator de re petita & litis expenſis ſecurus ſit. 1. Et olim quidem actor poſtulante reo per pignora, vel fidejuſſorem ſatiſdare tenebatur de lite conteſtanda intra duos menſes 2, de obſervatione judicij, & lite proſequẽda ad finem 3, de ſiſtendo ad reconveniendum in eodem judicio 4. Si autem fidejuſſorem aut pignora dare non poterat, ſatiſdabat juratoria cautione, id eſt, juratò promittebat ſe in lite perſeveraturum 5. Quòd ſi poſtea compertũ fuiſſet actorem injuſte litem inſtituiſſe, ſumtuum & expenſarum nomine decima pars ejus quantitatis quæ libello propoſita erat, reo addicebatur *6*. Hodie verò Actor tantum de expenſis, & litis damno ſatiſdare ſolet 7, & ſi hoc facere detrectat, tunc nec Reus cogitur reſpondere, ſed cum refuſione expenſarum abſolvitur. Procurator actoris ſi in judicio conſtitutus eſt & mãdatum in actis redactum, non ſatiſdat Ratam rem dominum habiturum 8; ſi verò extra judicium & mandatum eſt certum & conſtat eum procuratorem eſſe, ſimiliter nec cavet de rato 9: at ſi incertum & dubium eſt mãdatum, tenetur de rato cavere 10. idque fidejuſſore dato: quia hæc ſatiſdatio De rato eſt prætoria 11. Quòd ſi autem appareat eum omnino mandatum non habere, etiamſi ſatiſdationem offerat, tamen non admittitur inulto adverſario *12*. Nam qui facultatem non habet conveniendi, idem nec actionem ullam poteſt intendere *13*: niſi ſint conjunctæ perſonæ, utputa liberi, parentes, fratres, & affines, qui ſine mandato agere poſſunt, & ſe defenſioni conjunctarum offerre 14; præmiſſa tamen de rato cautione *15*. Item tenetur procurator actoris ſatiſdare dominum ſe in cauſa reconventionis defenſurum 16: & ſi hoc non faciat, repellitur ab agendo 17. Æquum enim eſt eum qui alterius nomine ut procurator actionem intentat, ejuſdem quoque defenſionem ſuſcipere 18. Rurſus jure veteri Reus inſtante actore tenebatur ſatiſdare Iudicatum ſolvi *19*; quæ ſatiſdatio

tres clau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

tres clauſulas in unum collectas habet, videlicet de dolo via do, De re defendenda, & De re iudicata 20, Sed hodie ta. tùm ſatiſdat Reus Iudicio ſiſti, ita quod uſque ad finem lis in judicio permanere velit 21: nec cogi poteſt ut ſatiſdet I. dicatum ſolvi. Procurator verò Rei tenetur ſatiſdare Iudic. tum ſolvi. nemo enim idoneus litis alienæ defenſor eſſe ce. ſetur ſine ſatiſdatione 22: niſi dominus litis in mandato obli gaverit omnia ſua bona, & ſic procuratorem hoc onere rel. varit 23. Quòd ſi procurator fuerit condemnatus, & habu rit mandatum, non tenetur actione in factum de re judicat. ſed ipſe dominus qui eum procuratorem conſtituit, ſi autem non habuerit mandatum, & ſe ipſum liti obtulerit, aut Defé ſoris loco cū ſatiſdatione intervenerit, ipſe tenetur & non dc minus 24: qui ſi ſeipſū defēdiſſet hāc ſatiſdationē, uti diximu preſtare non cogebatur 25. Porro fit Satiſdatio, vel idonea, ve ſimplici cautione. Idonea cautio eſt quę fit per fidejuſſores vel pignora, ſicut Idoneè caviſſe dicitur qui fidejuſſorē ve pignus 26. Fideiuſſores autē in judicio ut idonei habeātur da ri debēt locupletes, pro qualitate rei petitæ, qui æſtimātur t. ex patrimonio, & opibus, quā ex facultate cōveniēdi 27. Vn de is qui fori præſcriptionem habet non admittitur, niſi jur ſuo renuntiare paratus ſit 28. item patronus cauſſarum, liti. gioſus, & argutiarū plenus nō eſt idoneus fidejuſſor 29. Sim plex cautio eſt cum quis ſub hypotheca rerum ſuarum pro mittit Iudicio ſiſti 30; quam præſtant hi qui in loco *iudicii* immobilia poſſident, aut mobilia prætioſa 31. (nam illa duo æqualia cenſentur 32) hæc enim bonorum hypotheca loco cautionis eſt 33. Iuratoria cautio eſt, cum qui iurato recipit Iudicio ſiſti 34. qualem præſtant viri honorati, illuſtres, & clari 35. item hi qui propter neceſsitatem fideiuſſore vel pignore idonæè cavere non poſſunt, idque iureiurando confirmant 36: niſi reus ſit extraneus, aut de fuga ſuſpectus, tum enim potius arreſtari debet quam huic cautioni committi 37. Cui ſi quis non parverit, contra eum proceditur 38.

1. l. Pom-

1.l.Pomponius §.ratihabitionis ff.de procurat.l.unic,C,de ſatiſd,l.1.ff.qui ſatiſd,cogan.2. authent,de execut.§.1.& authent.libellum C.de lit.conteſt,3,Novell 112. cap. 2. & Novell. 96.4.Inſtitut.de ſatiſd.l,3.l,ſervum quoque l,fin.C,de procurat,5,l,generaliter C.de epiſc.& cleric.& in authent,de litigioſis §.ad excludendum 6.d.authent,7.d.l.generaliter 8,l.1,C.de procurat.l.1,C,de ſatiſdat.§.4.Inſtitut.eod.9.l.ſi procurator ff,de procurat. l.ne ſatiſdat ff. rem ratam habet l,unic.C.de ſatiſd.10,§,ſi vero inſtitut.de ſatiſdat.11.l.1.& l.2.ff,de prætor.ſtipulat,12.Dd,in l.1.C,de procurat,13.l.ſi pupilli §.ult.ff. de negot. geſt. 14.l. ſed & hæ ff.de procur.l.maritus l.exigendi C.eod.15.l.non ſolum ff,de procur. 16. d.l. non ſolum l. omnino l.ſervum §.ait prætor.eod,tit.17.l.actionem C.de procur,& l.mutus §.is qui ff, eod.18. d,l,non ſolum §,æquum 19.l.qui proprio §.qui alium ff.de procur.20,l. judicatum ſolvi l, primum ff,de judic,ſolven.21,§.2,Inſtitut.de ſatiſdat,22,d,l,qui proprio 23. Inſtitut. de ſatiſdat.§.ſin autem l,2,C,de juramen.propt.calumn.24,l,Plautius ff,de procur,25.§, ſed hodie Inſtit.de ſatiſd.26,l.mandato §.fin.ff.mandat,l,4,ff,de fideicom.libertat, 27,l,1.& l. 2,ff,de in jus vocan.ut eant.l.ſi arbitrio ff.qui ſatiſd.cogan.28.l.ſi fidejuſſor.ff.d.tit.29.Bart.in l.ff. fidejuſſor.ff.eod,& facit text.in l.11.ff.de alien. judic. mutan.30.l.1.ff.de prætor.ſtipul.§.3. Inſtitut.de ſatiſdat.31.Bart.Iaſon & alij in l.ſciendum ff,qui ſatiſd,cogan.32,l. lex quæ C. de adminiſtr,tutor.33,Angel,in d.l,unic,C,de ſatiſdat.34,l, fin.ff.qui ſatiſd. cogan,35,No. 53.Novel.vell.112,l,penult.& ult.C,de dignitat,36,l,fin,ff,qui ſatiſd,cogan.l,non cogandum ff.de procurat,37,l,ſi fidejuſſor l,ult,eod,tit,38,Novell,53.Iaſon in d,l,ſciendum.

TIT. XXVI.
De Reconventione.

RECONVENTIO eſt mutua petitio Rei contrà actorem in eodem judicio inſtituta. Non enim eſt iniquũ actorem ferre reum petitionem ſuam regerentem, & ...dem judicem adverſus ſe habere quem pro ſe ante eliget 1. ...jus proponendi duplex ratio eſt. Nec vel in quacũque par... judicii uſque ad concluſionem ſeorſum proponitur, & ſe...aratur à Conventione 2, vel ante litis conteſtationem, aut ...ltem ante præſtitum juramentum calumniæ proponitur, & ...ari paſſu cum Conventione procedit, atque adeo eadem sẽ...ntia definitur 3: quotiens quidem de utraque cauſſa pariter ...onſtat. alioquin licet Iudici pronuntiare ſolum de cauſſa li...quida, & in alia de qua non ſatis liquet ſupercedere 4, & lata ...ententia in cauſſa conventionis, poteſt Reus nihilominus ſu...m Reconventionem proſequi 5: & Iudex etiam quamvis fa...cta ſit appellatio à ſententia illa prima Conventionis, proce...dere ad ſententiam in cauſſa Reconventionis, quia cenſentur ...duæ cauſſæ, quarum una non impedit aliam. ſicut duæ ſunt ...ſententiæ eodem ductu latæ. Tot enim ſunt ſententiæ quot ...ſunt negotia, & litis ſpecies 6. Sed quamvis Reconventio lo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

cum habeat in omni cauſſa, ſive in rem, ſive in perſonam agatur, & coram judice Conventionis tam ordinario, quam delegato, tamen aliquando jure prohibetur 7. Et primo non admittitur Reconventio ratione cauſſæ, & judicii, veluti, In cauſa inquiſitionis, cùm Iudex inquirit de criminibus accuſati, non poteſt ille reconvenire, & petere ut idem judex in accuſatorem inquirat de alio crimine 8. In cauſſis executivis, & quandocunque negotium non patitur moram 9, veluti cum petitur executio debiti confeſſi. qui enim cōfitetur debitum, non poteſt actorem reconvenire, cùm habeatur pro condemnato 10. In actione Depoſiti, qua ſi quis conveniatur non poteſt corā eodē judice actorē ſuū reconvenire, ut ſimul procedatur, ſed tantum ut judiciū prorogetur, & poſtea de eo cognoſcatur 11. In judicio legis Diffamari 12. Item qui de criminali cauſſa conventus eſt, non poteſt cauſſæ civilis reconventionem proponere 13; nec etiam criminalis, niſi ſuam, vel ſuorum injuriam proſequatur. Debet enim antequam de alterius crimine audiatur innocentiam ſuam probare 14. Qui poſseſſorio judicio convenitur, Reconventionem inſtituere non poteſt 15. Et qui ſummario judicio convenitur, reconvenire actorem in cauſa ordinaria non poteſt, ut uno quaſi curſu procedat Conventio, & Reconventio, ſed ut prorogetur Iudex 16. Denique non admittitur quæ primū poſt cauſſæ concluſionem, aut poſt ſententiam definitivam proponitur 17. Secundo non habet locum Reconventio reſpectu judicis, ut ſi proponatur coram Iudice delegato, ad cujus iuriſdictionem ea non pertineat, niſi in eam rem ſpeciale mandatum habeat 18. aut ſi proponatur apud arbitrum compromiſſarium, qui juriſdictionem nullam habet. nam ſi vel arbiter juris ſit vel arbiter conpromiſſarius, juriſdictionem alioquin habens, vel electus ad totam cauſſam, apud hunc erit Reconventio admittenda 19. Nec Reconventionis cognitionem, atque judicium habet Iudex delegatus ad certam, atque præſcriptam aliquam cauſſam datus 20, neque judex delegatus qui utriuſque partis conſenſu electus eſt 21. Similiter ille qui

provocavit,

provocavit, reconveniri non poteſt, maximè ſi fuerit appellatum à ſententia diffinitiva 22. Apud Iudicem ſæculare non reconvenitur clericus de cauſſa ſpirituali, vel annexa 23, vel de crimine 24. Coram paribus Curiæ quorum juriſdictio tãtum ſpectat ad cauſſas feudales, non poteſt Reconventio proponi ſuper negotio non feudali 25. Vbi incidenter, & in modum actus extrajudicialis imploratur officium Iudicis, ibi nõ licet implorantem reconvenire; veluti ſi petatur donationem inſinuari, teſtamentũ aperiri, aut ſimile. Aliter atque ſi principaliter & in modũ actionis imploretur 26. His ergo, & paucis aliis caſibus exceptis, Reconventio locum habet in omni cauſſa, ut Actor apud eundem judicem reconventus, nullo etiam fori privilegio obſtante, ibidem ſe defendere cogatur, Reconventio enim fori incompetentis exceptionem tollit 27. Quamvis non permittitur Actorem reconventum ſimiliter reum reconvenire, ne mutuis litigantium petitionibus Iudex plus nimio gravetur 28.

1. l. 1. §. ult. ff. quæ ſentent. ſine appellat. reſcind. l. cum Papinianus C. de ſentent. & interloc, omn. judic. 2. Decius conſil. ult. Marant a tit, de reconvent. 3. gloſſa in Clement. ſæpe. de verb. ſignif. Felin. in cap. 1, de mutuis petit. Bald. in cap. cum veniſſet, de judic, 4. Dd. in cap. cum dilectus. de ordin. cognit, Bartol. in l. & conſequenter C. de ſentent. & interloc. omn. judic. 5, Socinus in cap. prudentiam de mutuis petit. Specul. tit. de reconven. 6. l. etiam, ff. de minor. 25. ann, Decius in cap. ſupponi de appellat Specul. d. tit. 7. l. nec non ff. ex quib. cauſſ. major, Bald. in d. l. & conſequenter 8, Innocent. in d. cap. 1. de mut, petit. Specul. tit. de inquiſit. 9. Bald. in d. l. & conſequenter, Socin. in cap. ex litteris de mut. petit. 10. l. unic. C. de confeſſ. Bald, in l. 2. qui ad libert. proclam. 11. l. ult. C. de compenſat. Bart. in l. cum is ff. de condict. indeb, 12. Blarer. in repetit. l. Diffamari 13. l. 2. §. ſed ſi agam ff. de judic. l, ult. C, de ordin. cognit. 14, l. is qui ff. de public. judic. l. neganda C. qui accuſ. non poſſ. 15. Innocent. & Abb. d. cap. 1. de mut, petit. gloſſ. cap. ult. de ordin, cognit. Hoſtienſis in cap. cum dilectus extr. de arbitr. 16. gloſſ. in d. Clement. ſæpe Bald. in l. 1, C. Vbi cauſſ. ſtatus agi oport. 17. d. cap. 1, de mut. petit. & ibi Dd. & in d. clement. ſæpe 18. cap. quoad de offic legat. Dd. in l. 2, & l. imperium, ff, de juriſd, omn. judic, 19. Bart. in l. non diſtinguemus ff. de arbitr. Specul. tit, de recuſat. 20. Bald, in cap. diſpendia, de reſcript. Specul. tit, de reconvent, 21. Bartol. in d. l. & conſequenter. Abb. in cap, 1. de mut. petit. Iaſon. in l. eſt receptum. ff. de juriſd. omn, judic. 22. l. 2. §. legatis ff. de judic. l, 2. ff. cum qui appellat. in provinc. defen. 23 cap. tuam de ordin. cognit. Innocent. & alii in d. cap. 1. de mut. petit. 24. cap. uno de cler. conjung. 25, Innocent. in cap. ceterum de jud. 26. l. quintus ff, de annuis legat. cap. fin. de offic. judic, 27. d. cum Papinianus 28. Dd, d. loco.

TIT. XXVII.
De Interventione.

FREQVENTER accidit ut tertius aliquis ratione ſu
juris in cauſſa interveniat: idq; vel principaliter, cùm i-
ſius jus, & intereſſe omnium maximè agitur, pro quo d
impediendam, ac evertendam cauſſam intervenit 1, vel acc
ſoriè, ſi una cum principali litigatore adſiſtit cauſſæ, in q
ipſius jus, & intereſſe conſequenter venit 2. Nec enim adm
titur Interveniens, niſi ipſum cauſſa in judicium ab alijs c
ducta ratione ſui juris, & intereſſe quoque modo contingat,
& illud prius ſummariè probet per juramentum, aut unũ t
ſtem, aut per aliquam aliam ſemiplenam probationem 4. In
mo tenetur Iudex repellere quemcunque malitiosè ad pr
trahendas lites intervenire adnimadverterit 5. Sed ubi In
tervenientis jus, & intereſſe aliquatenus liquet, & perſona a
ta ad agendum eſt, tum locum habet Interventio in quacu
que parte judicis tam ante, quàm poſt litis conteſtationem, a
que adeo poſt latam ſententiam ad impediendam executio
nem 6: niſi fiat executio in re ab Alio poſſeſſa, tunc enim
petitur executio in re petita, tertius interveniens non imp
dit executionem, ſed victor poſſeſſori præſtat cautionem ſe
um defenſurum contra tertium 7. Quin etiam poteſt Inte
ventio proponi in omni cauſſa ordinaria, vel delegata 8, c
vili, aut criminali inſtituta civiliter pro alicujus intereſſe 9,
petitorio, & poſſeſſorio, ubi tertius interveniens pro ſuo inte
eſſe rectè dominium intentat litigantibus de poſſeſſione recu
peranda 10, & ſi ipſius jus deduci ex actis, vel incontinẽti pro
bari poſſit, differtur poſſeſſorium. aliâs ſi de ejus jure non ſta
tim apparet peragitur poſſeſsorium, præſtita cautione indem
nitatis 11. In cauſſis appellationis in quibus interveniens ap
pellare, vel ab alio interpoſitæ appellationi adhærere poteri
12, dum tamen intra decem dies & poſtquam certam & per
fectam notitiam latæ ſententiæ habuit 13. In immiſſione ex
primo decreto, cujus revocationem tertius petere poteſt 14
Forma autem, & ratio procedendi in Interventione non eſt e
adem una: ſed pro qualitate intervenientis diverſa. Nã ſi ter
tius pro ſuo intereſſe ad judicium accedit ut alterum ex litiga

toribus

oribus excludat, & depellat à re repetita, quam ad ſe perti=
ere principaliter contendit; tunc ab initio poteſt ſuas allega=
ones deducere, non retardato ordine judicii, & litis incœp-
æ 15: aut ſe ad iudicem ſuum remitti petere 16. ſi verò acce-
lit, ut Reum, vel actorẽ defendat, & una adſiſtat cauſsæ, quæ
pſum, & principalem æquè concernat: tunc iudicium in eo
tatu in quo verſatur ſubire cogitur 17, atque eiſdem iudicia=
iis actibus quibus principalis adſtringitur 18. Vnde tertius
non tenetur libellum novum edere, & litem conteſtari ubi ab
ipſo principali libellus exhibitus & lis conteſtata fuit 19. Sed
nihilominus iudicem ſuſpectum recuſare, exceptiones dila=
orias opponere poſt litis conteſtationem poteſt 20, adhoc ar-
iculos interventionales ad jus ſuum pertinentes exhibere, &
novos teſtes ſuper eiſdem, vel contrariis articulis producere
permittitur, nondum publicatis atteſtationibus. Nam poſt
publicationem atteſtationum hoc non eſt licitum, ſi ſcivit li=
em motam, nec intervenit 21; niſi talis caſus eſſet quo hoc
potuiſſet etiam ipſe principalis facere 22; vel niſi ſuper novis
articulis teſtes producantur 23: ſi verò ignoravit, & ideo non
potuit prius intervenire, tunc publicatio non impedit teſtiũ
productionem 24: at poſt concluſionem ne inſtrumenta qui=
dem, nedum teſtes, proferre licet 25. Ceterum tertius ſciẽs
cauſſam ante ab alio in judicium deductam, & agitatã, nec
contradicens, vel judicialiter proteſtans, nec à lata ſententia
appellans, præjudicium ſibi parat, ſaltem quoad poſſeſſio=
nem 26.

1. l. ſi præluſorio, ubi Bartol, & l, ab executore ff. de appellat, 2. cap. cùm ſuper, de re judic. & ibi Felin, 3, cap, quamvis, eod, tit, l, ſæpe ff, eod, 4. Innocent, cap, veniam, de teſtib, Felin, cap cum ſuper de offic. delegat, 5, cap 2, de procurat. lib. VI. d. l. ſi præluſorio & d. l. ab executore, 6. l. à divo Pio ff. de re judic, ubi Bartol. l, fin, C. de edict. divi Adriani toller. cap. veniens de teſtib, 7. l, Sticho l. is à quo fundus ff de rei vendic. & ibi Bartol. l. penult ff, de petit. hæred. 8. Abbas & Felin. d. cap. veniens, Rota deciſ, 107, in novis 9. Cravet. conſil, 14. 10. Abb, & Imola cap. in litteris de reſtitut. ſpoliat. Felin. d, cap, cùm ſuper Rota deciſ, 149, in novis 11, Bartol, & Alexan. in l. ſi Aliorum ff. de procurat. Anton. Gabriel. lib. V. Commun. concluſion. 12. Bart. in d. l. ſi præluſorio Abb. & Innocent, d, cap. cùm ſuper 13. gloſ. in cap. ut circa, de elect. Bartol, in l. à ſententia ff. de appellat. Didac, Covarr. cap. 15, practic. quæſt, 14. Contardus in l, 1. C. ſi ſe moment. poſſeſſ, Vant. de nullitat ſentẽt tit. quis poſſit, dicere de nullit, 15. l penult, ff. de petit, hæred, arg l. is à quo ff. de rei vendicat. Angel. in l. ſuſpecta ff, de in offic, teſtam, 16, Bartol. in d, l. ſi præluſorio Corn, conſil. 79. volum. 4. Mynſing, cent. 5, obſervat.

14, 17. d, cap. veniens cap, fin, Vt lit penden, Clement. conſtitutionem, de elect. 18. Bald. in l. ſi in eo tempore C. d remiſſ. pignor. 19. Angel. in d, l. ſi ſuſpecta, Innocent. in. d. cap, cum ſer. Afflict. deciſ, 235. 20, Dd. in cap. exception. de exception, Angelus in l. ſi quis libertatem, de petit. hæred, 21, Bart. in d. l, ſi pr eluſorio Innocent, de cap. cum ſuper 22, Bald, in authen. nunc ſi hæres C, de litigioſis 23. authent, qui ſemel, C. de probat. cap, fraternitatis de teſt. 24. d, l. ſæpe, cap. quamvis extr. de re judic. Imola in d, l, à ſententia 25. l. ſub ſpecie C, de judic, cap. cùm dilectus ubi gloſſ, de fide inſtrumen. 26, Bald, in l. 2, C, cod. Alexand, in d. à divo pio Abb, in cap. ſuborta de re judic, Felin, cap. penult, eod. tit.

TIT. XXVIII.

De Autoris Laudatione, ſive Nominatione.

QVI in judicio de re aliqua convenitur quam ſuo vel alieno nomine poſſidet, is Autori litem motam denuntiare poteſt, ut ad cauſſam defendendam aut inſtruendam veniat 1. Nomine autem ſuo vel pro ſuo poſſidet, qui putat ſe eſſe dominum ex cauſſa quam ab autore accepit, ut eſt emptor, vel alius poſſeſsor cum titulo; cui ſi fortè tertius Quictionis gratia litem moveat, neceſſaria eſt Laudatio autoris ſive venditoris 2: quæ fit ante litem conteſtatam, quando cauſſa eſt lucrativa; at in cauſſa oneroſa admittitur in quacunque parte judicii uſque ad ſententiam 3: & omiſſa in prima inſtantia, poteſt fieri in cauſſa appellationis 4: nec ſufficit autorem laudatum de mota lite certiorem facere, ſed oportet eum citare & in citatione motam litem denuntiare, quod veniat ad defendendum Reum conventum in cauſſa evictionis, & litis, inſtitutæ 5, aut ſi plures ſunt hæredes autoris, omnes in ſolidum denuntiari debent omneſque cauſſam in ſolidum defendere tenentur, non quiſque ſuam tantum partem 6. Alieno verò nomine poſſidere dicitur tam is qui jus in re non habet, ut colonus, inquilinus, commodatarius, quàm is qui habet jus in re ut emphyteuta, vaſallus, fructuarius, ſuperficiarius, creditor, & ſimiles, ad quos itidem pertinet laudore ſive nominare dominum autorem 7: quod fieri debet ſtatim poſt motam litem 8, atque adeo libelli oblationem, vel litis conteſtationem, priuſquam Reus reſpondeat 9: in quam rē Iudex concedit indutias pro ratione diſtantiæ locorum, intra quas denuntiare poſſit litem domino: qua dilatione pendente differtur

differtur proceſſus, niſi autor laudatus ſit præſens, in loco judicij, quia tunc nihilominus proceditur 10. Quòd ſi dominus venire noluerit poſtquam per legittima edicta fuit vocatus ad defendendam cauſſam, tunc agens per viam primi decreti à Iudice habita ſummaria cognitione mittitur in poſſeſſionem rei petitæ, integra tamen reverſę proprietatis quæſtione 11: Reus per ſolam nominationem ab inſtantia judicij abſolvitur, & libellus datus contra Reum dirigitur cõtra dominum 12: quod ſecus eſt in venditore, autore laudato; quo non comparente, & accuſato terna contumacia fit litis conteſtatio in ipſius contumaciam, & pari paſſu proceditur cum emptore convento præſente, & venditore laudato contumaciter abſente, ac demum ſententia lata contra emptorem cõventum mandatur executioni contra venditorem laudatum 13. Sed ſi Reus ſit contumax, vel nominet dominũ poſt tempus, ut in fine litis, vel non nominet omnino, ſed ipſe cauſſã defendat & ſuccumbat, non præjudicat neque nocet domino 14. Rurſus ſi reus conventus agentem poſſeſſorio recuperandi ſpoliavit, vel mandavit ſpolium fieri, vel ratam habuit ſpoliationem, tunc non admittitur laudatio domini; quoniam convenitur de delicto & facto proprio, ex quo non poteſt judicium declinare 15. Quamvis alioquin Laudatio autoris locum habet in judicio poſſeſſorio ex cauſſa poſſeſsionis recuperandæ 16, & in petitorio, ubi quis convenitur actione reali, vel mixta 17, de re immobili, vel etiam mobili, 18, dummodo ſuper tota re in ſolidum conveniatur 19. Nam ſi quis de eo tantum jure quod in re habet convenitur, ut vaſallus, vel emphyteuta, hic ratione iſtius juris cauſſam defendere tenetur, nec laudatione domini autoris liberatur, eò quòd ipſe ſit autor juris in judicium deducti 20: ſicut maritus in dotem agens, vel defendens principaliter, agere vel defendere dicitur ratione juris quod habet 21, & fructuarius reſpectu juris quod habet in re, tenetur ad exhibendum 22. Laudari autẽ debet proximus Autor, non autor Autoris, niſi fortè ipſi actio

cedatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

cedatur per autorem contra illum 23: qui tum venire ten-tur ad defendendam litem, vel adſiſtendū cauſſæ, eamque ta-bulis, ac teſtibus inſtruendam 24, litis expenſas pro reo ſuffe-re, & omnia præſtare quæ inter ipſos conventa fuerunt 2. Nec poteſt opponere declinatoriam fori, ſed cogitur defe-dere in foro rei conventi 26, etiamſi Autor ſit perſona privil-giata, ut clericus, nobilis, vidua, pupillus, aut in alia provi-cia conſiſtat 27. Vbi enim judicium ſemel cœptum, ibi pro-pter connexionem cauſſæ finiri debet 28. Et hæc de autor laudatione ſive nominatione; quæ eadem ſunt; ſicut Laudar ſignificat nominare, & qui diverſa faciunt ignorantie Lati ſermonis labuntur.

1. l, autore C. de evict, l. 1. & 2. C. Vbi in rem 2, l, emptor C. de evict. 3. l. ſi rem §. fin, ff. co d, l. emptor. 4 gloſſ, in d. l. ſi rem 5, Angel. in d, l. emptor Alexan. in l, non ſolum ff. de ope novi nuntiat. 6. l. in executione §, in ſolidum l, cum ex cauſſa ubi gloſſ, ff, de verb. obligat 7. d l. 2, & gloſſ. ibid. 8, Bart, & Bald, in d, l, 2, 9, Specul. tit de primo decreto 10, Maranta tit, d laudat. 11, d, l. 2. ubi gloſsa. cap. quoniam frequenter. extr. ut lit, non conteſt. 12. Alberic. & Caſtrenſ. in d, l, 2, Decius conſil. 62, Maranta d, tit. 14. Dd. in l. peregrè ff. de adquir. poſſeſ. 15, Menoch. in tract. recuperan. poſſeſſ. 16. Bart. in d, l, 2. 17. l, 1, & 2. 1. Vbi in rem & Bart ibi & in l. officium ff. de rei vendic. 18, authent. qui in provincia C, Vbi de crimin. Bart. & Dd. in l. 2. 19. Gloſſa & Bart. ibidem 20. gloſſa ibidem Socin, d, cap. quoniam frequenter, 2 l, ſæpe ff. de re judic, 22. l. Celſus ff. Ad exhiben. 23. l, ſi res l. in creditore ff, de evict. 24. l, ſi plu ff. eod. l, ſi parentes C, eod, l, penult, C. de peric. & comm. rei vend cap. fin, extr. de empt. & vē dit. 25, Bart. in l. qui abſentem ff, de procurat, Bald. Angel, & Caſtrenſ. ibidem 26. l, 1 C, Vb in rem act. l, venditor ff. de judic. gloſſ. in l. 1, C. de his quæ pœn. nom. 27, d, l. venditor 28. l, Vb cœptum ff. de judic.

TIT. XXIX.

De Litis Conteſtatione.

Litis Conteſtatio fit cum poſt libellum actoris in jure prolatum, & ſecutam reſponſionem rei, Iudex de cauſſa cognoſcere incipit 1: quæ eſt principium, & fundamen-tum judicij, & vim maximam, & varios effectus habet. Nam litigatores inſtantiam quaſi contractu quodam obligat 2, & judicij ſubjicit ita ut ãplius recuſari nō poſsit; niſi nova aliqua ſuſpicionis cauſſa superveniat 3, actiones annales, vel triginta, aut quadraginta annorum ſpatio perituras, in quadrageſimū uſque annum à tempore quo litigatores litem cœptum perſe-

qui

qui deſierunt, producit, & ad hæredes tranſmittit 4. Exceptiones dilatorias excludit, quas poſt litem conteſtatam nō licet proponere 5, exceptis certis caſibus de quibus ſupra. Libelli mutationem impedit 6. Vnde cautio pro Reo traditur, ut ſi videat libellum actoris ita ineptum, ut ex eo ſententia lata non valeat, quam primum conteſtetur litem, ne emendari, aut mutari libellus poſſit 7. Sententiæ definitivæ vim, & vigorem tribuit, atque conſervat; quam Iudex lite non conteſtata, ferre nequit 8 Omnem præſcriptionem atque uſu capionem à reo inchoatam interrumpit 9. Reum conſtituit in mora, atque in mala fide quantum ad id quod intereſt, damna, ſumptus, fructus, reliquaſque acceſſiones lite pendente factas 10. Procuratorem litis dominum ita efficit, ut poſtea eo invito nec in dominum principalem, nec in alium lis trāſferri queat 11; ipſe autem alium ſubſtituere poſſit 12: ſicut tutores, & curatores poſtquam litem conteſtati ſunt, procuratores conſtituere poſſunt. Nam ante litis conteſtationem ex perſona ſua in rem pupilli, vel adoleſcentis actorem conſtituere debent, non procuratorem 13. Quapropter Litis conteſtatio in judicio ordinario utiliter adhibetur, & ne partium quidem conſenſu, nec judicis autoritate omitti poteſt 14. Immo ſi litigantes fortè eam omiſerint poteſt Iudex ex officio illis mandare ut litem conteſtentur; vel in contumaciam litem habere pro conteſtata 15. Sed in cauſis ſummarijs, vel ubicunque ſine libello ſummariè & extra ordinem proceditur, non eſt neceſſaria litis conteſtatio, & ad teſtium receptionem ſententiæque definitivę prolationem nihilominus, perveniri poteſt 16: quoniam per actum proximum qui eam alioqui ſequi ſolet, lis pro quaſi conteſtata habetur 17. Fit autem Litis cōteſtatio duobus modis, Affirmativè ex parte actoris & Rei, quando actor in libello narrat, & adfirmat rem petitam ita ſe habere, Reus ad narrata, & deducta verbis adfirmativis claris, & perſpicuis reſpondet, & vel ſimpliciter fatetur petitionem, & nullam exceptionem, vel conditionem objiciens ſe ad ſolutionem & præſtationem ejus quod petitur rectam offert: vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

cum modo, conditione, & qualitate quadam exceptionem aliquam opponit, ut quia tranſactum, judicatum, ſolutum, fuit. Negativè ex parte rei conventi intentionem actoris deductam in libello negantis, ſive explicitè & ſimpliciter abſque conditione, qualitate, & circumſcriptione expreſſè diffitendo, ſive implicite hac forma. Nego narrata prout narrantur, & petita ut petuntur, ſalvis juribus & defenſionibus, ſuo loco & tempore producendis. Qua implicita negatione adſerit actoris narrationem nec veram omnino, nec etiam omnino falsam eſſe: licet veritas, & falſitas non appareat, unde ex illa non poteſt de ſimplici negatione coargui, per quam alioquin incurreret pœnam negantium 18: nec etiam de judiciali confeſsione, ut veluti confeſſus pro condemnato habeatur 19. Nec eſt neceſſe Reum expreſſe dicere, ſe animo conteſtandi litem reſpondere. Nam eo ſemper animo reſpondiſſe creditur, niſi cōtrarium expreſſè proteſtatus fuerit 20. tunc enim ejuſmodi proteſtatio de non conteſtanda lite impedit litis conteſtationem 21, & eſt neceſſaria in oppoſitione exceptionum dilatoriarum, quando reus non ſimpliciter in finibus earum manet, ſed ulterius in cauſſa ad affirmationem, & negationem defenſionemque procedit 22. Si tamen Iudex reum jubeat litem conteſtari, iſque libello ſimpliciter negative reſpondeat, cōteſtandi animo reſpondiſse creditur 23. & cōtrario facto à proteſtatione receſsiſse; quia contrarium factum proteſtationis effectum tollit 24. Si vero ſecundo proteſtetur, Iudex eum contumaciæ ſuæ nomine omnibus juris remediis, etiamſi captis pignoribus, & per apprehenſionem, compellere poterit ut litem conteſtetur 25. ſed ſi ea compulſione ſe gravatum ſenſerit, provocare poterit 26. Neque etiam refert per dominum litis an ejus advocatum procuratoremve facta fuerit, dumſtamen ab illis facta petitio reſponſione, à domino non revocetur 27: & ideo cùm per litis conteſtationem actoris conditio melior reddatur, ejuſdem advocatus debet quàm poteſt citiſſime litem conteſtari; contra advocatus rei, cujus conditio iniquior efficitur, conteſtationē, quam diu poterit differre 28

1.l.2.C.de jurejur.propt,calumn,claud; l.rem non novam §,patroni C, de judic,cap,1,de lit.conteſt.2.l,is qui ſe obtulit, & ibid.gloſſ.ff.de rei vendic.l.ſed etſi ſuſceperit ff. de judic, l.nemo C,de juriſd.omn.judic.3,l.apertiſſimi C,de judic.l.fin.C.de except,4.l. 1.C. de annal. except.l.fin.C,de præſcript,30,vel 40.annor.5,l, exceptionem C, de probat, l. Pomponius ff, de procurat,cap,paſtoralis de except,cap,monaſterium de ſentent, & re judic.6,l,3,ubi Dd. C,de eden,l,non poteſt ff,de judic.7,Cæpollo Cautela 194.8.authent,de exhib. rei §,ſi verò etiam cap,1.de lit.conteſt,cap.dudum de elect.9 d.l.fin.C.de præſcript.& ibi Bald. l, moræ C.de rei vendicat. 10.l.certum & d.l.moræ C.de rei vendic. l. cum poſtulaſſem ff. de dam. infect.11.l.procurator C,de procurat.l.poſt litem ff,eod,cap.quamvis tit.eod. 12. Rota deciſ, 122. & 146.in novis 13,l,neque C,de procurat.14.cap.unic,de lit,conteſt.cap, de cauſſis de offic.deleg,Rota deciſ.4,de lit,conteſt,in novis 15.arg.l.2.C,ubi in rem actio gloſſ,in authent,qui ſemel,C,quom & quan,jud.16.Card,in Clement,ſæpe de verb ſignific.Socinus in cap.quoniam frequenter ut lite non conteſt,17.Bart.& Bald.in l, nulla & in l, nihil C. de procurat. Cardin in Clement,conſtitutionem de elect, Abb. in cap, inſinuante de offic. deleg. 18.l.fin.ff,de rei vendic.authent,item poſſeſſor,C.qui potior.in pign,habean,19,l.1,C,de confeſſ.20.Rota deciſ,12,in antiq.21.d.cap.unic.de lit,conteſt.cap.1.eod.tit, 24.cap. cum M. Ferrarienſis extr,de conſtitut.& ibi Canoniſtæ Bart.& Dd. in l. non ſolum §. morte ff. de novi oper.nũtiat.25,Bald,in l.1.C,de lit.cõteſt. Alexan.in l. ſi finita §,Iulianus ff.de damn. infec,26,Panormit.in d.cap.unic,27.cap.cum cauſam extra de appellat. 28.Cæpolla Caute 195.

TIT. XXX.

De Iuramento Calumniæ.

POST Litis conteſtationem ſequitur Iuramentum calũniæ; quod litigantes præſtant de æquitate cauſſæ, quam habere credunt. Eſt enim hoc juramentum credulitatis, non veritatis, aut ſcientiæ 1; præſtaturque juſſu, & autoritate judicis 2, adverſario præſente in judicio, vel procuratore ejus 3; & quidem in exordio litis facta conteſtatione 4, aut ſi ibi præſtitum non fuerit, in qualibet parte judicij uſque ad concluſionem 5, poſt quam nec peti debet, nec præſtari, ut eſt cõmunis Interpretum opinio *6*: etſi nonnulli putant ex mero judicis officio etiam poſt concluſionẽ admitti 7. Ad hoc præſtatur tam in appellatione, quàm in prima inſtãtia *8*, & in omnibus cauſſis in quibus neceſſitas probationis incumbit *9*: ob quod non exigitur in quæſtione notoria, quæ nulla probatione indiget; neque in iis quæ per modum voluntariæ juriſdictionis, vel extra ordinem expediuntur *10*. Prior autem jurat Actor, deinde Reus *11*, & cum uterque & Actor & Reus eſt, ut in duplicibus judiciis, familiæ erciſcundæ, finium regundorũ,

communi dividundo, tum is primùm jurat qui ad judi
prius provocavit 12. Nec refert utrum litigatores in judi
diſceptent ſuo nomine, an alieno. Nam & tutores, curator
aliæque ſimiles perſonæ quæ generalem rerum alienarum a
miniſtrationem autoritate legittima gerunt, cujuſmodi ſu
civitatum, xenodochiorumque rectores, eccleſiarum præla
univerſitatum, & collegiorum ſyndici, monaſteriorum Oec
nomi, etiamſi ſpeciale ad hoc mandatum non habeant, in ſ
am tamen propriam animam de calumnia jurare tenentur 1
Advocati quoque & procuratores cauſſarum ex juris comm
nis diſpoſitione debent jurare in dominorum, & propriam ſ
um animam, ſi modo ad hoc ſpeciale mandatum receperin
ſine quo non poſſunt *14*: neque tunc poterit Iudex compell
re principalem ad jurãdum de calumnia; niſi ille fuerit vir m
lior, & de cauſſæ veritate inſtructior, quàm procurator *1*
Quòd ſi lıtigatores noluerint jurare, legittimas ſubeunt po
nas: & Actor quidẽ ab inſtituta actione cadit, Reus verò p
confeſſo habetur *16*, accedente demum Iudicis ſententia d
claratoria 17, ante cujus probationẽ ſi poſtea velint ſuam c
tumaciam purgare, atque de calumnia jurare parati ſint, d
ctam pœnam evitant 18: immo ſi ante hujuſmodi ſententia
latam moriantur, eadem pœna quaſi nondum commiſſa, a
verſus ipſorum hæredes non tranſit *19*, Procurator & Adv
catus nolens jurare in animam propriam, domino nocet, & i
ſupradictam pœnam incidit ex rigore juris 20: quamvis ex b
nignitate Iudicis, & moderatione, vel à peragenda cauſſa r
pelli, vel pecuniaria pœna multari poſſit ob negligentiam ſ
mul & pervicaciam, quod tandem poſt litem conteſtatam ag
noſcit ſe iniquam cauſſam fovere 21. Ceterum ſi hoc calum
niæ juramentum in tota lite omiſſum, nec à parte exactum fu
erit (ſicut conſuetudo quibuſdam in locis ejuſdem obſervati
onem penitus tollit) tacitè remiſſum fuiſſe cenſetur, & ſine e
proceſſus judicialis valebit *22*; at ubi fuerit exactum, omnin
præſtari oportebit nec poterit expreſſa litigantium pactione
remitti, aut etiam à judice negligi; cum ſit de ſubſtantia judi
cij, adeo

ij, adeo ut ſic omiſſum vitiet totum proceſſum,& ſententiam x eo latam nullam reddat 23. Quamvis remittitur parentius, & patronis cōtra liberos, & libertos 24, feudatariis in cauſis feudalibus, ubi ſemel fidelitatem præſtitiſſe ſufficit 25, procuratoribus ex officio à judice parti datis quod ad æquitatem cauſſæ, non item quo ad proceſſum judiciarium proſequendū 26: nec exigitur ab advocatis in ſingulis cauſis, ſed ſatis eſt illos cum ad poſtulandi munus fuerunt admiſsi, hoc juramentum generaliter in omne vitæ ſuæ tempus, & ad omnes cauſſas præſtitiſſe 27, ut conſuetudo fori paſsim obſervat, quæ hac in e juri communi derogat. Forma autem Iuramenti calumniç talis eſt, Primo jurat actor quod non vexandi, aut calumniandi adverſarium animo litem inſtituerit, ſed exiſtimarit bonam & juſtam ſe cauſſam habere 28: & Reus cōtra jurat, quod putans ſe bona inſtantia uti ad defendendum venerit 29: Deinde jurat uterque quod interrogatus à judice veritatem quam ciet fatebitur. Quod præſentis controverſiæ nomine non judici teſti, aut alteri alicui, neque per ſe, neque per alium aliquid dederit, dabitve, promiſerit promittetve quo eos corrumpat, exceptis iis quæ advocato, procuratori, notario aliiſque perſonis patrocinii cauſſa leges dare permittūt 30. Quod nulla probatione, vel allegatione falſa uti velit, nec dilationē aliquam in fraudem adverſarii, vel ad protrahendam litem petiturus ſit 31. Porro huic juramento calumniæ adfine eſt Iuramentnm malitiæ, quod ex officio judicis defertur quando aliquid malitiosè propoſitum putatur, aut præſumitur. Non enim ſemel duntaxat, ſed quotiens Iudici æquum viſum fuerit, à litigatoribus etiam invitis præſtari debet, tam ante quā poſt litem conteſtatam, in quacunque parte judicii, etiamſi Calumniæ juramentum præſtitum ſit 32: atque in omnibus etiam cauſsis ſive civiles, ſive criminales, ſive mixtæ ſint 33: ſive plenaria ac ſolemnis, ſive ſummària & de plano cognitio fiat 34. Pœna recuſantis hoc juramentum eſt quod habeatur pro confeſſo ratione illius articuli ſuper quo pars petit jurari de malitia 35.

1.l.2.C.de juram.propt.calumn.§.1.Inſtitut. de pœna tem.litigan.2.d.l.2,3.l. generaliter.C.de jurejur,d.l. 2, authent.principales 4.cap.1.extr.de jurā.l.calū.rem non novā,C.judic.5.cap.1.de juram.calum.lib,VI.6.gloſſa in cap. ex literis de jurejur. Curtius in l. admonendi ff.eod.7.Bald.in l,1.C.de juram.calumn. Maranta.tit,eod.8.cap,2.de juram. calumn.lib.VI.9.l,in omnibus cauſsis l.cum & judices C.eod.10. Bald,in d.l.1.Specul. tit. de juram.calum,11.l.2.C.eod,12.arg,l.in tribus ff. de judic.13.d.authent.principales d.l. 2 cap.in pertractandis cap.imperatorum extr.de juram.calū.14.d.l,2.l.qui bona ff.de damni infec.cap.penult.& ult.de extr,de juram,calum.15.gloſſ.ult.in cap. 1.de judic.lib.VI.arg. ult,C.de procurat.16.l.ſi non fuerit.ff.de jurejur.d.l.2.cap.fin.de jurejur.17.authent.hoc ſacramentum C.eod.d,l.2.§.quod ſi actor. & ibi Bartol.18.Bart,Cynus & Caſtrenſ.in d.§ quod ſi actor.Socinus cap.fin.de juram,calum.19.l. eum qui delatorem ff. de jure fiſc. & ibidem Bartol,20,l,ſi procurator.C.de procurat. l.ſi remunerandi ff, mandati, Rota deciſ. 1 & 2,de juram.calum.in novis 21.l,ſancimus & d.l.rem non novam C.de judic.Rota deciſ.1.22.d.cap.1.de juram.calumn.lib.VI.Bart,& Bald.in l.fin.C,eod,tit,23.l.2,§.ſed quia veremur C,de juramen. prop.calum.dan.l. qui jusjurandum & l.ad pecunias ff.de jurejur. Dd.in cap.1.extr.de juram,calum.24.l.licet.ff.de obſeq.parent.& patron.præſtan.l,ſi patronus ff.de jurejur.25.cap.unic.de conſuet.recte fund. Afflict.Conſtit.Neapolit.quæſt. 12 26.l.ſed ſi quis ff.quem ad,teſtamen,aper.27.arg,d.l,rem non novam 28, d.l,2, C, de juram,calum.§,item actoris Inſtit.de pœna temer.litigam.29.d,l. 2.Inſtitut.d,tit,30.authent. principales C.de juram.propt.calum,dan.31.l.1.C.de juramen.calumn.Specul. in tit. de juram.calum.§,nunc dicamus 32,cap.2.de juram.calum.lib.VI.cap.cum dilectus extr.de elect cap,præſentium & cap,penult,extr.de teſtib.33.arg,l.2,C.de juram propt. calumn,dan.l.fin C.de fide inſtrament. 34. Clement ſæpe de verb, ſignific. 35, Socin. in cap. fin. de confeſsi lib.VI.

TITVLVS XXXII.

De Poſitionibus.

POSITIONES ſucceſſerunt in locum interrogationū quæ ante litis conteſtationem olim proponebantur, ut per eas actor ex reo univerſum cauſſæ ſtatum cognoſceret, & onere probandi liberaretur; veluti ſi hæreditas peteretur, rogari ſolebat an hæres eſſet, & qua parte; utrum ab inteſtato, an vero ex teſtaméto,& an ipſi hæreditas proprio nomine, an per eos quos ſuo juri ſubjectos haberet, vel etiam cui hæres extaret, adquiſita foret 1. Similiter Poſitiones continent præcipua capita controverſiæ ex libello deducta, ad quæ adverſarius veritatis dicendæ, cauſſa reſpondere tenetur 2, Fiunt enim ab actore pariter, & reo, ut alleventur difficultate & onere probandi ejus quod confeſsione, ſive reſponſione alterius conceditur 3. Sed actor prius, deinde reus ponere debet 4, atque etiam tertius aliquis in judicio comparens, ratione ſui intereſſe poſitiones exhibere poteſt 5, & quilibet qui ad-

nittitur ad probandum, niſi renuntiaverit probationibus 6.
Et exhibentur priuſquam ad aliquod probationis genus de-
veniatur intra terminum ad probandum datum 7: quo elap-
ſo non admittuntur, nec tenetur pars illis reſpondere 8: etſi
judex ex æquitate poteſt accipere moræ purgationem, quan-
do jus adverſarij nõ ſit deterius 9: et ſi opus videbitur in qua-
cunque parte judicij poſitiones admittere 10. Iudicis enim
officium in eo verſatur, ut re cognita ſtatuat quando poſitio-
nes, & quæ producendæ vel rejiciendæ ſint 11, Debent autẽ
Poſitiones formari ex libello eique ſimiles, & conformes eſſe
12, & ſingulæ non amplius quàm unum factum continere.
Nam poſitio multiplex, & quæ plures eaſque diverſas res u-
no contextu proponat, non admittitur, nec tenetur adverſa-
rius ad eam reſpondere, niſi prius illa diſtinguatur 13, Sicut
nec admittenda eſt Poſitio impertinens, & extra cauſſam, tam
incidenter quàm directe & principaliter 14, contraria & ſecũ
diſſidens, incerta, captioſa, negativa, quæ probari non facile
poteſt 15, interrogativa, alternativa, obſcura, dubia; quæ
nullam meretur reſponſionem niſi prius declaretur 16. Quan-
quam Poſitio alternativa tollerari poteſt eiſdem ex cauſsis ex
quibus valet libellus alternativus, cui debet eſſe conformis ut
ante dictum eſt; vel quando agitur de facto alieno, ubi tollera-
bilis eſt ignorantia 17, Atque etiam poſitio interrogativa ex
parte admittitur, ut Conduxit in quinquennium, aut dicat in
quot annos, Emit tanto pretio, aut dicat quanto, quæ cautio
pro actore utiliter traditur, ubi eſt inopia, & difficultas proba-
tionum, quia tunc reus tenetur fateri 18. Item rejicitur Poſi-
tio quæ ponentem non relevat 19. Quæ crimen aliquod cõ-
plectitur, aut injuriam infert, quod videlicet adverſarius ſit
perjurus, adulter, hæreticus, vel mendax & levis 29. Quæ nõ
in facto ſed in jure ſcripto conſiſtit; quod cùm per ſe certum
& clarum ſit, probatione nulla indiget 21; etſi aliud eſt in præ-
ſumptione juris 22, & in jure municipali ſive ſtatuto, vel cõ-
ſuetudine 23: de quibus ſi mentionem faciat poſitio, admit-
titur; quoniam ea facti ſunt & incerta, ideoque in judicium
deduci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

deduci poſſunt 24. Quæ fit in ſummario poſſeſsionis judi[illegible] in quo cùm ſūmariè procedatur nec ſit neceſſaria plena pro batio, non debent fieri poſitiones, ne plena probatio quæ[illegible] videntur 25. Quæ non exprimit tempus contractus aut fac[illegible] veluti ſi ſimpliciter ponatur Mutuavi tibi decē: quia talis P[illegible] ſitio non meretur reſponſionem, & non reſpondens pro co[illegible] feſſo minimè habetur 26. Poſitiones verò receptæ probāt co tra ponentem tanquam confeſſum vera eſſe quæ in illis con[illegible] nentur 27: adeo ut revocari talis confeſsio tanquam judicia[illegible] nequeat 28, niſi incontinenti revocetur 29, vel nondum à ju dice admiſſæ, & inter acta relatæ ſint poſitiones 30, vel den[illegible] que niſi de errore ſuo legittimè doceat 31, Nam qui errat n[illegible] fatetur 32.

1.l,1.& l,3.ff,de interrogat.action. l,ſi defenſiones ff. eod.2. Specul,tit, de poſition.Ioan. Andr.cap,ſi poſt præſtitum de confeſſ, 3.d.cap.& ibi gloſ,4.l.2.C.de jurам,calumn,l. [illegible] prior ff.de judic.5.Bartol. Angel.& alij in l.ſi ſuſpecta ff.de inoffic.teſtam,6.Specul, d. [illegible] Maſcar.de probat.7,Specul.tit,de dilation,& ibi Bald.in addit Maranta tit, de poſiti[illegible] 8.Felin.in cap.licet cauſſam, de probat. Bald. in l. in contractibus C, de non numer. pec[illegible] Rota deciſ.36,in antiq.9.l.ut ſi poſt tres ff.de interrog.action,10,authent, hoc ſacrament[illegible] C,de juram,calumn,l,ubicunque ff.de interrogator action.11 Maſcard.d,loc,12, Ferrar. formul,poſition.13,Ioann, Andr,in cap,2.de confeſſ. 14.l.ſi duo patroni ff,de jurejur,Ba[illegible] in l,2.C,de juram.calumn.15, Lanfranc,in praxi tit-de reſponſ.Bald,d.l,2 C.de juram calumn. Bart.in l,ornamentorum ff.de auro & argen.legat, 16.Bald.in l,data opera C,[illegible] accuſa.non poſſ,& in d.l.2.C,de juram,calumn.Bart.in l,ſi quis intentione ff.de judic.1[illegible] arg,l,1 ff,pro ſocio Specul.tit,de teſtibus 18.Maranta tit de poſition.19, cap.dilecti extr. except,Bartol.in l,ad probationem C.de probat, 20,Bart. & Bald. in l. tranſactione C, tranſact,Innocent,in cap.cum ſuper de confeſſ.21,d.l,ornamentorum Minſinger. centur, obſer.88.22.Bartol.& Bald.in l.cum virum ff,de fideicomm.23,Bart. in l. de quibus ff. legib,& in d.l,ornamentorum,24.Gloſſa & Bartol,in l,præſcript,C,ſic contra jus vel util public,25 Curtius,Senior.conſil,360,Natta.conſil,121.volum,1,26,Bald,in l, 1.C. Si plur una ſentent,Mynſinger centur,6 obſer,92,27,cap fin,de jurejur,28,Speculat,tit de poſition 29.l,cùm precum C,de liber,cauſſ. Anton Butr,cap,fin,de confeſſ,30.Specul,d,tit,31,l. erro C,de jur,& fact,ignorant,d,cap.fin,de conſ,32, l,non fatetur ff,de confeſſ,

TIT. XXXII.
De Reſponſionibus.

Responsiones ſunt confeſſiones partium facti apud judicem de propoſitis libelli poſitionibus. Na[illegible] utraque pars reſpondet, & primum quidem Reus a[illegible] poſitiones actoris, deinde actor ad poſitiones rei, adeo ut ni[illegible] reus prius reſpondeat, nec actor deinceps reſpondere tenea-

tur 1

ri. Sed utile & conſultum eſt reo priuſquam reſpondeat
etere, ut Actor iuret ſuas poſitiones veras eſſe 2, per quod vi-
etur fateri vera eſſe illa quæ in poſitionibus continentur, ut
mplius revocare nequeat 3. Quòd ſi unus litigatorum nolit
eſpondere, habetur perinde, ac confeſſus foret, & poſitiones
n pœnam ejus pro confeſsis acceptantur 4: modo ipſe in ju-
icio adſit, & poſitiones legi audiat, & à judice ut juramentũ
ræſtaret admonitus ſit, aut denique per contumaciam abſit,
æc enim tria ferè requiruntur ut non reſpondens confeſſus
vincatur 5: quæ tamen adhuc probationem in contrarium
dmittunt; veluti ſi doceatur quod libellus ſit ineptus ex quo
oſitiones deſumptæ ſunt, vel quòd poſitiones ſunt ejus gene-
is ut non debeant admitti, utpote impertinentes, criminoſæ,
aptioſæ, obſcuræ; ob quas cauſſas contumacia non reſpon-
lentis excuſatur, uſque quo non ſit adverſario præcluſa via
robandi 7. aut judex pronuntiaverit poſitiones pro confeſſis
aberi 8. Reſpõdere autem debet ipſe dominus litis, quia ma-
is certus veri cenſetur 9, vel ipſius procurator ſi ad hoc man-
latum habeat 10, & de cauſſa bene ſit inſtructus 11. Nemo e-
im cogendus eſt reſpondere ad id quod nõ intelligit 12. Vn-
le ſi procurator de cauſſa ſe dubitare, & dominum de ea con-
ulturum dicat, poterit Iudex pro arbitrio ſuo dilationem cõ-
edere 13: quod tamen intelligendum eſt ubi poſitiones conti-
ent novum aliquod & incidens negotium quod provideri nõ
otuit 14. Nam ſi poſitiones exprimũt negotium ad quod fu-
: procurator conſtitutus, tunc ei dilatio denegabitur, & domi-
ius erit multandus expenſis, quas pro probatione ejus poſitio-
iis, ad quam procurator reſpondere recuſat, fieri contingeret;
quia domino imputatur quod procuratorem non inſtruxit 15.
Sed ubi dominus ipſe reſpondit, ceſſat factũ, atque etiam mã-
datum procuratoris 16: contra ubi procurator reſpondit, tene-
tur nihilominus ipſe principalis reſpondere adverſario, aut ju-
dice hoc volente, præſertim ſi ille ſit vir melior, & de cauſſa in-
ſtructior 17. Ceterum conjunctus non reſpondet pro conjun-
cto ſine mandato ſpeciali, etiamſi cautionem de rato præſtare

 paratus

paratus ſit; neque procurator, aut tutor pro infante 18. aut curator pro furioſo 19. Adultus reſpondere debet per ſemetipſ[um] de facto proprio in præſentia ſui curatoris, qui adeſſe quiden[m] poteſt, non tamen inſtruere quid confiteatur, aut neget 20: ni[ſi] cauſſa talis ſit quæ ſine conſenſu curatoris ſubſiſtere neque[at] ut matrimonium, donatio, contractus: in quibus ſi curator n[on] conſentiat, tunc reſponſio adulti inutilis eſt, nec relevat ponentem. Ruſticus item, & mulier quando eſt rudis, & ſimplex, & poſitiones ſunt difficiles, & concernunt factum antiquum, ve[l] ſunt admixtæ poſitiones juris, tunc poteſt ei reſpondenti adſiſtere procurator, advocatus, aut alius ex conjunctis, non ut ſuggerat reſponſionem, ſed ut ſententiam, & mentem poſitionum explicet, ne reſpondeat id quod non intelligi[t] 21; ſi verò ſit ſagax & intelligens, aut poſitiones concernunt factum proprium, & recens, in quo non cadit ignorantia, per ſe reſpondere cogitur; quod maximè pertinet a[d] arbitrium judicis diſcernere 22. Præfecti collegiorum, monaſteriorum, & civitatum litigantes per ſyndicum, ipſi non reſpondent, ſed ſyndicus reſpõdet pro iiſdem 23. Porro fieri debet Reſponſio poſt præſtitum calumniæ juramentum per verbum Credit vel non credit. alioquin nulla eſſet 24. Vt enim Iuramentum calumniæ eſt credulitatis, & opinionis, non veritatis aut ſcientiæ, ſic quoque Reſponſio fit per verbum credulitatis, & non minus præjudicat, & probat quàm ſi de veritate eſſet 25: immo talis reſponſio affirmans per verbum Credit habetur pro confeſſione judiciali, ut ponens per illam ab onere probandi relevetur 26: & in ejuſmodi confeſſum nullæ ſunt aliæ partes judicis quàm ut ipſum judicio ſuo damnet 27. Interponẽda etiam proteſtatio Salvo jure impertinentiũ & non admittendo cum quæ facit ut Reſponſio facta ad poſitionem quam impertinentem eſſe poſtea cognitum fuit, pro nulla habeatur, nec ullum reſpondenti generat præjudiciũ 28. Et adhibenda præmeditata quædam deliberatio & repetita lectio poſitionum, ne præceps, & inconſiderata reſponſio illaqueat & involvat reſpondentem 29. Præterea debet Reſponſio eſſe

pura,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ura, ſimplex, clara, atque aperta 30. Obſcura enim reſpon-
io non valet, & qui obſcure reſpondit cenſetur nihil reſ-
pondiſſe 31: ideoque talis reſponſio in judicio declaranda ve-
nit, & ſit interpretatio in benigniorem partem, & pro ipſo reſ-
pondente 32, Similiter non valet Reſponſio generalis alterna-
tiva, varia, & incerta. unde ſi poſitio plura complectatur capi-
ta, ſingulatim, & per diſtinctionem reſponſio fieri poteſt 33, aut
ſi poſitio partim vera, partim falſa ſit, non totam negare opor-
tet, ſed illa tantum capita quæ falſa ſunt; & ſi unum verum ſit
illud reſpondens fateri debet 34; vel tali reſponſione uti, Non
credit ut ponitur: quia tunc non ſimpliciter adfirmat vel ne-
gat, nec de negatione redarguit, aut pro confeſſo haberi po-
terit 35. Denique requiritur ut reſponſio ponẽtem relevet 36;
ex quo non conſiſtit ejuſmodi reſponſio, Credit ſi inſtrumen-
tum producatur, vel, Non credit niſi inſtrumentum produ-
catur; quia ex tali reſpõſione pars non relevatur ab onere pro-
bandi 37: contra reſponſio ad poſitionem in qua ſit mẽtio in-
ſtrumenti Credit prout in inſtrumento continetur, rata &
valida eſt, qua reſpondens cẽſetur expreſſiſſe ea quæ in inſtru-
mento continentur 38, Vt ſit conformis poſitioni, talis enim
debet eſſe Reſponſio qualis præceſſit interrogatio, adeo ut qui
ad interrogata non reſpondit, nihil reſpõdiſſe dicatur 39. nec
ſit conditionalis, aut qualificata ut vocant niſi poſitio ſit qua-
lificatà, vel reſpondens ſit homo rudis, & ſimplex 40: neque
contraria, & repugnans alteri 41: alioquin ſi contrarietas ap-
pareat, ea per reſpondentis interpretationem tollenda eſt 42.
Si verò error incidit per quem reſpondens poſitiones confite-
atur contra veritatem, locum habet revocatio etiam in con-
feſſione de facto proprio; modo incontinenti fiat, & veritas
in contrarium probetur 43; quam reſpondens inprimis profi-
teri debet: & ſi veras poſitiones in facto proprio, ſeu alieno,
cujus notitiam habuit, abneget ac probatis liquido poſitioni-
bus ab adverſario de mendacio convincatur, contra ipſum ne-
gantem ſuper damnis, & intereſſe juramentum in litem præ-
ſtatur 44. Quin etiã Iudex ſub certa pœna litigatoribus præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

cipere poteſt, ut poſitionibus ex animi ſui ſententia verè re-
ſpondeant: quòd ſi aliter fecerint illos pœna indicta afficere
permiſſum eſt 45. Confeſſio tamen per reſponſioné facta u i
in judicio, non nocet alteri in alio judicio 46.

1. *Bald. in addit. ad Specul, tit. de poſit.* 2. *cap. præſentium de teſtib, lib, VI, Iaſon in l, ju-
ces C, de judic,* 3. *Alex an. lib. 1, conſil, 13.* 4. *cap, 2. & ibi gloſſa de confeſſ.* 5. *gloß, in cap.
poſt præſtitum de juram. calumn. Bald. in l. unic. C. de confeſſ.* 6. *l. 2, C. de juram, propt. ca-
dan. & ibi gloſſa Bald, & Caſtrenſ.* 7. *Lanfranc, in cap. quoniam contra de probat, Fran
in cap, 2. de confeſſ.* 8. *Franc. Ripa. in l. ſi inſulam ff, de verbor. obligat. Pedemontana deci
5.* 9. *l, ſin. C, de procurat. cap. juris. extr, de judic.* 10, *cap. fin. & ibi gloſſ. & Dd. de jurejur.* 1
*l. 2. §, ſin autem C. de procur. cap. in pertractandis extr. de juram. calum. cap, fin. extr. de a
lo & contum.* 12. *Specul. tit. de poſition.* 13, *cap. dilectus de procurat, l. fin, C. eod.* 14. *arg. ca
ceterũ extr, de jurã. calũn. cap, fraternitatis de teſtib, Clemẽ, paſtoralis de except,* 15, *Specu
d. tit.* 16. *l, non ſolum ff. de procurat. l, proinde ff, ad leg, Aquil, cap. ad hoc alias præſentium
extr, de teſtib,* 17. *Specul. d, tit,* 18. *Rebuffus in tractatu de reſponſion,* 19. *idẽ d, loco* 20, *l. clar
C, de autorit. præſtan, Rebuffus d, loco.* 21, *l. videmus ff. de in litem juran. l. ſi ſine ff, de inte
rogat, action,* 22, *Hoſtienſ, in cap. dilecti, de judic. Bald. in l, 2. C. de juram. calumn. Menoch
in tractat. de arbitr, judic. l. 2, cent. 2. caſu 194.* 23. *d, cap. in pertractãdis, & ibi Archidiac*
24, *l, 1. C. de jur, & fact, ignor. & ibi Dd, gloſſ, in l. achletæ ff. de excuſat. tutor. Menoch. d. loc
Abb, in cap. 1, de probat,* 25. *Bald, in l, 1. C. de falſ, cauß, adjec. legat, Cornar. conſil, 186. lib
3. Gemin. in cap. 1. de confeſſ.* 26. *Lanfranc, in praxi. tit. de reſponſ,* 27. *l, 1. & 2. C. de confeß
l. certum ff, eod, l. proinde l. 2. ff. ad leg, Aquil,* 28, *Ioann. Andr. Imola Butr. & Felin. in cap
cum contingat, de offic, deleg, Dd. in l. ſi duo patroni ff. de jurejur,* 29. *Specul. tit. de advoca-
tis & tit, de poſition. Ferrar. in formul, poſition.* 30, *Bald, in d, l. 2. C. de juram, calumn,* 31. *l
de ætate ubi Bartol. ff. de interrogat action.* 32. *Bald. in l. qui ſe patris C. Vnde liberi Cornar.
conſil. 339. lib. 1.* 33. *Specul. tit, de poſit. Alexan. in d. l. de ætate* 34. *Bartol. in l, 1. §. ſi ſtipulan-
ti ff, de verbor. oblig. Panorm. in cap, 1. de plus petit.* 35. *Rota deciſ. 12. d. litis conteſtat. in no-
vis Ferrar. in formul, reſponſ, rei conventi* 36, *Bald, in d. l, 2. C. de juram. calum,* 37. *Specul. in
tit, de inſtrum. edit. Bartol. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter ff. de verb. oblig.* 38, *Specul, tit, de teſta-
ment. Guido Papa deciſ, 334, Felin. in cap. inter ceteras, de ſentent. & re judic.* 39. *ut reſponsũ
C. de tranſact. l. 1. & ibi gloſſ. ff. de verb. oblig. d. l. de ætate & ibi Bartol.* 40. *Bald. in l. 1, C.
de ædilit, action. & d. l. 2. §. quod obſervari C, de juram. calum. Menoch. cent. 2, lib. 2. de ar-
bitr, judic.* 41. *Bald, in l, cùm falſæ C. de jur. & fact. ignoran, & in l. fin. C. de reb. credit.* 42.
Cornar. conſil, 90. lib. 2. Alexand. conſil. 44. lib. 5. 43. *l. error ubi Dd. C. de jur, & fact, igno-
ran. l. penult. §. mulier ff. de probat.* 44. *Anchar. conſil. 316. Socin. conſil. 213. lib. 2.* 45. *Bart.
in l. jus alimentorum ff. ubi pupill. educ. deb. Iaſon. in l. nequicquam ff. de offic. proconſ.* 46. *Bart.
in l. 2, C. de eden. Bald, in l. fin, C. de petit. hæred.*

TITVLVS XXXIII.

De Probationibus.

PROBATIO eſt documentum quod ad faciendam rei dubiæ, & controverſæ fidem Iudici exhibetur; vel, ut Interpretes definiunt, Probatio eſt oſtẽſio rei dubiæ per legittima argumenta 1. Ejus variæ ſunt formæ, veluti ab inventione, & origine quædam eſt Artificialis, quædam Inartifi-

cialis

…alis: Græci rhetores vocant ἔντεχνον & ἄτεχνον 2. Artificialis …t quæ ex ipſa cauſsâ ab advocatis depromitur, & judicio a… …ae arte quadam applicatur ex ſignis, præſumptionibus, ex… …mplis. Inartificialis quæ extrinſecus ex rebus ipſis, & litiga… …orum inſtitutione adſumitur, quam ſuppeditant præjudicia, …bulæ, teſtes, tormenta, rumor, & fama 3. Rurſus ab effectu …ia eſt plena, alia ſemiplena 4: Plena probatio eſt quæ tantã …dem facit judici quanta ad dirimendam litem ſufficiat 5, ut …t per duos teſtes 6, per inſtrumenta, quæ probationes indu… …itatæ appellantur 7, per confeſsionem, jusjurandum, rei evi… …entiam, & ſimilia 8. Semiplena probatio eſt quæ imperfectè …onfirmat, nec meretur tantam fidem ut Iudex ei ſoli ſtare de… …eat, ut fit per unum teſtem omni exceptione majorem 9, vel …er privatam ſcripturam, vel comparationem litterrarum, rati… …nes, famam, & id genus alia 10. Denique à loco probatio …el Iudicialis dicitur, vel Extrajudicialis: illa in judicio inſti… …itur poſt litis conteſtationem, hæc extra judiciũ, ut eſt Pro… …atio ad perpetuam rei memoriam 11. Probatio autem incũ… …it ei qui adfirmat, non ei qui negat 12; quoniam in judiciis nõ …mplices & nudæ adſertiones, ſed earum rerum quæ in con… …roverſiam veniunt probationes, ad exquirendam veritatem …pectari debent, & ſolent 13. Ac proinde qui jus aliquod ſibi …ompetere prætendit, hoc ipſum legittimis probationibus do… …ere tenetur 14. Contra is qui negat nulla vel ratione, vel ne… …eſsitate compelli ad probandum debet, cùm per rerum natu… …am nulla probatio ſit ejus qui factum negat 15, exceptis cer… …is quibuſdam modis. Primò enim Præſumptio actorem à …robationis onere relevat, illudque in adverſarium negantem …ransfert 16: veluti ſi quis neget eum à quo codicilli ſunt fa… …ti, ſana mente fuiſſe, aut ſi uxor neget res mariti eſſe, quas a… …pud ſe conſtitutas habet, præſumptio certe in utroque caſu …dfert, ut is qui negat fidẽ probationibus facere debeat; quo… …niam præſumitur eum qui codicillos fecit mentis compotem …uiſſe 17, ut quæ uxor conſtãte matrimonio honeſtè ad quæſi… …erit, ea de bonis mariti eſſe 18. Deinde neganti onus pro…

 bandi

bandi adfert Spontanea probationis adſumptio, cum ſcilic[et] Reus ultro negationis probationem in ſe ſuſcipit 19: in qua l[i]cet defecerit, nihilominus abſolvendo erit, ubi Actor inten[tionem] tionem ſuam non probaverit 20. Adeo enim vera eſt regu[la] illa, Actore non probante reus abſolvitur 21, ut quamvis Re[us] nihil præſtet, & juris ſui defectum ipſe conſiteatur, abſolvi n[i]hilominus debeat 22. Item perſonarum qualitas, & privileg[i]um neganti imponit neceſſitatem probandi. Nam ſi indeb[i]tum ſolviſſe queratur pupillus, vel minor, vel mulier, vel fo[r]te vir perfectæ quidem ætatis, ſed vel miles, vel agricultor, [vel] forenſium rerum expers, vel alia ſimplicitate affectus, & deſ[i]diæ deditus: tum is qui accepit pecunias, & negat indebit[as] ſolutas fuiſſe, oſtendere debet bene eas accepiſſe, & debit[as] ipſi fuiſſe ſolutas; & ſi non oſtenderit, eas redhibere oporte[t] quod in alijs perſonis nō obtinet 23. Poſtremò negativa, qu[am] Reus ſuæ defenſionis, vel exceptionis fundamētum ponit, pro[]bari debet 24. Vt enim Actor ſuam intentionem, ita Reus ex[]ceptionem probare tenetur veluti ſi pacti conventi exceptio[]ne utatur, doceat pactum conventum eſſe, quoniam excip[i]endo reus fit actor 25: licet diverſum ſit in exceptione nō nu[]meratæ pecuniæ, cujus probationem reus non præſtat 26. A[]ctor verò prius tenetur ſuam probare actionem antequam re[]us exceptionem, ut monet vulgata regula, Qui prior appella[t] prior agit 27, niſi ſit exceptio declinatoria fori, quæ proponi ac probari initio cauſſæ, atque etiam judicis ſententia definir[i] debet 28. Vtrique tamen eadem dilatio ad probandum datu[r] quo elapſo ulterius probatio non admittitur, ſi peremptoriè præfixum ſit tempus dilationis 29. Sicut nec accipitur pro[]batio poſt quartam productionem, nec poſt concluſionem 30 præterquam ſi agatur de Innocentia Rei in criminibus qua[e] poſt latam ſententiam, & rem judicatam, nedum poſt conclu[]ſionem, admittitur 31. Porro in probationibus requiritur u[t] fiat probatio earum rerum quæ in libello proponuntur, & ad controverſiæ deciſionem pertinent; quando illa quæ extra cauſſam ſunt, ſi probentur, nihil, tamen profutura ſint pro[]

bant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

[...]anti 32, Adhoc debet probatio eſſe clara, certa, ſpecialis, & [n]eceſſaria, non autem per id quod fieri poteſt concludens. Nā [p]robatio dubia & obſcura, ſive ab actore, ſive ab reo proponatur, interpretationem accipit contra eum qui intentionē ſu[a]m obſcurè, & non neceſſario probavit 33: & in genere facta [p]robatio nihil prodeſt, nec relevat probantem 34; veluti ſi [p]robo me poſſidere res hæreditarias, non etiam ſtatim con[v]inco me hæredem eſſe; quia & poſſeſſor hujuſmodi prædo, [n]on autem hæres eſſe poteſt: at ſi hæreditatē me adiiſſe oſtendam, conſequetur me tanquam hæredem poſſidere 35. Idem [e]ſt ſi factum duntaxat, non etiam qualitas facti, quæ in cōtro[v]erſiam venit, probetur 36, ut qui inſtrumentum falſum ar[g]uit, neque tamē aliud quàm corruptum eſſe ſimpliciter pro[b]et, probata corruptione non etiam probata erit falſitas 37: [q]uòd ſi probationes ſint pares, præfertur quæ juris præſump[ti]one munita eſt 38: ſi verò utrimque æquales ſint, reproban[tu]r omnino: propterea quòd rem ipſam quæ eſt in controver[ſi]a, non definiunt, ſed reddunt dubium, vel, quod magis cre[d]o, actor probaſſe cenſetur & Reus nihil in contrarium attu[li]ſſe 39. Sed ſi ſint diſsidentes & variæ, Iudex conabitur, [q]uantum fieri poteſt, eas conciliare, & componere 40: modo [n]on ſint ita contrariæ, & pugnantes, ut conciliari non poſſint [4]1. tunc enim ſi contrarietas eſt in inſtrumentis, nulla plane [fi]des illis adhibetur; ſi in teſtibus, majori, & digniori parti ac[q]uieſcendum eſt 42, Præterea probationes in judicio ſumma[ri]o factæ, non producuntur, nec probant in judicio ordinario, [e]tiam inter eaſdem partes 43: niſi forte ejuſmodi probationes [c]onſenſu litigatorum, aut confeſſione alterius partis ſint factæ [4]4. In criminalibus ubi magnum præjudicium vertitur; de[b]ent eſſe idoneæ, plenæ, & luce meridiana clariores 45: cujus [g]eneris ſunt Evidentia ipſius criminis, vel admiſſi facinoris, ut [n]ulla ratione defendi, aut cælari poſſit, utpote ſi quis in flagrā[t]i delicto deprehenſus ſit quod ad condemnationem, ſive ulti[o]nem criminis ſufficit 46, Confeſſio propria, libera animi vo[lu]ntate facta in judicio extra carcerem, nullo aut metu aut vi

exacta

exacta 47: quæ omnem probationem ſuperat: cùm confe[...] pro judicato ſit, & quodammodo ſententia ſua damnatus [...] Duo teſtes omni exceptione majores, id eſt qui ita integr[...] tæ, & famæ ſunt, ut eorum fides nullo modo elevari poſſit & qui de facto, quod ſenſibus ſuis certò perceperunt, teſt[...] tur 49.

1. *Azo & Specul. tit. de probat.* 2. *Ariſtoteles in Rhetoricis, & eum ſecuti Cicero in* [...] *cis, & Quintil lib.* 1. *Inſtitut. orator* 3. *Ariſt, & Cicero d. loc,* 4. *Dd, in l. ad monendi ff, de jurejur. l. bona fides C, de reb. cred.* 5. *l. ad fidem ff. de teſtib. & toto tit. ff, & C, de probat,* [...] *ubi numerus ff. de teſtib.* 7. *l. emancipatione C. de fide inſtrum. Dd, in l, fin. C, de probation.* [...] *Specul. tit. de probat. Bald. in rubr. C. de probat.* 9. *Maranta tit. de juramen. Maſcard.* [...] *lum,* 1. *de probat.* 10. *gloſſ, & Dd, in d. l. admonendi & in d, l, bona fides Canoniſtæ in cap.* [...] *extr. de jurejuran,* 11, *Authent. ſed etſi quis C. de teſtib. cap. fin. extr. Vt lite non conteſt.* 12, *eum qui l. verum ff, de probat, l. actor. C. eod.* 13, *gloß. in cap, circa de elect, lib. VI, cap,* [...] *except cap.* 2. *de reſcipt.* 14. *cap, poſt elect. de conceſſ, præbend.* 15, *d. l. actor* 16. *l. ab ea pa*[...] *ff. de probat. l. ſive C, eod. cap. is qui. de ſponſal.* 17, *l.* 1, *C. de codic.* 18, *l. etiamſi uxor C. de*[...] *nat. int. vir, & uxor* 19. *l. circa eum ff. de probat.* 20. *gloſſ. in d. l.* [...] 1. *d. l. actor l, qui accuſare* [...] *C, de eden, l, res C. de rei vendic.* 22. *Abb. in cap. cùm ſuper extr. de cauſ, poſſeſſ. & prope*[...] *Dd. in d, l, qui accuſare & in cap cum eccleſia de cauſ. poſſeſſ.* 23, *l, cum de indebito ff. de* [...] *bat,* 24. *l. ei incumbit. & l. ſi vere ff, de probat,* 25. *l, in exceptionibus l, ſi pactum ff. eod. l,* [...] *ff. de except.* 26. *l, ſi ex cautione C, de nom, numer. pecun, gloß, in d. l, in exception,* 27. *l, qui* [...] *or. ff, de judic. l.* 2. *C, de probat. d. l. qui accuſare* 28, *l. ult. C, de except,* 29. *Felin, in cap. li*[...] *de probat. Lanfranc. in praxi tit. de dilat,* 30, *authent, qui ſemel, C. de probat. Iaſon in d.* [...] *admonendi* 31, *Hippalit, Marſil, in pract. crimin.* 32. *l. ad probationem C. de probat. l,* 2, *C, e*[...] *l, ſi quis libertat. ff, de petit, hæred. & ibi Bartol.* 33. *gloſſa in cap. in præſent, de probat, Ba*[...] *in l,* 3, *ff. de teſtib.* 34. *Panorm. in d. cap. in præſen.* 35. *Iaſon. in l, non hoc C. Vnde legitt.* 36 *Fulcinius & ibi Bart. ff. ex quib, cauſſ, in poſſeſſ, eat, l,* 1, *§. quod autem ait ff. Ne quid in flum.* [...] *public,* 37. *Panorm. cap. licet cauſam extr, de probat. Cynus l.* 2, *C, eod,* 38. *Bart, in l, ſi duo* [...] *de jurejur, Bald. in l. teſtium C, de teſtib.* 39. *Bald. in l, ult. C, de edict. divi Adrian. tolle*[...] 40. *gloſſa in cap. in noſtra extr, de teſtib. Dd, in l, ſcriptura C, de fide inſtrum.* 41. *d. l. ſcriptu*[...]*ra l, ubi pugnantia ff, de reg. jur, ubi Dd.* 42. *gloß, in d. cap, licet cauſſam* 43. *l.* 1. *& ibi gloſ.* [...] *C. quor. bonor.* 44. *gloß, in cap, cum dilectus de ordin. cognit. Bart. in l, penult, ff, de his qui ſ*[...] *ſui vel alien. jur.* 45, *l. ſinguli C. de accuſat, l, abſentem ff, de pœnis l. ult. C. de probat,* 46. [...] *ea quidem C, de accuſat, cap, evidentia eod. tit. cap, ſuper eo de teſt. cogn.* 47. *l.* 1, *ff, de qu*[...]*ſtion. l. ſi confeſſus ff de cuſtod, reor. cap.* 1, *& ibi gloſſ, de accuſat,* 48, *l. unic, C, de confeſſ, l, ce*[...]*tum l, Iulianus ff. eod, l. proinde §. fin, ff. ad leg. Aquil,* 49, *l,* 3. *ff. de teſtib. cap. cum à nob.* [...] *eod. tit.*

TIT. XXXIV.

De Articulis Probatorijs.

POSITIONES & Reſponſiones ſequuntur Articuli, ut id quod in poſitionibus forte negatum eſt, teſtibus vel inſtrumētis probetur; aut ipſæ poſitiones negatæ ſuccedunt in locum articulorum & probationem recipiunt 1. De-

bent

ent autem articuli ſicut poſitiones deſumi ex libello, eique
onformes eſſe. Nam ſi Libellus, & Articuli ſint diverſorum
enerum, nullius eſt momenti ſubſecuta probatio, immo Iu-
dex debet rejicere ejuſmodi articulos, qui ex libello, & propo-
ita actione non deſcendunt 2; quoniam nihil quod manifeſtè
& ſine ulla dubitatione eſt impertinens, nec profuturum pro-
banti, admittendum eſt 3. Sed ſi articuli non omnino ſint
xtra cauſſam, & eam quoquo modo attingant, & confirment,
tiam ex levi præſumptione recipere eos debet, cum clauſula
Salvo jure impertinentium, & non admittendorũ 4: quæ clau-
ula deinde efficit ut admiſsio nihil præjudicet, ſi poſtea im-
ertinentes arguuntur articuli 5; quos Iudex debet diligenter
xaminare, & examinatos poteſt admittere, vel rejicere, etiam
ine partis citatione 6. Si verò quis litigatorum velit conten-
lere ad rejectionem articulorum, debet contentionem inſti-
uere ſtatim ubi exemplum eorundem accepit 7, & partẽ ad-
erſam ad hoc citare; & tunc fertur interlocutoria, à qua etiã
ppellari poteſt, & niſi appellatum fuerit, judex in cauſſa pro-
edit 8. Præterea requiritur ut articuli ſint clari, & non impli-
iti, ſimplices non captioſi, non calumnioſi, factum, non jura
ontinentes 9: niſi ſint juris mixti cum facto, & jus ex ipſo
acto deducatur 10: denique numeris diſtincti, & ſinguli unã
adſertionem complectentes 11: Exhibendi vero ſunt articuli
ntra dilationem ad probandum datam, qua elapſa, & facta à
itigatoribus renuntiatione probationum ulterius non admit-
untur, præterquam ſi articuli ſint obſcuri, qui poſſunt decla-
ari uſque ad concluſionem 12; & niſi quis per confeſsionem
dverſarij tendat ad probationem 13. Quin etiam poſt con-
luſionem interdum admittuntur articuli, maximè in cauſsis
beneficialibus, & tunc per admiſsionem articulorum intelligi-
ur tacitè revocata concluſio, quæ non modo expreſsè, ſed e-
iam tacitè revocari poteſt 14: cum actus revocationis con-
cluſionis ſit præjudicialis, & talis qui requirat citationem ob
quod debet pars citari, ut videat revocari concluſionem, &
rticulos exhiberi, & ut defenſionibus ſuis utatur 15: nec valet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

admiſsio ſi Iudex ignoraverit in cauſſa concluſum fuiſſe, a ſi concluſio fuerit facta ſine facultate revocandi 16. Additi nales quoque, & declaratorij articuli interdum prioribus ad ciuntur, qui non modo intra dilationem ad probandum da exhiberi poſſunt, ſed etiam ea elapſa uſque ad concluſione idque per vim, & efficaciam illius clauſulæ quæ in principio ticulorum vulgo ſolet apponi Salvo jure addendi, declarani di, & interpretandi 17.

1. Bald, in l, generaliter C, de reb. credit. Specul, tit, de teſtib, & tit, de poſit, 2, Specul. ibi Bald, in l, 1, C, Vt in poſſeß, eat, 3, l, ad probationem C. de probat, 4, cap. quoniam de teſta, cap. licet cauſſam de probat, 5, Bart, Alexan. & Iaſon, in l. ſi duo patroni ff. de jurejuran, Panorm, cap, 2, de teſtib. Port, lib, 1, Commun. opinion. concluſ, 43, Hippolit, in repetit. l. de noquoque ff, de re judic. 7, Bartol, & alij in d. l, ſi duo §, idem Iulianus 8, Abb, in cap, quo contra de probat, Socinus in tractat, de citat. Rota deciſ, 394. & 445. Innocent. in cap, per as de teſtib. 9, Bald, in l. non poſſunt, ff, de legib, gloſſ. in cap. 2. de confeſſ. lib. VI, Rota deciſ, Specul. tit, de teſtib. & ibi Ioann. Andr. Decius in cap. ſæpe de appellat, Ioann, Andr, d. 11. Bald. in l. vinum ff. Si cert, petat. Specul. tit. de poſit. 12. Bald. in l, in contract. C. de non mer, pecun. Specul. tit. de dilat. & de teſtib. 13, Felin. d. cap. licet cauſſam 14. Rota deciſ. 4 Afflict, deciſ. 115. Iaſon. & Alexand. in l. ſi opus novum ff. de jurejur. 15. Ægidius concl 495. 16. idem concluſ. 447. 17. Bald in l. tres denuntiationes C, quom, & quan. judex.

TIT XXXV.

De Interrogatoriis.

ARTICULI producentis traduntur parti adverſæ, Interrogatoria ſubjiciat, ad quæ non minus quàm ipſos articulos teſtes reſpondere debent. Formátur a tem ex circunſtantiis rerum, ut cum teſtes interrogantur de l co, tempore, conſilio, cauſſis ſcientiæ, an rei geſtæ interfu rint, an ab aliis audiverint, & ſimilibus quibus negotium factum quandoque totum immutatur, & invertitur; & ſi t ſtes in his non conveniant, teſtimonium eorum producēti n hil prodeſt, quando teſtes ſingulares nihil probant 1. Item qualitate perſonarum productarum, cum interrogatur teſt an ſit domeſticus, affinis, particeps lucri, vel damni, inimic 2. Nec debent eſſe aliena, & diverſa ab articulis 3: quonia teſtes interrogati de his quæ in articulis non continentur, n lam fidem depoſitionibus ſuis faciunt: cēſentur enim depoſ iſſe de alijs de quibus non jurarunt 4. Et poſſunt fieri in or nibu

ous cauſſis, etiam criminalibus, & in ſummarijs 5; immo ſi
n admittantur, appellare licet 6. Quod ſi pars adverſa non
hibuerit Interrogatoria (non enim cogitur exhibere, cum
t voluntatis, non neceſſitatis 7.) Iudex ex officio ſuo ea ſup-
re, & de circũſtantijs negotij teſtes interrogare poteſt: ſicut
ntra ſuperflua, & impertinẽtia Interrogatorio reſecare ſi per-
ſſum eſt 8. Exemplum verò Interrogatoriorum non datur
rti producenti teſtes, ne eos quid ad ſingula reſpondere de-
ant, inſtruat & edoceat: ſed articuli cum interrogatorijs tra-
ntur judici ad examen teſtium; cui etiam non licet adverſa-
interrogatoria exhibere, & communicare 9, niſi adverſari-
conſentiat, vel non contradicat 10. Ceterum ſi Iudex obla-
à parte Interrogatoria omiſerit, & teſtes non interrogaverit,
id non vitiatur examen teſtium, ſed depoſitiones eorum ad
iſſa interrogatoria peti poſſunt, etiamſi atteſtationes publi-
æ ſint 11; quemadmodum & ad articulum omiſſum poſſunt
aminari, nec denuo jurare tenentur 12. Interrogatorijs ple-
nque adjici ſolet hæc proteſtationis clauſula, Salvo jure ex-
iendi tam contra perſonas, quàm dicta teſtium: qua omiſſa
n licet poſt publicationem atteſtationum excipere contra
ſonas teſtium, niſi excipiens juret ſe nulla malitia ad exci-
ndum & reprobandum teſtem judici, & nunc primum ſe id
iviſſe, quod teſti objecturus ſit 13.

1. Specul, tit. de teſtib. Iaſon. lib, 3. conſil. 81. 2. Specul. d. tit. 3. gloſſa. in cap. præſentium, de teſtib, lib, 6. 4. gloſſ. ibid. & in cap. de teſtibus. extr, de teſtib, Iaſon in l. ſi duo patroni ff. de jurejur, 5. Bald. in l, legis virtus ff, de legib. Bartol. in l. 1. ff. de interrogat, action. gloſſ, in Clemẽt ſæpe de verb. ſignific. 6. Specul. tit. de appellat. 7. Cæpolla cautela. 43. Alexand. & Caſtrenſ. in l. unica. §. is videtur. ff. ſi quis jus dicen. non obtemper, 8. Panorm. cap. per. tuas, de. teſtib. gloſſ. in d, cap. præſentium. 9, gloßa, & Dd, in d. cap. per tuas. & d, cap, præſentium 10, Innocent. in. d cap, per tuas 11. Felin. cap cum cauſſam, de teſtib, Alexand. lib, 2. cõſil, 174. 12. Bart. in. l. hæredes. palam, §. ſi quid ff, de teſtam. Specul. tit. de. teſtib, 19. Dd, in. d, cap. præſentiũ, Specul. in tit, de. juram. calumn. & tit. de teſtibus. Maranta tit. de repulſa teſt.

TITVLVS XXXVI.

De Teſtibus.

TESTES qui ad rei alicujus fidem faciendam legitti-
mè vocari ſolent, omnes eſſe poſſunt qui non prohi-
bentur, nec ulla lege excuſantur 1. Prohibẽtur autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

dam ratione ætatis, ut pupillus, & impubes in civilibus, & cri-
minalibus cauſſis 2, excepto læſæ majeſtatis crimine, in quo
cognoſcendo quæſtio de minore quatuordecim annis habe[ri]
poteſt 3, cùm alioquin minor viginti annis in cauſſa crimina[li]
ad teſtimonium non adhibeatur 4 Factus tamen pubes teſta[ri]
poteſt de iis quæ in pupillari ætate vidit, modo illo tempo[re]
quo geſta dicuntur fuerit pubertati proximus, id eſt decimu[m]
annum cum dimidio compleverit 5. Nonnulli prohibẽtur o[b]
defectum judicij & conſilij ut mulier in teſtamento, & i[n]
cauſſis criminalibus, quamvis alias teſtes eſſe poſſit 6, furioſus
niſi dilucida intervalla habeat, mutus, ſurdus, cæcus, 7. Quid[am]
repelluntur ob ſuſpitionẽ privatæ utilitatis affectionis vel com-
munionis. Sic nemo in propria cauſſa idoneus teſtis haberi de-
bet 8: niſi ſecundariè tantum utilitas quædam ad ipſum per-
venire poterit 9. Ideoque nec venditor in controverſia evicti-
onis, quæ emptori movetur, teſtis eſſe poteſt 10; nec fidejuſ-
ſor quantumvis ſolvendo ſit in cauſſa ea cujus fidejuſſor eſt 11
Similiter non admittitur in teſtem pro ſuo domino famulu[s]
ſive ſervus, libertus 12. colonus 13, cliens, adſcriptitius, fami-
liaris 14, vir in cauſſa uxoris, & uxor in cauſſa viri 15 & con-
juncta familia 16, niſi ſint negotia quæ domi & clam aguntur
quorum cognitio, & veritas non aliunde quam ex domeſtici[s]
haberi poteſt, veluti ſi probari debeat adulterium, quod domi
& clam cõmitti ſolet, vel furtũ in ædibus commiſſum tempore
nocturno, aut fores per vim effractæ, vel res acta ſit in collegio,
vel univerſitate ſemotis arbitris. tunc enim domeſtici teſtes ad-
mittũtur ob probationis inopiam, & defectum 17. Item ſocius
omnium bonorum, vel eius rei quæ petitur ſocius, & particeps
criminis 18, advocatus, & patronus in cauſſa cui patrocinium
præſtitit, ſive ea primæ inſtantiæ, ſive appellationis ſit 19, tutor,
curator, ſyndicus, arbiter, negotiorum procurator, & cauſſæ
ſollicitator 20: niſi rei geſtæ fides nõ aliũde quã ab ipſis haberi
poterit 21 tabellio ſi notarius in cauſſa à ſe comſcripta cũ alio-
quin ſi ꝓducatur in ratione actorũ quę perdita sũt, aut alterius

negotij,

egotij, habeat teſtimoniũ 22, mẽbrum univerſitatis in quęſtio- ne ea q̃ ſingulorũ univerſitatis cõmodum cõplectitur 23, Sub- itus, & cui ut teſtimonium perhibeat imperari poteſt 24, id- ue ratione dominicæ, & patriæ poteſtatis, non autem jurisdi- tionis; quæ nõ vetat quo minus dominus pro ſubdito, & ſub- itus pro domino teſtimonium dicat; quoniam frequenter, ccidit, ut principes, & domini jus ſuum alias probare non oſſint, niſi per ſubditos 25. Denique repellitur Qui ante in um reum teſtimonium dixit 26. Qui ſimilem cauſſam cum lio in judicio habet, cujus deciſio ſibi vel præjudicio, vel cõ- nodo eſſe poſſit 27. Qui capitales, & hoſtiles inimicitias gerit um illo in quem teſtimonium dicendum erit 28. Alij remo- entur propter metum, & infamiam, ſive ea facti ſit, ſive juris 9, Facti infamia notati in criminali cauſſa nullam teſtimonij ictionem habent 30; in civili verò licet non omnino repellã- ır, plenam tamen fidem, & probationem non merentur 31. uris infamia inſigniti, nec in civili nec in criminali cauſſa ſtimonium dicere poſſunt 32. Itaque publico judicio dam- atus, vel repetundarum, vel peculatus, annonæ item impe- itæ, aut de ambitu, aut ob adulterium, aut ob famoſum car- nen, in teſtem non adhibetur 33: ſicut nec excommunicatus b famoſa crimina, utpote furti, adulterij, ſacrilegij; etiamſi oſtea ab ex communicatione abſolutus fuerit 34; nec pro- criptus, ſive ut vulgo dicitur bannitus, qui bonis amiſsis ex- ılat, habeturque tanquam mortuus 35, nec perjurio damna- us 36, nec homicida, in ardua præſertim cauſſa, niſi poſt cauſ- a cognita dignitati priſtinæ ſit reſtitutus 37, nec prodigus cui onis interdictum eſt 38, nec qui ob teſtimonium dicendum el non dicendum pecuniam accepiſſe judicatus, vel convi- tus eſt, qui in vinculis cuſtodiave publica eſt, quive ad beſti- s ut depugnaret ſe locaverit, quæve palam quæſtum fecit, fe- eritve 39. Excipiuntur tamen quædam cauſſæ ſive crimina, n quibus ſi veritas alia ratione haberi non poterit, admittitur eſtimonium notati infamia, in probationis ſaltem præſidium, dque adhibitis tormentis, ſive quæſtionibus 40, ut eſt cauſſa

ſacrilegij 41, cauſſa anonæ ſuppreſſæ 42, crimen læſæ majeſtatis 43, crimen ſimoniæ, perduellionis 44, crimen fraudati cenſus, hoc eſt ejus pecuniæ quæ depoſita publicè fuit, furto ſubtractæ 45. Excuſantur à teſtimonio dicendo qui inviti dicere non coguntur, ut ſenes valetudinarij, clerici, milites, & ij qui reipublicæ cauſſa abſunt, & quibus venire non licet 46. Senes autem accipiendi erunt majores ſeptuaginta annis, quos functione publicorum munerum lex eximit 47. Similiter inviti teſtimonium non dicunt publicani, id eſt omnes qui quid à fiſco conducunt, nec qui exercitui præbenda conducunt 48, nec proxonetæ ſeu conciliatores contractuum de ipſis contractibus, niſi utraque pars eos in teſtes advocet, tunc enim & inviti cogi poſſunt 49, nec ſacerdotes de ſecretis confeſſionis 50. Si tamen veritas ejus rei de qua controverſia moventur nulla alia ratione quam teſtimonio eorum qui excuſantur haberi poterit, compelli ſane ad dicendum teſtimonium & ipſi debent, ne ſcilicet probationum facultas artetur 51. Item nõ coguntur inviti teſtimonium dicere conſanguinei, & collaterales uſque ad tertium gradum. unde nemini invito denuntiare licet, ut teſtimonium litis dicat adverſus ſocerum, generum, vitricum, privignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrinave natum, eoſque qui propiore gradu ſunt, ut frater contra fratrem, libertus adverſus patronũ, & econtra 52: niſi agatur cauſa matrimonij, vel hæreſeos, in quibus conſanguinei poſſunt contra conſanguineos cogi teſtimonium ferre, quoties per alios veritas nequit haberi 53. Volentes autem teſtimonium dicere cùm legittimè fuerint vocati, non repelluntur, immo etiã frater contra ſuum fratrem ab adverſario in teſtem adductus recipitur 54: parentes duntaxat & liberi adverſus ſe teſtimoum dicere mutuo prohibẽtur: ſicut iidem pro ſe nullã teſtimonii dictionem mutuam habent 56, niſi vel adverſa pars conſentiat 57, vel cauſſæ qualitas permittat parentibus in liberorum cauſſa, & filio pro patre teſtari, veluti ſi quæratur de liberorũ ætate, ad quam probãdam parentum teſtimonium, non quidẽ plenam fidem, ſed præſumptionem facit 58; aut ſi in matrimonio

monio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

monio contrahendo ſolvendove conſanguinitatis Quæſtio vertatur, cujus cognitionem maximè habent parentes 59: aut ſi pater procuratorio nomine cauſſam agat, ex qua nullum lucrum vel damnum ad ipſum, vel ipſius filium pervenire poſſit: quia tunc filij teſtimonium pater recte adhibet 60. Fratres pro ſe teſtari mutuo poſſunt in cauſſa civili nõ magna 61, preſertim ſi in domeſtica ratione, & conſuetudine ſeorſim verſentur 62, eaque dignitate & innocentia vitæ præſtent, ut nõ ſit veriſimile alterum alterius cauſſa mentiri, aut calumniari velle 64. In criminali verò cauſſa non recipiuntur 65, niſi deficientibus alijs teſtibus, ſaltem ad faciendum judicium, ut accuſati poſſunt deduci ad quæſtionem 66: quo caſu etiam quilibet teſtis, qui alioquin ſuſpectus & non idoneus cẽſetur, admitti ſolet, ſolo inimico capitali excepto 67. Conſobrinus pro ſuo conſobrino, adfinis pro adfine, conſanguineus pro cõſanguineo, patruus pro nepote, teſtimonij fidem habet, dummodo ſit omni exceptione major, aut litigatorum cõſenſu, & voluntate in teſtem evocetur 68, Ad hoc in cauſſa criminali injuriarum non admittuntur 69: quoniam injuria uni facta alterum quoque lædit 70. Producuntur autem teſtes poſt litis conteſtationem, nec ante recipi debent 71: niſi ſint appoſitæ exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ judicii, atque etiam peremptoriæ quædam, ut eſt exceptio tranſactionis, & rei judicatæ, litis finitæ per jusjurandum: ad quarum probationẽ neceſſe eſt teſtes ante litem conteſtatam in principali cauſſa, recipi 72, aut principale negotium probandum ſit per teſtes valetudinarios, ſenes, peregrinantes, aut ſimiles, qui ad perpetuam rei memoriam etiam ante litis conteſtationem produci poſſunt 73. Et ſicut omnis alia probatio intra dilationẽ ad probandum datam fieri debet: ita quoque productio teſtium intra conſtitutam dilationem facienda erit, præcedente duplici citatione, una partis, altera teſtium 74. Cujus quidem dilationis tempus fere pendet ab arbitrio judicis, & conſtituitur pro qualitate cauſſæ, perſonarum, & diſtantiæ loci, unde teſtes ſunt evocandi 75: licet in nonnullis judiciis certum tẽ-

pus pro-

pus productioni teſtium præfinitum eſt, & ut plurimum ini
ſeptimanarum. Datur verò regulariter in civilibus cauſſis u
na tantum dilatio producendi teſtes; quia omnis dilatio p
batoria cenſetur peremptoria, hoc eſt perimit, & aufert fac
tatem ulterius probandi, etiamſi in ea nihil ſit actum 76. S
ſi parti producenti nec opinato, & abſque ſua culpa accide
aliquod impedimentum in prima dilatione; tunc ei pete
ti datur ſecunda, & tertia dilatio 77: quarta verò non datur
ne ſolemnitate jurisjurandi, ut ſcilicet is qui teſtes produce
velit juret, quod nec per ſe nec per alios, teſtium profeſſion
didicerit, nec ſit percunctatus, nec per dolum, aut fraudē qua
tam dilationem petat, ſed quos nunc teſtes producere veli
ante habere non potuiſſe 78. Quam ſolemnitatem jurisjura
di offerre debet petens quartam dilationem hoc modo, Qu
ego in ſecunda & tertia dilatione impeditus fui, propterea p
to mihi dari quartam dilationem, præſtito juramento ex præ
ſcripto legis; alioquin ſi ſimpliciter petat ſine hac oblatio
jurisjurandi à Iudice repelli poteſt: nec propterea licet appe
lare, quia non cenſetur gravatus eo quod non petiit juxta fo
mam à lege expreſſam 79: quod ipſum memoria tenendun
& diligenter cavendum ne omittatur. Poſt publicationem t
ſtimoniorum aut concluſionem in cauſſa, quatenus teſtes ac
mitti, vel repelli debeant, diximus infra ubi de examination
teſtium egimus.

1 l.1. ff, de teſtib, 2. §.1. Inſtitut. de teſtam. 3. l. ſi, minore, ff. de quæſt, 4. l, 3. ff, de teſtib. 5, excipiuntur. ff, ad Senatuſc. Syllanum. gloſſ. in l.1. ff. de teſtib. 6, l. qui teſtamento hæres ff. d teſtam, gloſſa. cap cum literis cap, ſuper, eo extr, de teſtib, 7. d, l.3. l, qui teſtamento §, teſtes Inſtitut. de teſtam. 8. l. nullus, id ff, de teſtib. l, 9, C. eod. 9. l, dict ant, C, de teſt am. l, qui in poteſtate l. qui in omnibus. C. eod. 10, d. l, 9. l. ab executione ff. de. appellat, gloſſ, in, d. l, nullus. 11 Alberic. de Roſat. in tractat. de teſtibus, Lanfranc in cap. quoniam contra de probat. 12. l. e tiam C, de, teſtib. & , ibi Bald, 13 gloſſ, in §. in teſtamento. Inſtit. de teſtam, Alberic. in, d, l, e tiam 14. l, ult. §, ſane, C de, iis, qui ad eccleſ, confug l, reſpectu, ff. de. pœnis. 15. l. quicunque, C de, re militari. gloſſ, in cap. Iuſtinianus. extr. de offic. jud. deleg. 16 l.1, §, ſi vir. ff, ad Senatuſ Syllan, 17. l. conſenſu. C, de repud, cap, veniens. de teſtib, 18. Dd, in d. l. etiam. l, quoniam liberi C, de teſtib. 19, cap, mediat. de teſtib. lib. 6 cap. Romana. tit, eod. gloſſa, in, l. ult. ff. eod, 20. Lanfranc. in praxi. tit. de teſtib. Alberic. in d, tract, Bart. in l. defer. ff. de jure. fiſci. 21, Bald in l. eam. ff. de teſtib. Butr. in cap, cum à nobis. de teſtib, 22. Ioann. Andr. in cap. quoniam. de. probation. Alberic. & Lanfranc. loc. prædic. 23. Lanfranc. d, cap. quoniam. 24 l. idonei, ff. de teſtib. l, 4. C. eod, 25. Cyn. Bartol. in. d. l. Idonei. Alberic. d. tract. de teſtib. 26, l, teſtes. produc ff. de teſtib. 27. l, quoniam, C. eod, Ioann. Andr. in. cap. perſonas, & cap, cauſſam de teſtib. 28

Novell

Novell.90.§.ſi quis verò gloß,in l.3.ff.de teſtib.Cynus in l.ſi.quando C.Vnde vi.29, d.l.3 de teſtib,30.Dd.in ca p,teſtium de teſtib.Alberic. & Lanfranc.d. loc.31,l.3. §, duæ cauſſæ. ff.de Carbonian. edic,Bart,in l,1. C,de ſum.trivit.32,gloſſ,in.d,cap,teſtimonium.Bart,et Dd.in l.cùm mulier.ff.ſolut,matrim,33.l.quæſit.l.ex eo.l.ob carmen,ff.de teſtib. 34.cap, veniens,de teſtib.cap.excommunicatus.de hæretic. Innocent.& Dd.in d.cap, teſtimonium.35. gloſſ.in §.relegati,Inſtitut.quib.mod,jus. patr. poteſt ſol, Bartol.in l. ad cognitionem, ff.ex quib,cauſſ.in.poſſeſſ.eat,Felin.in cap,1,de offic.jud,deleg.36,Bartol, & Angel,in l, Lucius. ff.de his qui notan infã,gloß.in l.1 ff,de teſtib,37,Bart,in d,l,1.Bald.in authent,Si teſt,produc.dicatur.Specul. & Ioann,Andr.in.addit,tit.de teſtib.38,l,is cui bonis.ff.de teſtam. & ibi Bald.39,d.l.1,de teſtib.l. ſiquis C.eod,40.Bart,in.l.1,C,de,ſum.trinit.41.l.ſi, quemquã C,de epiſc. & cleric.& ibi Dd,42.§.ſunt.præterea Inſtit,de pu blic.judic.Specul.tit,de accuſat 43.l.nullum.penitus.& ibi.Dd,C.de teſtib.44.cap. licet,Hely.& ibi Dd.&,gloſſ.de ſimonia.Specul.de tit,45,Alber.& Specul,in loc.præd.46,l.inviti,ff.de teſtib.47.l,3,ff de jurejur,l.minor.C,qui ætate,ſe excuſ.48.d.l inviti,l.1.ff,de.public.vectig.49.authent.de teſtib.§ quoniam verò 50. Panorm. in cap,dilectus.de exceſſ.prælat,Felin,in cap.intimavit de teſtib. 51.gloſſ in d,l. ſi quis teſtium. Lanfranc,& Alberic.loc.præd.52. l.lege. Iulia & l.invitiff.de teſtib.53.cap.1,de teſtib,cogen.& cap.in fidei favorem de hæretic.54.l, ſi quis teſtibus.C, de teſtib.Bald,in cap.litteras,de præſer.55.l,parentes.C, de teſtib. 56.d.l.parentes. & ibi. gloſſ.l parentum ff de verb.ſignific.57.arg,l,ult.C,de tempor.appell.Alberic.de,tract.Ioann.Andr.in addit Specul.d,tit,58.gloſ.,& Dd.in.l.etiam ff,de probat.59.cap videtur quæ,mater accuſ,ac cuſat poſſ,& 25,4,601.60.Bart.& Bald in.l.qui teſtã.ff.de teſtam. 61.gloſſ.in d.l parentes & in cap,cùm canones.& C,inſinuante de offic,deleg.Specul,Alberic.&,Lanfanc.in loc.prædic,62,l.2 C.de teſtib,63,Bald,in cap.literas,de præſer.64. Lanfranc, & Alberic,locis allegat,65,Bald,& Butr,in cap,cùm oporteat,extr,de accuſat,Panorm,in cap.litteras.de præſũpt. 66.cap.per tuas extr.de ſimonia.cap,cum dilectus,& ibi gloſſa,extr,de elect,67. Dd.in d.l. parentes.Bartol.d.l,qui teſtamento.gloſſ,in cap,accedens,ut lit,non conteſt,68,Bart.in d,l.qui teſtamento.& in l,lex.cornelia.ff.de injur.cap,præſens.quæſt.9,69.l,1, & 2.ff,de liber, cauſſ. 70,cap.1.& cap, quoniam.extr.ut lit.non conteſt.71.gloſſ.in l.exceptionem,C.de probat.& in cap.exceptionis extr.de lit,conteſt,72. cap,quoniam frequenter ut,lit, non cont, & ibi gloſſ, & Dd.Lanfranc.in cap,quoniam contra de probat.73.l, udices.C.de fid. inſtrum. cap. cum nomine domini.extr,de teſtib.74. cap,indiciæ,3.quæſt.3.Bart, & Dd, in l, 1.C.de dilat.75.l.fin ff.de dilation.Iaſon.in l.fin.ff.de fer Panorm.in cap.licet de probat.76.l.in oratione.ff .de dilat.l.1.C,eod.gloſſ.in cap.præterea,de dilat,77,authent.ei qui ſemel,C, de probation.cap, ultra.tertiam extr.de teſtib,78.d.cap .ultra.tertiam. cap.ſignificaverunt. cap, in cauſſis ubi Panormit.de teſtib.

TIT XXXVII.

De Citatione & Iuramento Teſtium.

PRIMUM fit Citatio teſtium, & adverſarii. Teſtes citantur ut perhibeant teſtimonium in cauſſa producentis, & niſi fuerint citati, nullã fidem merentur. Nam qui ſpõte ad Iudicem venit, & ſe ad dicendum teſtimonium offert, ſuſpicionem falſi incurrit 1: qui verò à parte ad judicem producitur ac loco teſtis exhibetur, is etiam non ante citatus admittitur, & citatur à judice 2. Quòd ſi teſtes citandi ſub alterius juriſdictione poſiti ſint, tunc per litteras remiſſorias, ſive requiſitoriales illius territorii judex implorandus, ut teſtes examinet, atque re-

cipiat 3, & atteſtationes eorundem obſignatas tranſmittat 4.
verò teſtes legittimè vocati noluerint venire, iterum citantu
ſub pœna aliqua pecuniaria, & ob contumaciam multari, & ſ
ad dicendum teſtimonium compelli poſſunt 5. Immo ſi pro
ducens defectu teſtium contumacium ſuccumbat, ipſi ad om
nia damna reſarcienda tenentur 6. Adverſarius citatur ut jura
mento teſtium interſit, & det Interrogatoria, loco, & tempo
præfinito: quæ Citatio uſque adeo neceſſaria eſt, ut ſi abſqu
ea recipiantur, irrita ſint & nullius momẽti illorum teſtimoni
quoniam pertinet ad ſubſtantiam judicii 7. Excipitur, Si jude
per inquiſitionem procedit contra delinquentes 8, aut exam
net teſtes de fama, aut notorio, ad ſuam informationem 9: S
ſpectata & nobilis mulier teſtis eſt, quæ domi abſque partis ci
tatione examinari poteſt 10: Si talis ſit teſtis, cujus dicto parte
acquieſcere ante convenerint 11; Quando teſtis in loco vald
remoto producendus eſt 12: Quando teſtis qui obſcurè depo
ſuit, ad declarandam atteſtationem ſuam iterum examinatu
quoniam illa non cenſetur nova productio, ſed prioris declara
tio 13: Quando mora periculum adferret, utputa ſi teſtis in ex
tremo vitæ diſcriminæ verſaretur, aut profectionem pararet 14
vel ſi eſſet ultima dies præfinitæ dilationis, qua elapſa judex ju
riſdictione decederet 15. Sed ſi adverſarius citatus venire no
luerit, nec Interrogatoria dederit, etiã eo abſente Iudex teſti
profeſſiones recipit, ex officio interrogationes proponit, & no
minus valebunt quam ſi eo præſente receptæ fuiſſent 16. Con
tra ſi non potuerit venire ob Iuſtam, & neceſſariam cauſſam
idque liquido doceat, examinatio in aliud tempus proferri de
bet, alioquin receptio teſtium, & eorum teſtimonia non vale
bunt 17. Sequitur Iuramemtum teſtium quod tenentur præ
ſtare priuſquam ad dicendum teſtimonium admittuntur, qui
teſtis non juratus, quãtumvis ſanctimonia, vel dignitate excel
leat, nullam fidem meretur in præjudicium alterius 18. Si ta
men poſt dictum teſtimonium nulla interpoſita mora, & ſpont
juraverint ita eſſe ut depoſuerint, nihilominus admittitur ejuſ
modi teſtimonium, maximè in teſtibus ſpectatæ, & integræ fi

dei qui

quia ut vulgo dicitur, id quod incontinenti fit ineſſe rei,& ad-
hærere cenſetur 19, Secus ſi ex intervallo temporis, vel ad ju-
dicis interrogationem juramentum poſt præſtitum ſit, tunc e-
nim non cenſetur ineſſe, nec per illud atteſtatio ante facta con-
valeſcit *20*. Quin etiam conſẽſu partium quibuſvis teſtibus ju-
ramentum remitti poteſt in civilibus, non itẽ in criminalibus
& ſpiritualibus,aliiſque arduis cauſſis 21. Nec ſufficit tacita re-
miſſio,utpote partibus non contradicentibus, ſed expreſſè fieri
debet 22. idque ab utraque parte, non ab illa tantũ contra quã
teſtes producuntur 23. Quæ quidem remiſſio à partibus facta,
nihil obſtat judici quo minus ipſe teſtes juramẽto obſtringat,
ſi ei ita videbitur, niſi ante ipſius autoritate remiſſũ ſit 24. Præ-
ſtare autem debẽt teſtes juramentum intra dilationem ad pro-
ducendum datam,tempore & loco congruo,non die feriata;et-
ſi poſt dilationem & die feriata examinari licitè poſſunt 25.
Nam teſtes recipere,& jurejurando ad dicendum teſtimoniũ
obſtringere, eſt actus judicialis quem diebus feriatis exercere
non permittitur *26*: Examinatio verò teſtium non eſt actus ju-
dicialis,ideoque fieri quocunque tempore poteſt 27. Et primũ
jurat teſtis ſe verum dicturũ,quatenus ei liqueat,nulla admixta
falſitate,aut mendacio, Deinde pro utraque parte, & tam de
articulis & interrogatorijs, quàm de tota cauſſa profeſſurum.
Poſtremò nec pretio,nec amore, nec odio, nec commodi ſui
cauſſa quidquam, quod ad veritatis teſtimoniũ ſpectet, occul-
taturum *28*, Sunt qui addunt, Non evulgaturum atteſtationes
ſuas donec earum publicatio fiat *29*. Ceterum in præſtando
juramento teſtium non idem modus,aut eadem ſolemnitas u-
bique obſervatur. In quibuſdam tribunalibus teſtes jurant ere-
ctis duobus digitis cum pollice,præeunte examinatore his ver-
bis, Ita me Devus adjuvet,in aliis imponunt primores duos di-
gitos in librũ Euangeliorũ, aut tangũt ſacroſanctas ſcripturas
30. Feminæ plerũque cũ jurãt, manũ dextram imponunt ma-
nillæ ſiniſtrę. In nõnullis judiciis nobiles,& illuſtres viri ſola fi-
de interpoſita ꝑ ſcripturã teſtãtur,&atteſtationes obſignatas Iu-
dici examinis tranſmittunt; quoniam illorum interpoſitio fidei

Aa 2 juramento

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

juramento comparatur 31. Epiſcopi, & clerici jurant propoſi[tis]
tantum euangeliis, non tactis 32.

1. Lanfrãc. in praxi. tit. de teſtib. 2. authent. rogati C. de teſtamen. Bartol. in l. poſt. legatu ff. de his quib. ut indig. 3. l. judices cum. authen. apud eloquentiſſimum C. de fide inſtrumen. ca 1. de teſtib. cogend. 4. authent. de teſtibus, §. quoniam de teſtib collat. VII. 5. gloſſ. & Bartol. l. ſi quando C. de teſtib. Lanfranc. in cap quoniam contra, de probat. 6. Imola. & Caſtren in l, argentarij C. de eden. Afflict. conſtit. reg. Neapol. 7. d, l. ſi, quando cap. in nomine domi extr. de teſtib. Iaſon. l. properandum C, de judic 8. Hippol. Marſil, in, l, de uno quoq; ff. de re j dicata, Panorm. in cap, 2, de poteſt, deleg. 9, Innocent, in cap, 1, de poſtul. prælat. & in cap. b næ. de election. Bald. in, l, qui teſtamento, ff, de teſtam, 10. Bart, in l. ad egregios, ff, de jureju & , Iaſon, ibidem, etſi ab illis diſſentiant, Abb, &, Felin, in cap, ſi. qui teſtiũ. de teſtib, 11, Bar in, l, Theopompus, ff. de dote, præleg, Alexand, conſil, 130, lib, 1, Socin, in, l, ſi quis arbitratus, ff de verb, oblig, 12, Bart, in, l, 3, C, de Naufrag, Decius. in, d, cap, in nomine domini, 14, Dd. i d. cap, Ancher, conſil, 126, 14, Innocent, & alij, in cap, Albericus, de teſtib, 15, Oldrad, conſil 6;, Bart, Bald, & Angel, in, l, more Romano, ff, de ferijs 16, d, l. ſi quando & authent. ſed & ſi quis, C, de teſtib. 17. gloſſ, & Felin. in cap. 2. de. teſtib. argum. l. quæſitum. ff. de re. judic. 18, jurisjurandi C. de. teſtib. & . ibi. Dd. cap. fraternitatis. cap. licet univerſis. extr, eodem. Bal in. l, militis. C. de milit. teſtam. 19. Gloſſ. & Dd. in, l. juriſgentium, ff. de pact, Bald. & Caſtrẽ in, d, l. jurisjurandi - Felin, d. cap, fraternitatis. 20 - Dd. in, d. l. juriſjurandi, Felin. loc. præd. & Iaſon. in, l admonendi. ff. de jurejur. 21. cap. tuis quæſtionibus, de teſtib. & ibi, gloſſ, & Felin. Ia ſon, d, l, admonendi & in, l. nemo. poteſt ff. de legib. 22. Felin. d. cap. tuis. quæſtionibus. 23. Ioan Andr. & . Abb. in. d. cap. tuis. Iaſon. in. d. l. admonendi 24. Alex. in l. 1. ff. de ferijs, Specul. ti de teſtib. Iaſon, d, loc. 25. l. 1. in fin. ff. de bon. poſſeſſ. ex teſtam, milit, Bart, & alij in d. l, damn ff. de, damn. infec. Felin. in cap. licet, cauſſam de probat, 26. cap. quoniam, contra de probat. l dies feſtos. C. de fer, Rota, deciſ, 24, & . deciſ. 588. 27, cap, quia propter. extra de. elect. Specu tit, fer. Lanfranc, tit, de depoſſ, teſt. 28. gloſſ. in d. cap. fraternitatis, 29. gloſſ, in d. l. jurisjurand Bald. in l, præsbiteri, C. de epiſc, & cleric, 30, Bald. in, cap. 1. de pact. juram. firm. Felin. d. cap tuis. 31. cap. pervenit & ibi gloſſa, de fidejuſſor, Dd. in authent. ſacramenta puberum. C. ſi ad verſ. vendit. 32. authent, ſed judex. C. de epiſc. & cleric, cap, fin. extra de juram. calum. gloſſ, i Clement, 1, de homic.

TIT. XXXVIII.

De Examinatione & Profeſſione Teſtium.

POST præſtitum juramentum ſinguli teſtes ſeorſim, & ſecreto loco examinantur, ut tanto liberiores ſint ad dicendum teſtimonium 1; quod alioquin corã omnibus prolatum nullius momenti habetur 2: præterquam in cauſſis sũmariis, & modici præjudicii in quibus teſtes palam præſentibus litigatoribus examinari poſſunt, nec alia publicatio neceſſaria eſt 3. Examinare autem teſtes judex ipſe debet in cauſſa criminali & arduo negotio, ut matrimonio, & beneficio eccleſiaſtico. In civili vero cauſſa poterit alteri veluti Notario examinationem teſtium committere 4, ubi hoc perſonarum, & re-

rum

m qualitas exigit, ut videlicet ad egregias perſonas, vel infir-
as, vel mulieres, quæ ad judicis præſentiam cō mode venire
on poſſunt, mittatur 5. Sed is quem Iudex commiſit, non po-
eſt alterum denuo committere, præſertim parte reclamante 6:
ec etiam habet facultatem inquirēdi an articuli, vel teſtes ſint
dmittendi, aut rejiciendi 7; nec atteſtationes poteſt publicare
ne mandato, ſed obſignatas judici tradere debet 8. poterit
ihilominus teſtes interrogare de circunſtantiis rerum, perſo-
arumque ad cauſſam pertinentibus, atque etiam proteſtatio-
es contra teſtes recipere 9. Quod ſi partes tacite, vel expreſsè
onſentiant, & concedant alterum ſubdelegari, vel ſi duobus
luribuſve officium examinationis delegatum ſit conjunctim
el diviſim, ut fieri ſolet, & unus ita ſubdeleget, admittetur talis
ibdelegatus, & examinatio ab eo facta valebit; quoniam utile
er inutile non debet vitiari, aut tolli 10. Profeſſiones verò, &
tteſtationes teſtium ut fidem probationis faciant, debent eſſe
ptæ ad propoſita, & interrogata, certæ, atque adeo concludē-
es neceſſario, vel præſumptivè, vel juris aliqua præſumptione
1 Nam profeſſio teſtis aliena, generalis, incerta, & Varia non
robat 12. Obſcura, & ambigua interpretationem accipit con-
ra eum à quo teſtis eſt productus 13. ad quam declarandam
oteſt Iudex, ſi ei pro officii ſui ratione videbitur expedire, il-
um iterum examinare etiam poſt publicationem teſtium; ſed
i is à quo primum fuit productus poſtulet declarationem, vel
eſtis ipſe ultro veniat, etiā alteri partium ſit locutus, aut loqui
otuit, repellitur à declaratione ſui teſtimonii 14. Deinde o-
ortet ut profeſsio naturæ negotii conveniat, cadatque in ſē-
ſum & ſcientiam ipſius teſtis, veluti ſi ſuper mera negativa pro-
iteatur, debet ejuſmodi negotium certo loco ac tempore defi-
iri, aut factum teſtis propriam ſpectare 15. Denique requiri-
ur ut profeſsio contineat rationem ſcientiæ, Nam ſola teſta-
io prolata, nec aliis legittimis adminiculis cauſſa approbata,
ullius momenti habetur 16. Quod ipſum tamen diſtinctionē
ecipit Aut enim teſtis cauſam ſuæ ſcientię dicere rogatus fuit,
k tunc ſi nullam, aut non concludē tem atteſtationis ſuæ cauſ-

 ſam

ſam adferat,non valet ejus teſtimonium,adeo ut ne præſum- tionem quidē faciat 17. aut non fuit interrogatus,& tūc qu- que tenetur reddere teſtimononii ſui rationem,quatenus teſta- tur de his tantum quæ percipiuntur ſenſu aliquo exteriori, t quod viſu percipi poteſt dicat ſe fuiſſe præſentem,& ita geri - diſſe,quod auditu ſolo percipitur, dicat ſe in loco ubi res ac- fuit præſentē,& vigilantem talia verba, talem ſtrepitum au- viſſe,& ſic de alijs. Quatenus verò teſtatur de his quæ tantu judicio intellectus percipi poſſunt, ut ſi dicat aliquem eſſe do- minum illius rei,furioſum, divitem,mortuum, dicti ſui ratio- nem adferre debet,etiamſi non rogetur 18. Idem eſt in his re- bus quæ percipiuntur arte,& uſu,ut in adſerendo pretio, dete- rioratione, damno, & eo quod intereſt 19; & quando teſtis ra- fellit,& arguit inſtrumentum 20. Item in criminalibus, in qui- bus non valet atteſtatio,niſi teſtis rationem ſcientiæ reddat eti- am non interrogatus 21: quod nonnulli putant obtinere quan- do teſtis eſt productus ad impugnationem, ſecus ſi ad defenſi- onem, quia tunc,non interrogatus probat, etiamſi nullam ex- primat cauſſam ſui teſtimonii 22. Poſſunt autem teſtes etiam non interrogati,ſi eis videbitur,reddere cauſam dictorum ſu- orum,& illi qui cauſſam reddūt,præferuntur aliis non reddē- tibus 23.

1,Gloſ,in cap,quia propter,de elect,l,nullum C,de teſtib. & ibi Bartol,2,Bald,l,prolatā C, ſentent, & interlocut,omn,judic,3 Bald,d,loco,4,Dd.in l,judices,& authentic.apud eloque tiſſimum,C,de fide,inſtrum,& l,3,§ item divus,ff de teſtib,5,l.ad egregios,ff,de jurejur.ca ult,de teſtib,cap. mulieres,de judic, 6.argum,l.inter artifices,ff,de ſolut.l.nemo,poteſt,ff, duob,reis 7, Abb.in cap,quoniam,contra coll:18,Felin,cap,cùm cauſſam de teſtib,8.Bartol, l,cùm ab initio ff, quemadm, teſtam,aperian,9,Iaſon,in.l. cui juriſdictio ff,de juriſd,omn,j dic,Innocent,in cap,cum Bart oldos,de ſent ent,excommun,& in cap.licet cauſſam de proba 10,Mynſinger,centur,3,obſervat,41 ,ex deciſione Cameræ Imperial,11,l.non hoc C,Vnde co nati & ibi,Bartol.l, 1.ff,Si cert,p.tat 13.cap,propter de teſtib. Bart,in l.eos qui ff,de falſ.Si licet,in l.juriſjurandi C,de teſtib ,13,l,1,§,ult,ff,eod.tit,14,gloſ,in §,quia verò multi,authe de teſtib,15.l,ob crimen,ff,eod,16,l,ſolam C.de teſtib.Dd, in cap,cùm cauſſam 17.Dd,in l,ſolam Innocent, in d,cap, cum cauſſam Lanfranc in cap,quoniam de probat, 18, Bald, Caſtrenſ,in d,l,ſolam Innocent,& Abb,in d.cap,cùm cauſſam Franſiſc,Curt.tract,de teſti 19,Alexan conſil.183,volum 7,Decius.in l,quotiens,ff,de reg,jur,20, Alexan conſil,190.vo lum 6,21,l,fin,C.de probat,Alexan,conſil,15,volum,1,22, Hippolit, Marſil.in pract, crimi & in ſingul,261,& 658,Bartr,conſil,188,volum,2,23,Ioann,Andr,& Bald,in l,presbiter C,de epiſc,& cleric,Franciſc,Curt,de tract,

TIT. XXXIX.

De Productione & Examinatione Teſtium Ad perpetuam rei memoriam.

ETsi teſtes regulariter debẽt produci,& examinari poſt litis cõteſtationem: tamen ſi quis diuturnam abſentiam, aut mortem eorum metuat, poteſt illos ad æternam rei memoriam producere, cùm lis nondum conteſtata ſit 1. Nec actor tantum hujus productionis facultatem habet, ſed etiam reus,& ille qui in cauſſa & actoris, & rei partibus fungi poteſt, licet diverſa ſit in illis ratio 2. Nam actor producit ad fundandam ſuam intentionem, vel quando omnino agere non poteſt niſi prius examinatis teſtibus in quibus, omnis ejus probatio conſiſtit 3, vel quando Nondum actio ipſi competit, ſed in poſterum competitura eſt 4; veluti ſi creditor qui ſub conditione, aut in diem credidit, neque ante illam conditionem, aut diem experiri in judicio poteſt, metuat ne debitor ſibi neget debitum, ac teſtes qui ejus conſcii ſunt, moriantur, utpote ſenes, valetudinarii, vel diutius abfuturi ſunt, quia forte ad bellũ proficiſcentur, aut longum,& periculoſum iter ſuſcipient 5, cõceditur hæc productio: ne probationis facultas,& rerum geſtarum memoria ei pereat. Ceterum ſi Actor habet poteſtatem agendi quandocunque vult, non poterit uti hoc extraordinario productionis remedio, ſed debet via ordinaria teſtes producere 6. Reus verò producit ad firmandam defenſionem, ſive exceptionem, per quam poſſit elidere actionem quam metuit ne ſibi intentetur, & quoniam in ejus poteſtate non eſt ſicut actoris quando conveniatur, ideo abſque reſpectu ætatis, valetudinis, vel abſentie omnes idoneos teſtes indiſtincte poteſt producere 7, Idem obtinet in illo qui & actoris,& rei vice fungi poteſt, ut eſt poſſeſſor juris alicujus, de quo veretur ne alius ipſi aliquando litem, controverſiamve moveat, & teſtes qui id jus norunt moriantur, aut diſcedant. Nam & hic poteſt quoſlibet idoneos teſtes producere ad perpetuam rei memoriam, & teſtimonia ſtatim diſcere, quæ tanquam publicum inſtrumentũ

perpetuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

perpetuo valeant 8. Porro admittitur hæc productio poſt co
nitionem ſummariam ſemiplenamque ſaltem probation
judici factam de ætate, valetudine, abſentia teſtium, & neg
qualitate: quæ arbitrio judicis æſtimanda relinquuntur 9. E
eri debet coram Iudice competente ipſius rei, ſive cauſſæ pri
cipalis 10; niſi adſit præſens periculum perituræ probatio
ob mortem teſtis, vel ſubitum diſceſſum. tunc enim ab inco
petente judice, & parte non citata, teſtis produci, & recipi p
teſt 11: quoniam ubicunque eſt periculum in mora, ibi neg
gitur obſervatio juris communis, & extraordinariè proceditu
12 Si tamen teſtis infirmus ſupervixerit, aut abſens redierit
vaneſcit extraordinaria productio, & repetitur coram judi
competente, & pars adverſa citatur 13: quæ in hoc product
nis genere citari debet, ut juramento teſtium interſit 14: ſic
men ut illa citatio diſerte exprimat productionem fieri ad p
petuam rei memoriam. alias productio nullius momenti eſt
15. poſt productionem verò neceſſe eſt actori ut intra annu
actionem inſtituat à tempore quo agere licuit: quoniam co
tra actorem non agētem intra annum, fit præſumptio juris t
lem productionem in fraudem factam eſſe 16. Ipſę autem pr
feſſiones teſtium actoris conſignatæ remanent apud Iudicen
nec publicantur donec de cauſſa judicium cœptum, & lis co
teſtata ſit 17; rei verò, & poſſeſſoris ſtatim publicantur, ut m
do diximus.

1. Dd, in authent, ſed et ſi quis C. de teſtib. cap. quoniam frequenter ut lite non conteſt. & c
ſignificavit de teſtib. 2. Gloſſ & Panorm, in d. cap. ſignificavit Bart. in l. 4, §. prætor ait ff.
damn. infec 3. l. publicati C. de teſtib. l, 1. & 2. C, de bon. poſſeſſ. ſecun. tabul. & l. 2. ff. quer
adm. teſtam. aperian. 4. Bartol. in d. authent. ſed et ſi Innocent. in d. cap. ſignificavit & d. ca
quoniam 5. Bartol. & Bald. in d. authent. 6. Angel. in l. ſi quis libertatem ff. de petit. hære
Felin. in d. cap. ſignificavit, 7. l. purè §. fin. ff. de dol. mal. except. l. lege Aquillia ff. ad legem
quill. & ibi Bartol. 8. Panorm. Innocent. & Butrio in d cap. ſignificavit. Bart. in de authe
9. Bartol. in d. §. prætor. ait Abb. Felin & alij in d. cap. quoniam & cap. Albericus de teſt
Alexand. conſil. 206, lib, 2. 10. Bart in l. cum Si § tranſactiones ff. de tranſaction: & in
ſocietatem ff. pro ſocio Panorm. d. cap. ſignificavit 11, Iaſon in l. admonendi ff de jure; ur Feli
in d. cap. Albericus 12. l. 1. ff. de damn. infec l. divus §. fin. ff. de petit hæred 13. Rota deci
109. Ludovic, Roman. l, ſi verb, §. ſi viro ff ſolut matrim. 14. Bald. in d. authent & Hoſtien
in d. cap. ſignificavit. Rota. deciſ, 394, 16. gloſſ, & panorm in d. cap. quoniam frequenter alci
in tract de præſumpt 17, gloſſ. & Panorm in d cap. quoniam frequenter Bart. in d. authen
ſed et ſi quis C. de teſtib, Ioann. Andr. in addit. ad Specul. tit. de teſtib. et ſi Speculat. ibi alit
ſentiat; cujus opinio non eſt recepta.

TITVLV

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

TIT. XL.

De Publicatione Teſtium.

POST examinationem teſtium ulteriori eorundem productioni partes renuntiant, & petunt atteſtationes à judice publicari. Nam publicatio fit à judice partibus conſentientibus, & præſentibus, aut ſi adeſſe noluerint, legittimè tamen vocatis 1. Non enim alius qui teſtes non produxit, licet ſua interſit, poteſt publicationem petere 2; nec Iudex eam facere parte altera vel utraque invita, alioquin non obſtante hujuſmodi publicatione, pars quæ nondum atteſtationes cognovit, poteſt alios teſtes producere, tam ſuper eiſdem articulis, quàm ſuper aliis directe contrarijs 3. Quod ſi alter litigatorum vel uterque noluerit admittere publicationem, quoniam cupiat alios teſtes producere, debet exprimere juſtas impedimenti cauſſas 4: quibus cognitis Iudex dare poteſt dilationem unam vel plureſve, etſi plures quam tres vix concedendæ ſunt, ut ante diximus 5. Facta verò publicatione Iudex quidem poteſt pro officij ſui religione teſtes iterum interrogare, & examinare, ſi forte ambiguè, vel obſcurè profeſſi fuerint, ut teſtimonia ſua declarent, & certa, atque liquida reddant 6: ſed litigatores poſt renunciationem, & publicationem factam, & cognitas profeſſiones, non poſſunt amplius teſtes producere, etſi illud petant; quia renuntiatio ſemel facta aufert poteſtatem producendi alios teſtes 8, & poſt publicationem eſt periculum ſubornationis, & corruptionis teſtium 9. Excipiuntur certi quidam caſus in quibus poſt renuntiationem, & publicationem admittitur teſtium productio, veluti, Si nova quæſtio incidat quæ teſtimonijs non ſit explicata, & confirmata 10. Si edantur articuli novi, qui ab antiquis connexis dependeant 11; nec ab eiſdem diffideant, & ejuſmodi qualitatem inducant quæ prioribus articulis propoſita non eſt, & tamen id ipſum quod in quæſtione eſt confirmat, veluti ſi is qui poſſeſſionē rei controverſæ non probaverit, conetur docere ejus proprietatem, ſive titulum 12. Nā in articulis plane contrarijs, ac pugnantibus cum antiquis, poſt publicationem non admittūtur teſtes 13. Si exceptio peremptoria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

toria non omnino contraria probationi partis adverſæ poſ opponi 14, ut ſi actor mutuum datum probavit, reus oppon exceptionem pacti de non petendo, quæ non eſt directè co traria actoris probationi 15. Si teſtes recepti ſint ad perpetua rei memoriam, poſt quos etiam alios producere licet, Si teſt producantur cum inſtrumento, in quo timor ſubornationis metuendus 16, Si primi teſtes dixerunt ſe nihil ſcire, vel n recordari 17; Si quid in examinatione teſtium vel negligen vel dolo malo examinatoris omiſſum ſit, quia fortè non omnibus articulis, vel interrogatorijs ſint interrogati; quonia malitia, aut negligentia examinatoris parti nocere nõ debet 1 Si atteſtationes nondum partibus cognitæ ſint, licet teſtes ſi publicati non enim tam publicatio. quàm ſcientia & pa tefactio atteſtationum facultatem producendi alios teſtes ad mit 19, Si atteſtationes poſt publicationem earum facta ſint amiſſæ 20.

1. Bald. & Angel. in authent. ſi quis in aliquo. C, de eden, 2, cap. 2. extr. de teſtib. Innocent cap, conſtitutus, de teſtib. 3, Bartol. in authent & qui ſemel. C. de probat, Panorm. & Io Andr. in d, cap. conſtitutus, 4. l. oratione ff. de dilat. & l. 1. C. eod. 5. Specul. tit. de teſtib. 6. I. in cap. cùm clamor, de teſtib, 7. cap, cum veniſſent & cap, per tuas de teſtib, & ibi Abba cap, de teſtibus. & d, cap. cùm veniſſent. de teſtib, Innocent. d, cap, conſtitutus, ubi dicit comm nem, hanc eſſe opinionem 9. authent, qui ſemel, C. de probat. gloſſ, in l, 2. C. Sentent. reſcin, poſſe cap, fraternitatis, de teſtib, 10. d, cap. cùm veniſſent, 11. d, cap, fraternitatis & ibi Im Clement. teſtibus, eod, tit. 12, d. cap, cùm veniſſent, Angel, authent. de teſtib, §, quia. vero 1 Bart. d, authent, 14. l, exceptiones. C, de probat. Bartol. in l, certi edicti ff, Si cert. petat, 15, glo in d, l, exceptio. Angel, in d, authent. de teſtib, 16. cap, ſeries. de teſtib. & ibi Butr, l, officium de, rei vindicat. 17, Specul, d, tit, Socinus. regula, 402. 18. cap, cùm per tuas. & cap, cum clam de teſtib. & ibi gloſſ. 19. d. authent. de teſtib, gloſſa, in Clement. ſin de teſtib. Portius lib. 1. Commun. Opinion, 20. Lanfrancus. cap. quoniam. contra de probat.

TIT. XLI.

De Confutatione ſive Reprobatione Teſtium.

PVBLICATIS, & cognitis atteſtationibus fit Confutatio ſive ut vulgo appellat Reprobatio, vel Repulſa in qu exceptiones objiciũtur cõtra pſonas, & dicta teſtiũ ad el vanda

idām,& refellendā eorum fidem. Hæc petitur à judice & ad-
ittitur ante concluſionem,poſt quā non debet cōcedi 1: ſicut
ec in cauſſis ſummarijs ſolis, ex quibus ſcilicet nulla alia
rincipalis cauſſa in ordinario judicio movetur 2: neque etiā
n cauſſa appellationis contra teſtes in priore inſtātia examina-
os & non cōfutatos,quoniā ſibi imputare debet,qui cùm poſ-
et,teſtes nō repulit 3: niſi ignoravit,& poſt appellationē didicit
rimina,ob quæ potuiſſet in prima inſtātia teſtes repellere. tūc
nim admittitur in cauſſa appellationis,cū juramento,Non āte
civiſſe 4. Sed ſi novi teſtes in ipſa appellatione producūtur,nō
oteſt denegari cōfutatio,quę eſt quędā defenſio 5,&ideo etiā
onceditur in cauſſā attentatorum,niſi calūniosè differendę li-
s gratia petatur 6. Porro confutatio contra perſonas teſtium
x varijs circumſtantiis deſumitur maximè ꝙ ſint ex eorū nu-
ero qui legibus teſtimoniū dicere prohibentur: quoniā fortè
ſtis ſit domeſticus,& conjunctus producenti 7,vel capitalis i-
imicus ejus contra quem producitur, ſocius bonorū,ſimilem
auſſā habens,conciliator,ſollicitator cauſſæ,negotiorum pro-
urator, reus criminis, infamis, perjurus, mutus,ſurdus, fatu-
s, & rerum ignarus, obſcurus 8, vilis,& pauper 9; quo nomi-
e cenſetur qui ſolidos quinquaginta non habet in bonis 10:
ſi non repellitur pauper ſi ſit honeſtæ vitæ,& integræ opinio-
is, nec aliis circunſtantijs gravetur 11. Quæ omnia poſſunt ob-
ci contra perſonas teſtium partis adverſariæ , non autem ipſi-
s producentis. Nam producens teſtem pro ſe cenſetur illum
pprobare per ſolam productionem,licet eo non utatur 12: ea-
ue de cauſſa non admittitur ad ejus confutationem,tanquam
bi ipſi contrarius 13; etiāſi producatur poſtea cōtra eum in a-
a cauſſa, & ab alia parte 14. Nihilominus licet producēti re-
utare dicta ſuorū teſtiū,ſi ipſi adverſantur 15. Sed in crimina-
bus objecta cōtra teſtes ſpeciatim recēſeri debēt,neq; ſufficit
a generaliter ꝓponere;veluti ꝙ ſunt fures,adulteri,ſpurii,&ſi-
iles 16,& ꝗ talia crimina objicit, tenetur actione injuriarū ip-
s teſtibus,& punitur niſi ſemiplenè ſaltem,vel ꝑ famā ꝓbave-
it 17. Cōtra dicta teſtiū opponitur ꝙ ſunt vel obſcura,incerta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ambigua, dubia 18, præmeditata, & cõpoſita uno eodemq; ſermone 19, negativa, nõ coarctata loco, & tẽpore 20: ex quo plus creditur teſtibus affirmãtibus, quàm negãtibus 21: aliena ſuperflua, impertinentia, extra articulos, & interrogata 22, non veriſimilia, non paria, & congruentia in facto, qualitate, vel natura rei 23. Nam dicta teſtium in circumſtantiis rei convenire debent 24: etſi levis error vel differentia in circumſtãtiis rerum, non vitiat univerſum teſtimonium 25; vel contraria & repugnantia, cùm ſcilicet unus teſtis aliorum teſtiũ dictis repugnat & contradicit 26, aut quãdo unius teſtis dicta in eadem ꝓfeſſione ſibi ſunt contraria. tũc enim neutri ipſius dicto creditur 27: immo falſum dixiſſe, & perjuriũ admiſiſſe cenſetur 28. Denique ꝙ ſint teſtimonia ex auditu alieno 29, aut ſine cauſſa ſciẽtię, vel ſine idonea, & concludẽti cauſſa, atque ratione 30; ꝙ ſint ſingularia, & cum nullo aliorum teſtium dicto conveniãt 31. Nam teſtis ſingularis non facit plenã fidem 32: nec deferri juramentũ in probationis ſupplementũ ei debet, qui teſtes habet ſingulares 33. Quod verũ eſt quãdo teſtes de ſpeciali & unico actu recepti ſunt, ut in adulterio Susãnæ, quia tũc diſparia dicta cenſentur ſingularia, & teſtes tanquã ſingulares non ꝓbant, ſed cũ genus aliquod ꝓbandũ eſt puta juriſdictio, ſervitus, decima, infamia, & aliud ſimile; tũc ad hoc ſufficit ejus partes probare per teſtes ſingulares, qui ratione eju ſdẽ finis conveniant, etſi in tẽpore & actibus diſſentiãt; ob ꝙ non dicũtur ſingulares, & integrè ꝓbant 34, Præterea excipitur cõtra formã ꝓductionis & examinationis teſtiũ ꝙ teſtis nõ legittimè vocatus ad teſtimoniũ acceſſerit, quod à producente fuerit inſtructus, ꝙ non juraverit, aut poſt, non ante dictũ teſtimoniũ juraverit: ꝙ de credulitate, nõ de veritate juraverit, quod à non cõpetente judice, aut à ſubdelegato ſit examinatus, quod nõ viva voce, ſed in ſcriptis depoſuerit 35. Item excipitur cõtra numerum teſtiũ quẽ non eundẽ in omnibus cauſſis, & negotiis leges requirũt, & in ijs in quibus minus periculi eſt de dolo, circũventione, pauciores, in quibus plus eſt, plures adhiberi ſtatuũt 36, Vnius vero teſtis fidẽ ſolam ad probationem neutiquã ſufficere volunt, etiãſi honore

ore, & integritate præſtet 37: ſed duorũ teſtimonium in quabet cauſſa ſufficiens eſſe, niſi expreſſè lege cautum ſit plures in aliqua cauſſa adhibendos, veluti in teſtamento, codicillis, donationibus, & aliis 38.

1, authent. de teſtib, §, ult. 2, Abb, & Felin in cap, veniens de teſtib, Aretinus cõſil, 61, Menoch, de arbitr, judic. quæſt, 32, 3, Aflict, deciſ, regni Neapolit, Marant a tit, de teſt, repulſa 4. cap, præſentiũ de teſtib. 5, Clement, ſæpe §, nõ ſit, & ibi gloſſ, de verbor, ſignific. 6 Afflict. deciſ 351, 7, cap, in lit, de offic, deleg, 8, l, 2, ff. de teſtib, l, quoniam l, teſtium C, eod, 9, d, l, 3. 10. Bartol. in l, qui accuſare ff, de accuſat, 11, argũ, l, ſuſpectũ, ff, de ſuſpec, tutor, 12, Felin. cap, præſentiũ de teſtib, Ioann, Andr, in addit, ad Speculat, tit, de teſte. 13, l. ſi quis teſtibus, C, de teſtib, & ibi Bald, cap. de teſtibus & ibi Abb, & Felin extr, de teſtib, 14, Ioan, Andr, d, loc, Aretinus conſil, 140, 15, Abb. d, cap, præſentiũ. Maranta tit, de teſte, 16, d, cap, præſentiũ. Bartol, in l, teſtium ff. de teſtib & in l, 1, C, eod, 17. Boerius deciſ, 245, Socin, cõſil, 118, volũ 1, 18. Innocẽt. in cap cùm clamor, de teſtib, Dd, in l. inter ſtipulantẽ §. 2, ff. de verbor, ſignific, 19, l, teſtes §, ideoque divus ff, de teſtib, 20, cap. cùm eccleſia, de cauſ, poſſeſ, & propriet, 21 gloſſ, in l, diẽ proferre §. ſi plures ff, de arbitr, Bart, Bald, & Angel, in l, heredes palã, ff. de teſtã. Dd, in cap, quod per novale, de verbor, ſignific 22. Specul, tit, de probat, Imola in l, legari utiliter, de legat, 1. 23. Specul, d, tit. Ferrar, in form, jurã. teſt, 24, Innocẽt cap 2, de teſtib, Specul. d, loc, 25, Bald. in l, ſi ex falſis C, de tranſact, Innocẽt, in cap. fraternitatis de teſtib, & in cap, cum jure patron. de offic. deleg, judic. 26, cap, licet cauſſam, de probat, 27, l, licet, C, de probat, l. eas, ff. de falſ, 28. Ferrar. in form, jurã, teſt, 29, d, l, teſtiũ & ibi Dd, Authẽt de hæredit. Falcid, §, hinc nobis 30. Dd, in l, ſolã, C. de teſtib Innocent, & Abb, d. cap, cũ cauſſã 31 cap, licet cauſſã de probat, l. ob carmen ff de teſtib. 32 l. juris religio C. de probat. d, cap, cauſſã, cap. dilectus cap. bonæ de elect. 33. Bald. in l, teſtiũ. C de teſtib, & in l. de quibus ff. de legib, 34, l. qui ſententiã C, de pœnis d, l, ob carmen d. cap, licet cauſſã 35, Specul, tit. de teſtib, Ferrar, in formula oppon. cont, teſt. Lãfrac. in praxi cap, de teſtib, 36, authent. ſed novo C. ſi cert. petat. authent de fide inſtrum, §. ſi quis igitur 37. l, juriſjurandi, C, de teſtib, cap. licet. univerſis extr. eod 38. l. ubi numerus ff. de teſtib & ibi gloſſ.

TIT. XLII.

De Tabulis ſive Inſtrumentis.

TABULARUM, & Inſtrumentorũ nomine generaliter accipiũtur omnia ea quibus cauſſa inſtrui poteſt, ſive teſtes, ſive litteræ, ſive cõfeſſiones, ſive aliæ quævis probationes 1. Sed propriè & verè Inſtrumentũ eſt ſcriptura ad rei geſtæ fidẽ cõprobandã facta 2; eſtque aliud publicũ, aliud privatũ. Publicũ inſtrumentũ dicitur quod manu tabellionis, ſeu notarii publici ad id ſpecialiter rogati debita forma confectum eſt 3, utpote quod cõtinet contractũ initũ, vel rem geſtã, locũ, tempus, annũ menſẽ, diem nomina & cognomina teſtium trium aut plurium, prout natura contractus, & actus qui geritur requirit, ſubſcriptionem notarii cum ejus ſigno 4. Addunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

nonnulli invocationē Dei, indictionē nomen Imperatoris, v
Pontificis, locum ſpecialē celebrati cōtractus nempe in dom
platea tali 5: quæ non ubique obſervātur. Quin etiā Inſtrum
tum publicum cenſetur quæcunque alia ſcriptura, cui vel ju
vel conſuetudo plenā fidē tribuit 6, ut eſt ſcriptura conſigna
ſigillo principis, vel epiſcopi, vel capituli, vel reip. 7: &, Qu
juris autoritate publicata eſt 8, Quæ ſcribentis & trium teſti
idoneorū ſubſcriptionē habet 9. Quæ extrahitur de archiv
publico, de tēplorū penetralibus, veluti eſt liber cēſualis, mo
tualis 10, Quæ in acta, Iudice pro tribunali ſedēte, relata eſt 1
Quorū omniū ea vis eſt atque poteſtas, ut negotii geſti plen
fidē in judicio ſine ullis aliis adminiculis faciant 12. Vnde no
eſt neceſſe ut notarius, & teſtes in publico inſtrumēto annota
producātur, & teſtimonio ſuo illud confirment: immo mortui
etiā illis integritatē, & fidem ſuā retinet 13: niſi dubitetur d
manu notarij, quo caſu ſtandū erit illius atteſtationi 14. Quā
vis contra inſtrumentū publicū admittitur probatio, ſi quis cō
tēdat vera non eſſe illa quæ in eo continentur 15, & non omn
inſtrumentū publicū à notario confectū plenā fidē facit, ſed au
thenticū duntaxat ſive originale, & prothocollon quod vocāt,
ſi ea quę inſtrumentū publicū requirit, cōplectatur 16: ex que
receptum eſt, ut ſi notarius quę acta ſunt in prothocollo anno-
taverit, & mortuus ſit prius quā inde inſtrumētum publicum
confecerit, ſufficere in ejus locum alium notarium poſſit judex
ordinarius, qui publicum inſtrumentum conſcribat, rogantibus
videlicet iis quorum res agitur 17. Exemplum autē quod vul-
go dicitur Copia nullam fidem facit, niſi principale inſtru-
mentum exhibeatur, cùm regula juris ſit, Exemplo neminem
poſſe conveniri 18. Quod ipſum tamen diſtinctionem re-
cipit. Nam ſi exemplum ſcripſit notarius idem qui inſtrumen-
tum cōfecit, huic exemplo tribuitur fides 19, proptrerea quod
idem notarius poteſt multa ejuſdē negotij, & cōtractus inſtru-
mēta cōſcribere 20, & cùm ſingulorū ſit autor, eadē fides ad-
hibenda eſt ſingulis 21. Si verò Exemplum ſcripſit alius nota-
rius à quo inſtrumentū principale cōfectum nō eſt, tali exēplo
minimè

minimè creditur; quoniã notarius non fuit rogatus de cõfici-
endo inſtrumento,ſed tãtum de exemplo deſcribendo;nec ha-
betur illi fides,niſi de eo ꝙ rogantibꝰ partibꝰ fecit 22. Quod ſi
exemplum ſit cõfectum à duobꝰ notariis,qui ſubſcriptione ſua
teſtãtur ſe originale inſtrumentum integrum,immaculatum,nõ
raſum,neque ulla in parte ſuſpectum vidiſſe, & cum eo exem-
plum de verbo ad verbum cõgruere: deinde is qui exemplum
fieri curavit,adverſarium ſuum ad hoc ſpecialiter citet corã ju-
dice ordinario, aut ab eo delegato, ut videat exemplum, & in-
ſtrumentum conferri, tunc plenam fidem facit hoc modo pub-
licatum exemplum 23: quod propter vetuſtatem exemplorum,
vel periculum amiſſionis, aut aliam juſtam cauſſam fieri ſolet.
Item probat exemplum ſi eſt contra eum qui illud deſcripſit,
vel qui produxit 24. Si utriuſque partis conſenſu ex originali
ſit deſcriptum 25: Si reperitur in archyvo publico alicujus
civitatis 26. Si actorum notarius inſtrumentum excepit, & ex-
emplum in actis reliquit 27. Privatum inſtrumẽtum dicitur ꝙ
ſine publica autoritate privatæ perſonæ manu conſcriptum eſt
28, ideoq́, pro ſcribente,vel edente nullã probationẽ facit 29,
niſi alicujus juſtæ cauſſæ expreſſione juvetur 30. Ejus varię ſũt
ſpecies,veluti Cautio, ſive Chirographum,apocha, antipocha,
liber rationum,epiſtola.Cautio eſt ſcriptura q̃ à debitore credi-
tori ad fidem ſuã obſtringendã,& debitum cõprobandũ, datur
31. Hæc ſi negetur debitoris manu conſcripta,aut vera eſſe quę
in ea cõtineãtur,nullam probationẽ facit, niſi vel ejus teſtium-
que trium ſubſcriptionem firmata ſit,vel cum ipſe ſubſcriberet
teſtes tres interfuerint 32. tunc enim plenam probationem fa-
cit,quia quaſi publicè cõfectum inſtrumentum creditur 33; a-
deo ut ſi duo contendant quorum alter inſtrumẽto publico al-
ter privato ſed tamen trium teſtium adhuc viventium annota-
tione munito utatur, præferri is debeat qui privato ejuſmodi
inſtrumento utitur,ſi nõ aliud obſtiterit 34. Eandem vim ha-
bent Apocha ſive Quitantia, & Antipocha; quarum illa à cre-
ditore debitori probandæ ſolutionis cauſſa dari ſolet 35, hæc
datur creditori quo ſe accepiſſe probet penſiones, & præſtati-
ones annuas,vel menſtruas,præſcriptionis impediendæ cauſsâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

36. Liber rationum quem quiſque ſibi conficit, plenam pro-
bationem contra ipſum ſcribentem adfert 37; pro ipſo autem
nihil probat. Nō enim credi debet ei ſcripturæ, qua unuſquiſ-
que ſibi annotatione propria debitum conſtituit 38. Si tamen
cōtineat quæ ipſi ſcribēti partim proſint, partim etiam noceā,
non poterit ab adverſario in una parte approbari, in alia vero
rejici 39. Et ſi ſcriptus eſt ab homine bonæ famæ, & inculpatæ
vitę, propria ipſi⁹ manu, cōtinet que cauſſā debiti, annum, men-
ſem, diem; item data & accepta, debita & credita, tum ſemiplenā
probationem pro ſcribente, & proferente facit 40: & ſi accedat
etiam alia adminicula plenè probat 41: ꝙ in modica ſumma
eſt infra quinquaginta aureos communiter quoq; obtinet 42.
Quin etiam libri rationum mercatorum de reb⁹ ſuis emptis ac
venditis, nec non artificum de mercede pro opera ſibi debita
habent ſupradictas qualitates ſemiplene probant, ita ut illis ad
plenæ probationis ſupplementum juſjurandum à judice defer-
ri poſsit; atq; ita in foro obſervatur 43. Porro Epiſtola ſi eſt ſcri-
pta manu propria debitoris, cōtra eundē plenè probat: ſi per a-
lium ſcripta ſigillo tamē debitoris cōſignata, & tunc quoq; ple-
nā fidem facit non min⁹ enim valet ſigillum quā ſubſcriptio 44
& ſigillum volente domino appoſitum præſumitur 45. Sed ſi
affixum ſigillum non ſit, debitor quoque neget eam ſua manu
ſcriptam, nullā vim probationis habet, niſi ex cōparatione lit-
terarum, ad quam hoc caſu devenitur, contrarium doceatur
nam illa ſemiplenè probat 46.

1. l. 1. ff, de fide inſtrum, 2, l, 1. C. de probat, l, 2, C, de jure emphyt, l, 6, ff. de edē. 3, l, geſta C de re judic, Authēt, de tabellion, cap 1, & 2, de fide inſtrū, cap, quoniā contra extra de proba 4, Dd, in cap. 1. & in cap, inter debitos extr. eod. tit, Gloſſ in l, generali C. de tabular, 5. gloſſ. i d. l. generali Angel. in authēt. ut præpō. nomē. Imperat. 6. d. cap. 1, de fide inſtrū. & ibi gloſſa. 7 cap. 2. extr, eod. cap tertio loco cap poſt ceſſionē extr. de probat, 8, l. publicati. C. de teſtamē, ub Dd. l fin, C. de re judic. cap. perpetuus extr. de fide inſtrū. 9. l. cōtractus C. eod. l, ſcripturas cum authēt. ſi quis vult. cautè C, qui potior. in pign. habean 10. Dd. in l. in fraudē §. quotiens ff. a jure fiſci Authent. adhæc C. de fide inſtrument, cap. ad audientiam, extr. de præſcript, 11 l, 2, C, de eden. & ibi Dd. l, ne in arbitr. ibi Bald, C. de recept, arbitr. 12. l, in exercendis C, de fide inſtrum, 13. cap. 1, tit. eod, & ibi Innocent, & Abbas Gloſſa in l, 2. ff

quib. mod. teſtam. aperian. 14, l. ſi quis decurio C. de falſ, 15. l. cum precibus C. de probat. 16. cap, 1, ubi Innocent, de fide inſtrum. gloſſa in l. quicunque Albericus in d, l, contractus ff, cod, 17 cap. cum P. extr, eod. 18. l. 2, ff. de fide inſtrum. authent, ſi quis C. de eden gloſſa in l, 5. C. de fide inſtrum. 19. l, unum ff. de teſtam. & ibi Caſtrenſ. Bart. in d. authent, ſi quis 20. d. l. unum Felin. cap. ult, tit, eod. 21. Bart. l. in fraudem ff. de jure fiſci. & in l, ſi quis argentarius §. prohibet. ff. de eden, Iaſon & Alexand. in d. authent. ſi quis 22, authent, de tabellion, §. ne autem Bartol, in d. authent, ſi quis Felin. cap, 1. de fide inſtrum. 23, authent, ſi omnes C. ſi minor ab hared. abſtinuer. Dd. in l. quicunque ff, de fide inſtrum, 24. Bartol, in d. l, in fraudem Iaſon, in d. authent. ſi quis 25, Bart, & Bald, in d, authent Imola cap. 1. de fide inſtrum, 26. Angel, in d. authent, Innocent, cap. 1. de procurat, 27, Bald, & Angel, d. authent. Specul. tit, de inſtrum. 28, d, l. ſcriptura, C, qui potior, in pign. habean, 29 l, rationes l, exemplo l, inſtrumenta C. de probat. 30. l. cum de indebito ff. de probat. cap. cautio extr, de fide inſtrum. 31. l, 2, ff, de pact. l, ſi ex cautione C. de non numer. pecun. 32, l, at ſi contractus C. de fide inſtrum, d, l, ſcripturas 33. l. fin. C, qui potior in pign. 34, Angel, in d. l, ſcripturas 35. l, ult. §. Titius ff, de condici, indebit, l. 27, ff, de furt, 36, l. 18, C, de fide inſtrum. gloſſa in l. plures C, eod, 37. d. l. exemplo l, rationes C. de probation, l, 5. 6. & ſeqq. C. eod. l. fin. C. de condit. fiſc. 38. d. l. exemplo 39, l. Publia §. fin. ff. de poſiti & ibi gloſſa Angel, in l, quædam ff. de eden Dd. in l. ſiquidem, ff. de exception, 40. d. l. rationes l. 1, l, ſi quis ex argentariis §. rationem ff. de eden. Alexan. conſil. 182. volum. 2, 41. Socin. ſenior conſil. 161. volum, 2, Pariſin. conſil, 104, volum. 1. 42. Cravett. conſil, 182. 43. Bartol. & Iaſon, in d. l. admonendi Guido Papa deciſion. 441, Bald, in l. 2. C, de eden. 44. Bart, in d. l. admonendi Bald. in l. in bonæ fidei C. de reb. credit. & l. ſi quæ per calumn, C. de epiſc. & cleric. 45. Bald, in d. l. in bonæ fidei Menoch, lib. 2. præſumpt, 58, 46. Dd. in l. comparationes C, de fide inſtrum.

TIT. XLIII.

De Infirmatione Inſtrumentorum.

FIDES inſtrumentorum variis ex cauſſis convelli & labefactari poteſt, maximè ex defectu formæ, aut ſolẽnitatũ, vel propter ſuſpitionem falſitatis, aut vitii *1*. Defectus autem formæ, & ſolemnitatum arguitur, cum eſt factum ab eo q non potuit facere, vel de re illicita 2; cum nõ eſt affixũ ſigillũ, aut nõ ſolito modo 3; cùm teſtes nõ ſint adhibiti, vel juſtus eorum numerus deſideretur 4; cum dies nõ eſt adjectus, qui in publicis inſtrumentis, & in beneficiis principũ requiritur 5; at in privatis inſtrumentis, vel epiſtolis, non eſt neceſſarius *6*; cùm ſubſcriptiones non ſunt appoſitæ 7. Si plene, & integre perfectum non eſt 8, vel ab eodem notario non eſt abſolutum 9, vel ſi cauſſa obligationis non eſt expreſſa, veluti ex mutuo, depoſito, numerata pecunia, aut ſimili 10 Si non eſt ritè productum, aut publicatum 11. Suſpectum habetur, Quando ſigilla ſunt vitioſa, vel adulterina 12. Quando ſcrip-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

tio eſt diſsimilis, & alieno chirographo quid adjectum r. Quando expunctio, abraſio, mutatio, adjectio, vel detractio litteræ, ſyllabæ, aut dictionis appareat: quoniam præſumitur ejuſmodi vitium ſponte illatum eſſe ab eo qui ejus inferendi poteſtatem habebat 14. Quod ipſum tamen cum diſtinctione accipiendum. Nam ſi vitium ſit in principali capite, ſive quæſtione, & ſententiæ mutationem inducit, ipſum inſtrumentum in univerſum falſum habetur 15: Si verò eam inſtrumenti partem contingat, in qua nec principalis quæſtio conſiſtit, nec ſententiæ mutatio fit, ſuſtinetur, & non infirmatur 16: niſi fortè in loco ſuſpecto ſit vitium 17. Denique quando plura in eodem inſtrumento capitula connexa ſunt, & horum unum aliquod ſeparatim vitioſum eſt, ſolum hoc corruit, cæteris partibus integris manentibus 18. Item ſuſpectum cenſetur inſtrumentum ſimulatum, quando nimirum aliud inter partes eſt tacite actum, aliud in inſtrumento perſcriptum, veluti ſi debitor fundum obligat creditori, & in inſtrumento exprimitur quod vendidit, aut venditum ſcribitur quod revera eſt donatum 19. Potius enim ſpectari debet quod tacitè partes egerunt quàm ꝙ ſimulatè literis conceptum eſt 20, & ad probationem ſimulationis ſufficiunt duo teſtes, ſive ſint inſtrumentarii, ſive alii 21: ſicut in convincenda falſitate qualiſcunque inſtrumenti privati duo teſtes ſufficiunt 22: cùm alioquin ad probationem falſi inſtrumenti publici requirantur non pauciores teſtes quam quatuor 23. Præterea ſuſpitionem falſi gignit, Si quid contra voluntatem alterius partis ſit adſcriptum in inſtrumento 24, Si inſtrumentum de alio referat quam qui eo utitur 25, Si eadem pars producat inſtrumenta ſibi invicem contraria, ſeu derogantia 26, Si notarii perſona ſit ſuſpecta 27, Si is qui inſtrumentum profert, antea id falſum eſſe confeſſus ſit, neque eo ſe uſurum dixerit 28: niſi inter alios inſtrumentum falſum ſit pronunciatum 29, Si exemplum non ipſum principale, exhibeatur inſtrumentum 30: quia ut Gregorius Pontifex dixit, Si ſcripturam autenticam non videmus, ad exemplum nihil facere poſſum 31.

r.l.ſi

1.l.ſi Chirographū ff, de fide inſtrum.l,edicta C.de edict.divi Adr, toll.2.cap, cum Ioannes de fide inſtrum.3,Specul,tit,de inſtrum,edit. 4. authent,de inſtrum. caut. §. ſi quis igitur & §.ſequen, & §.ſi tamen cap.1.extr,de procur,5.l.ſi quæ beneficia C,de diverſ, reſcript.6.l, cum tabernam ff.de pignor.& hypothec.l.publia ff,depoſiti 7,l.ult. §,fin.ff. Si cert. petat. 8.l, contractus C.de fide inſtrum, 9.d.l,contractus Novell.44,in princ. uſque ad §. illud 10,l. cum de indebito §,ult.ff.de probat.cap, ſi cautio extr,de fide inſtrum, 11,Specul.tit.de inſtrum.edit 12.Novell.73.§.oportet vero 13,l.Paulus ff.ad leg,Cornel.de falſis Angel.conſil.34, Cravett. cōſil.88.& 134, 14.d,l,edicto & l.cenſus,ff.de probat.cap.fin.extr,de crim.falſ.15,d.l,ſi Chirographum,Bart,in l,ſi ex falſis C.de tranſact.16.l.qui habebat. ff. de manumiſ, & ibi Alberic,cap,ex parte.extr,de fide inſtrum,Bald.in l.ſi cum ante C. de donat, ante nupt. 17, cap,cum olim.extr.de privileg.18.Bald.in l.ſi ex falſis Innocent. in cap, fraternis at it de hæretic,19.l,2:C.Plus valere quod agit,20,l.2,& 3. C.de fide inſtrum. l, penult. C, de probat. Boer.deciſ.13,Decius cap,tertio loco de probat,21,gloſſ,in l,penult. C, de contrah, & commit. ſtipulat,22,gloſſ.d.cap.cum Ioannes, & ibi Panorm.23,l.cum precibus C.de probat.24.l, ad probationem C,eod.25,cap.ex tenore de reſcript.cap.imputari de fide inſtrum. l, ſcriptura C, eod.& gloſſa ibid,26.d.cap,cum Ioannes 27.l.ſi adverſarius C, de fide inſtrum. 28.l. 2.C. eod,29,d,l.2.& l,ſancimus C,de diverſ,reſcript.l,4.ff.famil.erciſc.30, cap.1,de fide Inſtrū

TIT. XLIV.

De Præſumptionibus.

SEQUUNTUR ſpecies probationum quæ onus proban-
di potius adimunt, quàm rem controverſam directo pro-
bant, ut ſunt Præſumptio, Confeſſio, & Iusjurandum.
'ræſumptio autem eſt de re dubia opinio cogitatione præcep-
a,& collecta ex ſignis, indiciis, conjecturis, aliiſque cauſſa-
um circumſtantiis, & eventis 1. Eſtque duplex, altera hominis
oſita in arbitrio judicis, qui tanquam vir bonus, & prudens
liquid per aliud colligit, & hoc ipſum quod dubium per id
quod dubium non eſt, præſumit; altera vero legis, cum ſcili-
et lex ipſa conjecturam facit 2: quæ rurſus dividitur in Neceſ-
ariam, & Probabilem. Neceſſaria eſt quam ex ſignis, & indi-
iis neceſſariis ac indubitatis leges deſumunt, & pro veritate
aberi volunt, adeo ut nullam concedant probationem in con-
rarium 4; niſi confeſſionem ipſius partis 5, & rem notoriam
emergentem 6, & præſumptionem juris 7: veluti perjurii dam-
atum præſumūt leges ſemper perjuraturum, quoniam qui ſe-
mel malus convincitur ſemper præſumitur malus & ob id per-
urum nunquam ad dicendum teſtimonium admittunt 8.

Probabilis eſt quæ ex ſignis probabilibus colligitur, ſed non pro jure habetur, ut quicquid uxor quæſivit illud leges præſumunt eam habere à marito 9: nec tamen hoc pro jure habendum præcipiunt. Itaque contrariam probationem non excludunt 10. Sed donec non probetur contrarium, tamdiu ejuſmodi juris præſumptio habetur probatio liquidiſſima, eique omnino ſtatur 11, adeo ut etiam ſufficiat probationē juris adferre, ubi lex probationem per inſtrumentum requirit 12, aut ſtatutum deſiderat evidentes probationes, aut cauſſa pœnalis probanda ſit 13. Nec etiam teneatur is qui juris præſumptionem pro ſe habeat, permittere adverſario ſuo, licet ſemiplene probaverit, juramentum ſuppletorium deferri 14. Verſantur autem Præſumptiones, ut & reliqua probationum genera, circa perſonas res, & judicia, itemque circa actiones & cogitationes hominum 15; quatenus ſcilicet agitur de facto, non de jure 16. Circa perſonam deſumuntur præſumptiones ex iis quæ natura homini inſunt, & ſemper adeſſe præſumuntur, niſi contrarium probetur 17; veluti ratio, & intellectus 18 dilectio, cura, & educatio ſobolis 19, generandi appetitus, & facultas 20, diligentia curandi, & conſervandi res ſuas, ſtudium proſpiciendi ſibi, & ſuis 21, affectio libertatis, 22. Innocentia, bona fides, & integritas 23. Nam quilibet præſumitur vir bonus, fidelis, & integer 24. In viris conſtantia, fortitudo, liberalitas: in feminis verò inconſtantia, timiditas, avaritia 25, in ſenibus providentia & conſilium, in juvenibus temeritas, & ignorantia 26. Quibus annumerari poſſunt genus, natio, educatio, habitus, fortuna, animorum affectiones, veluti ambitio, ira, miſericordia & ſimiles, ſtudia, facta, conſilia, propoſita, voluntates, & illius modi alia quæ in hominibus magnam præſumptionem adferunt. De rebus fit præſumptio tribus modis. Primum ex naturali origine & ſtatu unde res quælibet præſumuntur eſſe liberæ 27, & pleno, ac optimo jure ab unoquoque poſſideri 28: Quia res liberas natura produxit, & ſervitus contra naturam introducta eſt 29. Similiter Contractus ſecundum ſuam naturam, quam à legis diſpoſitione habet,

habet, præſumitur celebratus 30. Deinde capitur Præſump- io rerum ex communiter accidentibus, & quales res in com- nuni vitæ uſu eſſe, ac haberi conſueverunt: qualis item de iiſ- dem eſt communis hominum opinio, ſuſpitio, vel fama. Po- ſtremo ex ſtatu, & conditione præcedenti in qua permanſiſſe præſumuntur, donec mutatio, vel alternatio, vel diverſitas probetur 31. Circa judicia verſari dicuntur præſumptiones, quæ pro judice, & proceſſu capiuntur 32, ut ſcilicet actus judi- cialis ſuſtineatur 33. De quibus omnibus ceteriſque ad præ- ſumptionum rationem pertinentibus, exſtant luculenti Com- mentarij Andreæ Alciati & Iacobi Menochij clariſsimorum Iuriſconſultorum, quos operæ pretium eſt diligenter legere.

1, Specul. tit. de præſumpt. Alciat. tractat. de præſumpt. Menoch. lib. 1. de præſumpt. 2. Bald. in rubrij C. de probat. Alciat, d. loc. 3. l. antiqua C. ad ſenatuſc. Velleian. l. fin, C. ad ſenatuſc, Macedon. l. fin. C. de arbitr, 4. Felin. in cap, quoniam de probat. 5. Felin. cap. quando de præſumpt. Roman, conſ. 350. 6. Felin. d. cap. Alciat, d. tract. 7. cap. qui ſemel malus de reg. jur. lib. 6. cap, teſtimonio, de teſtib. 8. d. cap. teſtimonio l. Quintus Mutius ff. de donat. int. vir, & uxor 10. gloſsa in cap. extraordinaria 55, quæſt. 3. 11. l. cum de indebito l. ſive C. de probat. & ibi Dd. l. licet. Imperator. ff, de legat, 1. ubi Alexãd & Iaſon l. fin. ff, quod vi aut met. cauſſ. ubi gloſſ. & Dd. 12. Bart. & Alexand. in l. 1. ff. de legat. 1. l, quæcunque & l. 1. C, de apoch, public, Dd. in l. pactum quod dotali. C, de pact, 13. l. 1. ubi Fulgoſ. & Dd. C. de teſtam. milit. 14. Cravett. tractat. de antiq. tempor. 15. Menoch. lib. 1. quæſt, 12, & ſeqq. de præſumpt. 16. Alciat. d. tract. Menoch, præſumpt, 8, 17, gloſſ in cap. ſi forte de elect. 18. l. non codicillum C, de teſtam. 19. l. ſi pupillarum. §. ſi pater. ff. de. reb. eorum qui ſub, tutel. l. iſti §. fin. ff. quod, med, cauſſ, l, non ei ff. de adoption, 20. l. 1, §, jus naturale ff. de inſtit. & jur, Innotent. & Dd. in cap 1. de liquid, & malefic. Bart, in l. filium ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. 21 l. qui ſervandarum ff. de præſcript l, ſi pactum. l. cum de indebito ff. de probat. 22. l, libertas ff, de ſtatu homin. l. ſi filius l circa eum ff, eod. 23. l, abſentem ff. de pœnis l. penult, C. de evict. 24, cap. dudum de præſumpt. l, fin, ff. ad leg. Iul. repetund 25. l 2, ff, ad ſenatuſc. Velleian l. ſtipulatus ff, de donat, int vir. & uxor. l. cum veterum C, de donat, ante nupt 26, l. ſemper. ff, de jur. immunit. l. ſi quis patrem ff, ad ſenatuſc. Macedon, l. 1. & ſeqq, ff. de minor. 27. l. res liberas §, ſed ſi qua ff, de ſervit, vindic. l. altius C, de ſervitut, 28. Alexan. conſil, 129. volum 1. & conſil. 60 volum 4, Decius conſil, 468, 29. l. libertas ff, de ſtatu, homin, 30. l. quæro §, inter locatorem ff. locati Menoch. de præſumet, lib. 3. 31, l, eum ff. de probat. l, ſi prius, ubi Dd. ff. de novi oper. nuntiat. l in finalibus ff, fin. regund. 32, Menoch. de præſumpt, lib. 2. præſumpt, 63. 33. l. 3. ff. de milit. teſtam. Bald. in rubric. C. de fide inſtrument.

TIT. XLV.

De Confeſsionibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

CONFESSIO ejus qui convenitur ab omni probati
nis difficultate, & onere ipſum petitorē allevat: quora
am confeſſus pro judicato cenſetur in civilibus cauſi,
& quodammodo ſententia ſua damnatus *1*. Nec ullæ aliæ ſu
partes judicis in confitentem niſi in condemnando, & ſenten
tia pronuntianda 2: quæ proferri etiam poteſt ex proceſſu in
valido quotiens exſtat confeſsio partis 3, atque adeo contr
præſumptionem juris, & de jure quam forte confeſſus pro
habet *4*. Nam Confeſsio facit rem notoriam, omneque pro
bationis genus ſuperat 5. Vnde etiam admittitur poſt factam
renuntiationem, & concluſionem in cauſſa 6. Sed ut Confeſ
ſio habeat vim plenæ, & perfectæ probationis hæc ferè requi
runtur. Primo ut ſit facta in judicio, & aſſidente judice com
petente. Sicut enim ſententia à non ſuo judice lata nullius
eſt momenti, ita & Confeſsio coram illo facta nullum præju
dicium adfert 7. Et extra judicium facta confeſsio non nocet
8; niſi geminetur, vel ſæpius fiat, ut mox dicemus. Secundo
ut facta ſit adverſario ipſo, aut ejus procuratore præſente. nam
eo abſente, vel nemine pro eo acceptante, non præjudicat con-
fitenti 9, tam in criminalibus, quam civilibus 10, licet in judi-
cio fieret 11. aut in ultima voluntate *12*. Quod ipſum tamen
exceptionem habet in quibuſdam caſibus, in quibus Confeſ-
ſio parte abſente facta plene probat, utpote ſi ſit geminata, ſeu
iterata 13, vel jurata 14, vel ꝙ liberationē pertineat, ad quā ſuffi-
cit publicā perſonam ejuſmodi confeſſionem parti abſenti, cui
liberatio profutura eſt, recipere *15*, vel in mera confitentis vo-
luntate poſita ſit, velut in rati habitione, aditione hæreditatis,
& aliis id genus actibus 16. Tertio inquiritur ut confitens ſit
major viginti quinque annis, quoniam minoris confeſſio vim
autoritatemque nullam habet 17, etiamſi ſit ſpontanea, & vera
18, & læſo intra quadriennium datur reſtitutio in integrum
19. Quarto & confeſsio libera animi voluntate, ac conſenſio-
ne facta, nec metu, aut vi, aut calore iracundiæ exacta ſit. Nam
talis Confeſſio non præjudicat confitenti, niſi in eadem perſe-
veret 20: ſicut non nocet verbum injurioſum ex calore iracun-
diæ pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

iæ prolatum, ſi pœnitentia ſequatur 21. Perſeverare autem
n confeſſione dicitur qui eam non revocat, nec appellat, vel
ui poſt intervallum unius diei ad minimum interpellatus, de-
uo ſponte confitetur 22. Quinto ut Confeſsio interpoſita ſit
ebus litigioſis, & in judicium deductis. Si enim Confeſſio fi-
ret de re non litigioſa, nullius eſſet momenti: veluti tu petis à
ne domum, ego dico ager non eſt meus 23. Vbi ergo nulla
s eſſe poteſt, ut inter patrem & filium, dominum & ſervum,
onfeſſio quoque irrita; & nulla erit 24. Sexto ut ſit de rebus li-
itis, & honeſtis, quibus nec leges, nec boni mores repugnant,
t inter perſonas non prohibitas, nec ſuſpectas. Vnde ſi Chri-
tianus confiteatur ſe matrimonium contraxiſſe cum Iudeâ, ta-
is confeſsio non præjudicat quo ad hoc ut illam ducat uxorē,
ùm leges non permittant conjugium Chriſtiani & Iudæi 25.
t quando maritus donaret uxori, pater filio propter merita,
rælatus aut dominus famulis propter operas, ſervitia, miniſte-
ia 26. Septimo ut ſit facta recto animi judicio, & non per er-
rorem. Nam qui errat non fatetur, niſi jus ignoravit 27. Ita-
que ejuſmodi erronea Confeſsio ſtatim poteſt revocari, etiam
rrore non probato 28: niſi Confeſſio in ſcriptis fuiſſet reda-
ta 29, aut ab adverſario acceptata 30, aut in judicio repetita,
 jurisjurandi religione firmata ſit 31. tunc enim errorem pro-
are oportet: quo probato Confeſsio revocari poteſt, idq; non
olum in judicio ante ſententiam 32, ſed etiam poſt ſenten-
iam, per viam reſtitutionis ex generali clauſula, Si qua mihi
uſta cauſſa videtur 33; tam ab hærede errantis, quàm ab ipſo
rrante 34. Et quemadmodum poteſt revocari Confeſsio pro-
ria prætextu erroris, ita & confeſsio Advocati, procuratoris,
utoris, curatoris, eccleſiæ, præfecti, ſimiliumque perſonarum,
etiamſi ad articulos cum juramento facta fuiſſet 35; quæ alio-
quin domino nocet, & præjudicat in eodem judicio, non in a-
io 36. Sed error non alius hæc intelligitur quàm error facti,
qui probatus facit ut irrita, & nulla habeatur confeſsio: veluti
 confitear debitorem mihi debere decem aureos cum deberet
uindecem, hunc errorem ſi probavero, vel per antipochum

vel alio modo, revocatur, nec mihi nocet confeſsio 37. Si cus verò eſt in errore juris, per quem non revocatur Confeſ ſio 38: niſi ſit in damno evitando, in quo excuſat, & non noce 39. Octavo ut Confeſsio fiat cum aliqua cauſſa, certa, & apt quæ confitentem induxerit 40. Nam Confeſsio in qua cauſſ nulla, vel falſa, vel incerta, vel generalis fuit expreſſa, nullam vim habet 41: niſi in judicio facta ſit 42, vel in ultima volunta te adhibita 43; vel jurisjurandi religione firmata 44: quibus ca ſibus Confeſsio ſine expreſsione cauſſæ valet, & facit ſemiplen probationem, in cujus defectum poterit deferri juramentũ 45 Poſtremo ut Confeſsio ab adverſario acceptetur, quæ niſi fue rit expreſsè acceptata, erroris prætextu revocari poteſt, ut e communis Interpretum opinio 46: etſi nonnulli putãt minim opus eſſe expreſſa acceptatione Confeſsionis parte præſente fa cta, quoniam acceptare præſens præſumitur confeſsionẽ in ſu favorem tendentem 47: quorum ſententia mihi verior videtur Acceptari autẽ debet Confeſsio integra, & tota, nec poteſt un pars approbari, & altera rejici. Nam circa eundem actum no admittitur diviſio, cum in omni propè materia totũ approbari aut repudiari debent, 48. Porro confeſsionum multæ ſpecie ſunt in civilibus cauſsis, quarum aliæ in jure, aliæ extra judicii plæræque etiam in ultima voluntate fieri ſolent 49, Iudiciali confeſsio fit in judicio ſedente pro tribunali judice competente & præſente adverſario, quæ facit, plenam probationem, habet que in civilibus vim ſententiæ definitivæ, & rei judicatæ 50. ex trajudicialis verò fit apud probos & fide dignos homines extra judiciũ 51: & hæc tantum ſemiplenè probat, niſi ſit geminata & repetita: quia geminata confeſsio extrajudicialis æquiparatu judiciali 52; vel parte præſente facta, & probata duobus teſtibu nam ſi probetur per unũ teſtẽ nullã facit ꝓbationem, nec plenã nec ſemiplenã, immo nec indiciũ 53: vel in apocha facta; quoni talis confeſsio extrajudicialis qua quis ſe ex cõtractu velut mu tu

qui, obligatum confeſſus eſt, tenet & præjudicat etiam hæredi confitentis, niſi evidentiſsimis probationibus in ſcriptis comprehenſis oſtendat indebitè, & ſpe futuræ numerationis, ſe promiſiſſe 54. Itaque qui confeſſus eſt pecunias vel alias res numeratas vel datas ſibi eſſe, non cogitur confeſſioni ſuæ ſtare, ſed exceptione non numeratæ pecuniæ tueri ſe intra biennium poterit 55: ita ut niſi creditor probet pecuniam numeratam eſſe, debitor ipſe abſolvatur 56: imo etiam elapſo biennio probare adhuc poterit debitor numerationem ſibi non eſſe factam 57. Similiter confeſſus ſe dotem recepiſſe non habet neceſſe ejuſmodi confeſſioni ſtare, ſed poterit exceptionem non numeratæ dotis præponere, idque intra annum a die matrimonii, morte vel repudio ſoluti 58. Confeſſio in ultima voluntate facta ſimpliciter & nullo interpoſito juramento, neque momenti cujuſquam eſt, neque ullam inducit probationem 59, præſertim ſi ſit facta in fraudem & præjudicium hæredum 60. At teſtatoris confeſſio in ſuum ipſius præjudicium adhibita, & juramento firmata, probationis vim retinet: quoniam confitenti contra ſe creditur; ſed non pro ſeipſo 61. Cum confeſſione affinitatem & cognationem quandam habent modi illi, per quos in jure tacite quis confiteri videtur, veluti Taciturnitas. nam qui tacet confiteri & conſentire videtur, præſertim ad ea quæ ab adverſario in judicio allegantur 62: ut ſi actor majorem ſummam petat, & reus non opponat, cenſetur debitum confeſſus: & in eam ſummam condemnatur. Et contumacia, ut cum quis in judicio contumaciter omninò non reſpondet, vel perverſè 63. Item Fuga, ex qua fugiens habetur pro confeſſo, niſi juſtus timor fugæ cauſſam dedit 64. Pactum denique vel tranſactio, qua quis confiteri videtur id quod actum eſt 65.

1. l. 1, & l. certum ff. de confeſ. l. unic. C. eod. Dd. in cap. bona, de elect. 2. l. proinde, l. 1. & 2. §. ult. ff. ad leg. Aquil. 3. Bartol. in l. ſi confeſſus ff. de cuſtod. reor. 4. d. l. certum §. ſi quis, & ibi Dd. Authent. ſed jam neceſſe & ibid. gloſ. 5. Iaſon in l. Titia ff. de Verber. Oblig. & in l. licet Imperator ff. de legat. 1. Maranta tit. de confeſſ. 6. Bald in rubr. C. de probat. Iaſon d. l. Titia 7. Gloſ. in cap. præterea, de tranſaction. cap. at ſi Clerici, de judic. 8. l. ult. ff. de interrog. action.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

9. d. l. certum §. ſi quis l. ult. ff. de interrog. action. 10. Felin. cap. olim de
ſcript. Abbas cap. de hoc, de ſimonia. Rota deciſ. 1 tit. de confeſs. 11. d. l. certu
& ibi gloſſa 12. Bart. & Bald. l. cum quis decedens §. codicillis ff. de legat. 3. &
l. non ſolum §. ſi liberationis ff. de libert. legat. Felin. in cap. ſi cautio, de fide i
ſtrum. 13. Bart. in l. cum ſcimus C. de agric. & cenſit. Felin d. cap. ſi cautio. 1
l. ex hac ſcriptura ff. de donat. Bartol d. l. cum decedens 15. l. non aliter ff. de a
ption. & ibi Bartol. gloſs. in d. l non ſolum. 16 Bartol in d. l. certum, Bald. in
generalit. C de non numer. pecun. Gloſſ. in l. Pomponius ſcribit ff de negot. geſt, 1
Bald. in l. unic C. de confeſſ. Lanfranc. tit. de confeſs. 18. d l. certum §. in p
pillo l. clarum C. de autorit. præſtan. Bart. l. 2. C de confeſs. 19. l. ſi ex cauſ. judi
§ nunc videndum ff. de minor l. ſi curatorem ff. de integ. reſtitut. 20. l. 1. §.
vus & §. ſi qui ff de quæſt. l. fin ff. de probat. gloſſa in l. 2 C. de cuſtod. reor. 2
Lanfranc. d. tit. de confeſſ. 22. l. quicquid calore, ff. de Reg. Iur. l divortium
de divort. l. ſi mulier C. ad Vellejanum. cap ſi quis iratus quæſt 3. 23. l. confeſſi
nem ff de interrogat. action 24 l. lis nulla ff. de judic. 25. cap cave Chriſtia
XXVII. quæſt. 1. 26. l. qui teſtamentum ff. de probat. Bald. in l. jubemus C.
Sacroſ. Eccleſ. Ioann. Andr. ad Specul. tit. de rebus Eccleſiæ non alienand. 27.
non fatetur ff. de confeſſ. 28. Iaſon in l. error, ff de jur. & fact. ignoran. Tiraque
in tractat. de utroque retract. 29. Iaſon & Tiraquel d. loc Alexand conſil. 8,
volum. 5. & conſil. 92. vol. eod. Alciat in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, eod. tit. 3
Iaſon & Alexand in l. quicquid adſtringendæ ff. de Verbor. Obligat. Roman, Ar
tin. & Alciat. in d. §. ſi quis ſimpliciter 31. Iaſon in d. l. error, & in l. unic C
de errore calc. Decius in cap. cùm venerabilis, de except. Butr. cap. ult. de confe
32. Bartol. in l. error C. de jur. & fact. ignoran. Specul. tit. de confeſs. 33. Bar
tol in l. non fatetur, & in l. cum fideicommiſſum ff. de confeſs. 34. Iaſon in l. no
idcirco C. de jur. & fact ignoran, & in l. ſi quis ff de legat. 1. 35. Felin. cap.
Vt lite pendente, Rota deciſ. 9 de procurat Fulgoſ. & Caſtrenſ. in l. ult C. de er
rore advocat. 36. Abbas in cap. per inquiſitionem, de elect. 37. l. de ætate §. qu
juſto errore ff. de interrog. action. l. ſed etſi meum ff. de condict. indeb. & ibi glo
l. poſt diviſionem C. de jur & fact. ignor. 38. l. 2. & l. cum quis C. de jur. & fac
ignor. 39 l. juris, & l. error ff eod 40. l generaliter C. de non numer pecun. cap.
cautio, de fide inſtrum 41 l. cum de indebito § fin ff de probat. & ibi gloſſ Lanfran
tit. de confeſſ. 42. Dd. in l. 1. ff de confeſs. 43 Maſcard. de probat. 44 gloſs. in cap. e
literis, de divort. 45. Alexand. conſil. 4. & 13, & 83, volum. 1. 46. Salicet l. un
C. de confeſs. Curtius conſil. 78. Felin. d. cap. ſi cautio, Iaſon in d. l. error, & in l. qu
Romæ ff. de Verb. Obligat. Alexan. conſil. 20 lib. 3. 47 l. qui patitur ff. mandati
l. Publica §. fin ff. depoſiti. Bart. in l. quæ dotis D. ſolut. matrim. 48. l neminem D
de legat. 2. Bart. in l. Aurelius §. ult ff. de libert. leg. Iaſon in l ſi quidam C d
tranſact. 49. l. certum ff. de confeſs. l. tale pactum ff de pact. 50. l. proinde D
ad leg. Aquil. 51. d l. certum d. l. tale pactum 52. Bart. in d l cum ſcimus C.
de agric. & cenſit. Caſtrenſ. in l. publica D depoſiti 53 Bald in l. 1. C. ex delict
defunct. Socin. conſil. 228 Alexan. conſil. 19 volum 3, & 132, volum. v.
54. l. cùm de indebito §. ult. D. de probat l. generaliter l. adverſarius C de non
numer. pecun. cap. ſi cautio, de fide inſtrum. 55. l in contractibus C. de numer pe
cun. 56. l. ſi ex cautione tua C. eod 57. Gloſs in d l. ſi ex cautione & ibi An
gel. & Gloſs. in d cap ſi cautio 58. l ult cum authent C. de dote cauta non nu
mer. 59 Bart. in d l. generaliter & in l. qui teſtamento D. de probat Bald. in l.
1. C. de falſ. cauſs. ad ect. legat. Alexand. in l ſi divortium D. de Verbor Obli
gat 60. Bartol. in l patronus D. de teſtam. argum. l. ſi fundus ſub conditione
§. ſi libert. D. de legat. 1. 61. l. de ætate D. de interrogat. action. l exemplo C. de
probat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

probat. cap. cùm ſuper electione, de confeſ. 62. d.l de ætate § qui tacuit cap. is qui tacet. de reg. iur. in VI. cap. 1 & 2. de confeſſ. 63. d.l. de ætate, cap. 4. de præſumpt. 64. l. ſi libertam D. de bon. libert. l. conſiliarius C. de adſeſſor. 65 l. ſed ſciendum D. ad Senatuſc. Trebell. cap. 1. de Cleric. non reſident. 66. l. de crimine C. de adult.

TITVLVS XLVI.

De Iurejurando.

IVSIVRANDVM eſt affirmatio religioſa quæ ad fidem adſtringendam præſtatur 1. Ejus duæ ſpecies ſunt aut enim decidendæ, aut æſtimandæ litis & controverſiæ gratia interponitur 2. Litis decidendæ cauſſa interponitur juſiurandum cùm defertur uni ex litigatoribus de re controverſa, veluti ut juret ſe non debere, aut ſibi non deberi. Et eſt triplex, voluntarium ſeu conventionale, Neceſſarium quod vulgò Suppletorium, & Iudiciale 3. Voluntarium juramentum eſt quod ſola conventione partium præſtatur extra judicium ad confirmandum contractus, tranſactiones, pacta, & quælibet negotia. dependet enim totum a voluntate & arbitrio invicem negotiantium, & deferenti liberum eſt non deferre, & ei cui defertur non ſuſcipere 4. Neceſſarium quod judex ad inquirendam veritatem in dubiis & obſcuris cauſis a litigatoribus exigit 5: ad quod genus pertinet juramentum quod datur calumniæ aut malitiæ 6, vel teſtimonii dicendi 7, vel cautionis, vel æſtimationis gratia 8, item juramentum defenſionis juſtitiæ, quod a magiſtratibus & omnibus qui ſuſcipiunt aliquam adminiſtrationem prȩſtatur, atque etiam a privatis, ut cauſidicis & procuratoribus forenſibus 9. Iudiciale quod in judicio ex conventione pars judice approbante parti defert. unde etiam appellatur Deciſorium, quod finem controverſiæ imponat 10. Ex his autem tribus jurisjurandi generibus voluntarium ſemel ex conventione ſuſceptum præſtari omnino debet, nec deferenti referri poteſt 11. neque etiam cauſa deciſa revocari, niſi hoc ſpecialiter lege conventionis concedatur 12. Tranſegiſſe enim cenſetur qui rem commiſit religioni & conſcientiæ adverſarii, & proinde de eo rurſus experiri non

 poteſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

poteſt, etiamſi perjurii arguat adverſarium; nec a ſententia d
eo ſecuta appellationi locus datur 13. quin conventio qu
ſemel placuit, perjurii prætextu revocari non poteſt. 14
Neceſſarium juſiurandum nec referri, nec remitti; retractar
tamen poteſt ab eo, qui nova inſtrumenta ſe inveniſſe dicit
quibus tunc ſolum uſurus ſit 15. Iudiciale deferenti referr
poteſt, & reus illud ſubire aut referre cogitur, veluti ſi alte
ex litigatoribus cùm non poſſit probare, ſuam intentionem
dicat adverſario: Ego volo ſtare juramento tuo: tenetur ad
verſarius vel jurare, vel juramentum referre. alioquin habe
tur pro confeſſo, 16. Nec poteſt deferens ſine juſta cauſſa il-
lud revocare, poſtquam vel a judice fuit approbatum, vel a par
te acceptatum: 17 & is cui delatum eſt, tenetur jurare eti-
amſi dicat ſe velle probare teſtibus, vel aliis legitimis proba-
tionibus 18. Deferre verò juramentum permiſſum eſt omni-
bus, exceptis iis, qui non prohibentur; quorum tria ſunt ge-
nera: unum eorum, qui neq; domini ſunt, neque alienarum
rerum adminiſtratores, ut filiusfamilias & ſervus in re patris
& domini, ſine ſpeciali mandato deferre non poſſunt 19: ſe-
cus in re peculiari, cujus liberam adminiſtrationem habent
20. Alterum dominorum ipſorum, quibus rerum ſuarum ad-
miniſtratio non eſt permiſſa, quales ſunt infantes & pupilli,
minores, prodigi, furioſi, & mente capti, qui ſine tutoribus &
curatoribus ſuis juſiurandum deferre non poſſunt 21: Terti-
um autem eorum adminiſtratorum, qui in deferendo jura-
mento modum adminiſtrationis ſuæ excedunt, veluti procu-
rator certi alicujus negotii, cui actio tantum, non etiam ju-
riſiurandi delatio & receptio fundata ſit 22. Item procurator,
tutor, & curator, qui non deferunt juramentum quando aliæ
probationes ſuppetunt 23. Nam licet quis habeat adminiſtra-
tionem rerum alienarum vel maximè liberam, perdendi ta-
men poteſtatem non habet 24, quam uſurpat is, qui proba-
tionibus non deficientibus, juſiurandum adverſario defert,
quandoquidem illo jurante voluntariè rem ſuam amittit,
quam probando ſervare potuiſſet. Alioquin procurator uni-
verſorum

..rſorum bonorum, vel qui in rem ſuam datus, vel cui juſiu-
..ndum mandatum eſt, deferre poteſt 25: ſicut & tutor, &
..rator, vel ipſi deferre vel iis, quos in poteſtate habent defe-
..ntibus, autoritatem poſſunt accommodare 26. Defertur
..erò omnibus, qui convenire & conveniri poſſunt 27: nec
..fert cujus ſexus, conditionis, ætatiſve ſint. Itaque ſi vel
..rvo delatum fuerit vel pupillo, omninò cuſtodiri juſiuran-
..um debet adverſus eum, qui contentus eo, cùm deferret, fuit
..8. Non tamen cogitur Pupillus jurare 29, ſicut nec is, qui
.. facto alieno incertus eſt, ob quod nec hæredi juſiurandum
..cte defertur 30: nec procurator aut defenſor jurare cogitur,
..el adverſario invito admittitur 31: ſed ipſe dominus in judi-
..um jurandi cauſa venire debet, niſi perſona ſit egregia, aut
..dverſâ valetudine impediatur 32. Quod ſi volente adverſa-
..o ad jurãdum procurator aut defenſor admiſſi fuerint, reus,
..i cujus animam jurarunt, exceptionem, & actor actionem
..nde conſequitur 33. Tutor nihilominus tenetur jurare:
..uia tutore non jurante non poterit cogi pupillus, atque ita
..on ſatisfieret deferenti, qui rem decidi jurejurando cupit
..4. Et defertur in omnibus cauſis & controverſiis, ſive in per-
..onam, ſive in rem, ſive in factum, ſive interdicto, ſive etiam
..œnali, vel quavis alia agatur actione 35: excepta actione
..riminali, in qua locum non habet 36. Delatum denique ju-
..amentum eâ formâ, quâ delatum eſt, & incontinenti ſuſcipi
.. præſtari debet. nam ex intervallo ſuſceptum nullius eſt
..omenti: ut ſi delata jurandi conditione quis deliberare vel-
..et, & quaſi in memoriam reducere veritatem rei, & deinde
..aratus eſſet jurare; hic nihil agit, niſi ei rurſus juſiurandum
..eferatur 37. Poſſet enim deferentem, reo deliberante, pœ-
..itere, ſic quod delatam conditionem revocaret 38: quod ta-
..nen caveri poſſe arbitrantur nonnulli, ſi is, cui delatio facta,
..lubitans de ſua exceptione ſuſcipiat juramentum ſalva deli-
..eratione 39: quæ ſententia æquitatem habet. Poteſt verò
..s, cui delatum eſt juramentum antequam juret ab eo, qui de-
..ulit exigere, ut prior de calumnia juret, ſe nimirum non ca-

 lumniandi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

lumniandi animo & onerandi alterius conſcientiam condi-
tionem deferre 40: etſi hoc remittitur patrono, & paren-
propter timorem & reverentiam quæ ipſis debetur 41. Non
enim decet parentem a filio in calumniæ ſuſpicionem vocari,
aut patronum a liberto. Quando autem reus exigit juramen-
tum calumniæ, & nihilominus poſtea refert delatum acto
juramentum, tum utrumque & principale & hoc calumni
tenetur, actor præſtare: at reus non cogitur de calumnia jur-
re: quia iniquum eſt actorem ejus conditionis nomine, quam
ipſe detulit, velle, de calumnia ſibi jurari 42. Poſtremo na-
citur ex jurejurando actio perſonalis, in factum utilis 43: qu
agit is qui juravit, vel cui jurare volenti remiſſum eſt juſiu-
randum adverſus eum qui detulit, ejuſque ſucceſſores 44
Nam in hac actione hac ſolum quæritur an juratum ſit, non
an debeatur juramentum 45: & ideo ſi conſtiterit actorem
juraſſe, damnatur reus; quia juramentum præſtitum habe
vim & effectum naturalis obligationis, & autoritatem rei ju-
dicatæ 46; nec non ſpeciem tranſactionis, novationis, dele-
gationis, acceptilationis, & ſolutionis 47: contra abſolvitu
reus qui actore deferente vel referente juravit 48. Et ſi in
actione perſonali juravit ſe non debere, nec obligatum eſſe
actori, prodeſt ei exceptio ex jurejurando: ſi verò in actione
reali juramentum præſtitit, ſimpliciter & negativè ſcilicet,
rem non eſſe actoris, itidem non habet exceptionem: at ſi af-
firmativè, nempe rem controverſam ſuam eſſe, agit actione
in factum: non quidem contra quemlibet poſſeſſorem, ſed
tantum adverſus eum qui jurandi conditionem detulit. 49.

1. cap. etſi Christus, extr. de jurejur. 2. l. 1. D. de jurejur. l. 1. D. de in lit. juran. 3. l. 1. & l. admonendi D. de jurejur. 4. l. 1. & l. 8. §. 10. D. eod cap. quamvis, de pact. lib. vI. 5. d. l. admonendi l. in bonæ fidei C. de reb. credit. & jurejur. cap. ult. extr. de jurejur. 6. l. 1. C. de juram. propt. calum. cap. 2. de juram. calum. 7. Iaſon. & Alexand. in rubr. D. de jure jur. 8. l. ſi tutor C. de in lit. juran. 9. l. rem non novam C. de judic. cap. penult. & ult. de juram. calum. 10. l. generaliter C. de reb. credit. l. ſed etſi ſervus, & l. qui juraſſet § fin. D. de jurejur. 11. l. juſiurandum D. eod. 12. l. 2. C. hoc tit. 13. d. l. generaliter. 14. l. quod ſi deferente D. de dolo 15. d. l. admonendi 16. l. manifeſtæ D. hoc tit. l. penult. C. de reb. credit. 17. Socinus conſil. 90, Lancilot. in tractat. de officio prætoris. 18. argum. l. manifeſta, Lancil. d. tractat. 19. l. ſervus D. de jurejur. l. nec filius C. de reb. credit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

credit. 20. d. l. ſervus cum duab. ſeqq. 21. d.l. juſiurandum, l. Iulianus D. de curat. furioſ. l. in negotiis D. de reg. jur. 22. d.l. juſiurandum. §. ult. l. mandato generali D. de procurat. 23. l. tutor D. hoc tit. 24. l. contra §. ult. D. de pact. 25. d.l. juſiurandum. 26. d.l. tutor, & d.l. juſiurandum. 27. d. l. tutor, §, ult. 28, l qui juraſſe l. ſi ſervus hoc tit. 29. d.l. juſiurandum §, pupilli 30. d, l. juſiurandum §. procurator, l. Marcellus, §. pen. D. rer. amotar. 31. d.l. generaliter, & d.l. juſiurandum. 32 l. penult. §. his de præſentibus C. de reb credit. l, ad perſonas D de jurejur, 33, l. nam poſteaquam l. jurejurando §. 1 & §, juſiurandum hoc tit. Novella 124. 34. l. cum etiam C, de reb. cred. 35. l, ait prætor, D. h t. 36. l. ſciunt C, de probation. 37. l. ſi quis juſiurandum C. de reb. credit. 38. d.l. ſi quis. 39. Bart in l. non erit ratum h. tit. 40 d l. juſiurandum § qui juſiurandum & l qui non fuerit D. de jurejur. l, debitor C. de reb credit. 41. l. juſiurandum l ſi patronus D. h tit, l, honori D. de obſeq. parent, & patron. præſtan. 42. Iaſon & Alberic, in d. l. juſiurandum §. datur 43 l, actori C, hoc tit l. ſed ſi poſſeſſori D. h, t. l quod ſi juravi & l. ſi duo D. hoc tit. 44. l nam poſtea §, ult, d, l. ſed ſi poſſeſſori. 45. l non erit l. ſed ſi poſſeſſor l. quod ſi juravi D de jurejur. 46. l, 2, D, hoc tit 47. l, qui juraſſe § ult. & l. ſeq. l, qui juſiurandum D. hoc tit. 48. d l, nam poſteaquam l, ait prætor D. de jurejur, §. æque ſi debitor Inſtitut. de except. 49. Dd. in d. l ſed etſi poſſeſſor.

TIT. XLVII.

De juramento neceſſario.

[J]VRAMENTUM neceſſarium deferri poteſt in omnibus cauſis civilibus & modicis, tam bonæ fidei quam ſtricti juris 1. ſed in cauſis criminalibus propter defectum ſemiplenæ probationis non defertur 2; ſicut nec in aliis arduis vel gravibus cauſis civilibus, veluti matrimonialibus 3, beneficialibus vel ſpiritualibus, feudalibus, uſurariis, & denique cauſis ſtatus, niſi plus quam ſemiplenè probatum ſit 4. Defertur autem actori in defectum probationis in defectum probationis ſi, ſemiplene probavit, quoniam ei incumbit probatio 5: Reo verò defertur, ſi actor veritatem ignoret, & ipſe ſit inſtructior & peritior 6, vel ſi actor ſuſpectus ſit, aut ſi eum ſuſpicionibus tantum oneret 7; ſi uterque & actor & reus in pari ſint exiſtimatione, & parem habeant probationem, reo potius quam actori deferendum, favorabilior enim eſt cauſa rei quam actoris 8: quo jurante reus condemnatur, reo jurante ipſe abſolvitur, & actor condemnatur 9. Et defertur à ſolo judice cauſa cognita per circumſtantias perſonę, controverſię, & probationis 10, idq; parte petente ſibi in ſupplementum probatio-

probationis deferri 11, & alterâ parte præſente, vel ſalte citatâ ad videndum dilationem fieri. 12. Quanquam non nulli putant judicem ex officio etiam parte non petente illu deferre poſſe 13, nec requiri partis pręſentiam vel citationem ſed ſufficere ad totam cauſſam citationem: quod in pleriſqu ſummis tribunalibus obſervatur 14. Sed, hoc juramentui ut deferatur & admittatur, quatuor omnino requiruntu quorum primum eſt, ut ſit cauſa modica, quæ æſtimatur ſe cundum conditionem perſonarum, quibus fit juramenti de latio 15. Alterum eſt, ut ſit facta ſemiplena probatio, qua lis per unicum teſtem omni exceptione majorem fit, eaqu neceſſariò & vere, non præſumptivè concludens 16: nec pe alium teſtem, vel aliquam præſumptionem eliſa ac eleva ta 17. Nam modicus etiam defectus in uno teſte, ut no facit ſemiplenam probationem, ita impedit delationem hu jus juramenti 18. Vnde ſi teſtis ſit domeſticus, adfinis, ami cus, inimicus, perjurus, infamis, ſpurius, fenerator, vel et iam mulier, non defertur 19. Tertium eſt, ut is, cui defer tur, ſit perſona honeſta, bonæ famæ & vitæ: quia infami vel vili, vel ſuſpecto de perjurio non eſt deferendum 20. & ſciat veritatem negotii veriſimiliter, per ſenſum aliquem corporeum, quoniam in hoc aſſimulatur teſti 21. ob quod non defertur hæredi tanquam ignoranti veritatem 22. Po ſtremum eſt, ut ſit petitum juramentum ante concluſionem in cauſa. Nam eouſque poteſt deferri, non ulterius, ut eſt communis interpretum ſententia 23: a qua tamen multi diſſentiunt, qui judicem ex officio tam ante, quàm poſt con cluſionem hoc juramentum deferre poſſe arbitrantur 24, qui bus non adſentior: Cæterum licet appellare a cauſſa hoc ju ramento deciſâ, ubi quis nova inſtrumenta ſe reperiſſe dicat, quibus ſolis, non etiam teſtibus, uti velit 25: petitâ tamen prius reſtitutione in integrum 26.

1. *l. in bona fidei C. de reb, credit. & jurejur. l. admonendi D. de jurejur.* 2. *Iaſon in d. l. admonendi, Bartol, in l. maritus, & in l. eum qui §, in popularibus D. d. tit. Gloſſ. & Salicet, in l, 3. eod. tit.* 3. *Gloſſ. in cap, mulieri, d. tit.*

Dd. in

Dd. in d. l. admonendi 4. *Iaſon in d. l. Maſcard, de probat.* 5. *Dd. in l. bonæ fidei, & d. l, admonendi.* 6. *Bartol d. l. admonendi* 7. *cap.* 1, *& ſeqq. extr. de purgat. cauſ.* 8. *cap. ex literis, extr. de probat. cap. ultim. & ibi Gloſſ. de jurejuran. l. faverabiliores ff. de reg. jur. leg. inter pares ff. de re judic.* 9. *leg. de qua re D. de judic. leg.* 1. *ff de re judic.* 10. *d. leg. bonæ fidei, & ibi gloſſa. Angel. & gloſſa. in leg.* 2. *ff. de teſtib.* 11. *Bald. in leg.* 1. *D. de jurejurand. & in d. leg. bonæ fidei* 12. *Bald. in cap.* 1. *de controverſ. inveſtit. Angel. in d. leg. bonæ fidei, Maſcard. de probation.* 13. *Abb. in cap, fin. de jurejuran. Alexand. conſil.* 91, *volum.* 5. *Panormit. cap. fin. de jurejuran* 14. *In Camera imperiali.* 15. *Bartol. authent. breviores C. de ſentent. ex brevit. recitan. Alexand. conſil.* 39, *volum.* 5, *Cornar. conſil.* 58; *volum.* 3. 16. *Gloſſa in leg. non eſt veriſimile D. de minor. Alexand. conſil.* 19. *volum.* 4, *& conſil.* 18. *volum.* 2. *Curtius in d. leg. admonendi.* 17. *Gloſſa & Bald. in leg.* 1. *C. qui & adverſ. quos, leg. ſi duo patroni ff. jurejuran. Roman. conſil.* 91. 18. *Bald. & Alvarotus in §. ſacramentum, de conſuetud. rei feud.* 19. *Tiraquell de legib. connubial. Maſcard. de probation.* 20. *idem d. loco, Menoch. de arbitr. judic. caſu* 190. 21. *Gloſſa in d. leg. admonendi, & in d. l. bonæ fidei, Menoch. d. caſu.* 22. *Maranta tit. de jurejur. Maſcard & Menoch. d. loc.* 23. *Dd. in d. leg. admonendi* 24. *Alexand. conſil.* 53. *volum.* 5, *Maſcard. d. loc. Salicet. in d. l. bonæ fidei.* 25. *lege generaliter §. ſed juramento C. de reb. credit. d. l admonendi.* 26. *l. divus l. imperatores D. de judic. l. divi fratres ff. de pœn.*

TIT. XLVIII.

De juramento in litem.

RESTAT alterum juriſiurandi genus Iuramentum in litem, quod actor judice deferente præſtat, ut in eam æſtimationem, quam ipſe jurat reus poſſeſſor propter contumaciam ſuam condemnetur. Hoc vulgò dividitur in duo genera, unum Affectionis, alterum veritatis. Iuramentum in litem affectionis eſt, quod actor pro ſuo arbitrio præſtat ad æſtimationem rei, quam petit ſibi reſtitui, & reus reſtituere non vult propter contumaciam, vel quia doloſè fecit, quo minus reſtituere poſſit 1. Defertur autem a ſolo judice, non etiam ab adverſario, notario, vel advocato, vel ullo alio 2: & iis ſolum, qui litis domini ſunt, puberibus 3. & tutoribus ac curatoribus, quotiens non ad ſuam, ſed ad Domini utilitatem, æſtimationem referunt 4; non etiam pupillis ſeu impuberibus, nec eorum matri 5, non procuratori, niſi ad hoc ſpeciale mandatum habeat 6. Item adverſus eum defertur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

cujus dolo vel contumacia res non exhibetur, aut reſtituitur 7; non adverſus hæredem, niſi ipſe dolo fecit vel lis cum defuncto conteſtata ſit 8. Nam ob culpam non juratur in litem; ſed id, quod intereſt, à judice æſtimatur 9. Denique defertur potiſſimum in bonæ fidei actionibus, in quibus vel ad reſtituendum, vel ad exhibendum agitur 10, ut ſunt commodati 11, depoſiti, locati 12, tutelæ, dotis 13, petitio hæreditatis 14, & ſimiles actiones. Et in arbitrariis actionibus, ut eſt vindicatio 15, hypothecaria 16, publiciana 17. de dolo vel metus cauſâ 18, interdictum unde vi, 19, Quod vi aut clam, & id genus aliis vindicationibus, ad exhibendum actionibus, & interdictis, ex quibus arbitrio judicis reus aliquid reſtituere aut exhibere domino jubetur 20. Non itidem defertur, ſi ad factum, & rem debitam 21, aut contrariis bonæ fidei actionibus 22, aut officio judicis agatur 23. aut rei petitæ certa æſtimatio, & quantitas ſit, ut eſt in nummis 24. niſi forte quis de eo juret quanti ſuâ præter æſtimationem veram interſit ſuâ die nummos redditos non fuiſſe 25. Neque in actionibus ſtricti juris 26, præterquam ſi difficultas probationis exigat: quia ſcilicet res propter moram extincta eſt, vel non amplius exſtat 27. Iurare vero actor poteſt in infinitum, quanti ſcilicet rem æſtimet; quoniam lex certam quantitatem non definit; & eſt iniquum dominum cogi invitum, rem ſuam alterius dolo & contumaciâ exſtinctam, communi & juſto pretio vendere 28. Sed ne accepta hac occaſione in immenſum juretur, Iudex conſtituere poteſt ſummam, ad quam uſque juretur, ſic tamen, ut non egrediatur duplum 29: & ubi ab actore præſtitum fuit juramentum, poteſt nihilominus illud non ſequi, & vel abſolvere, vel minoris reum condemnare 30: quia jurantis affectio, quam ad rem habet, immoderata eſſe poteſt, & a judice refrænanda. Porro juramentum in litem veritatis eſt, quo actor jurat quanti res eſt, ſeu quanti reverâ ipſius interſit rem petitam facto adverſarii non exſtare, vel exſtinctam eſſe 31. Cùm enim difficilis probatio ſit propter rei interi-

tum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

um, vel etiam deteriorationem, aut damnum circa rem contingens 32, optimâ ratione hoc juramentum defertur, quo reus juxta æſtimationem actoris jureſurando firmatam condemnetur. non enim in hoc, ut in priori affectionis juramento, reum vel abſolvere vel minoris condemnare judex poteſt, ne, ſi minoris condemnaret, actor perjurium commiſiſſe dicatur 33. Et defertur, ab ipſo judice, non ab alio 34, in omnibus arbitrariis nec non ſtricti juris & bonæ fidei judiciis, ſive dolo, ſive culpâ adverſarii res petita non extet 35. Nec ſolùm rei principalis, verum etiam ejus, quod intereſt, æſtimatio hoc juramento probatur: veluti ſi actoris interſit ſuâ die rem non eſſe præſtitam, vel pignora ipſius diſtracta eſſe 36. Iudex autem primò intereſſe, damnum, vel expenſas æſtimare, & deinde actor jurare debet, ita ut ſemper judicis æſtimationem ſive taxationem hoc juramentum ſequatur 37.

1. l. 1. & ſeqq. ff. de in lit. juran. l. qui reſtituere ff. de rei vendicat. l, arbitrio ff, de dolo 2. leg. videamus §. deferre ff. de in lit. juran. l. tutoribus, l. in actionibus ff eod 3, d, leg. videamus, leg. vulgo, eod tit. 4. l. 1. & l. 2. C. de in lit. juran. 5. d. l. videamus. 6. l. juſiurandum §. ult. ff de jurejur. cap. per literas, de arbitr. 7. d. l in actionibus, l. tutor ff. de in lit. juran. 8. l. 1. l. ult. C. de in lit. juran. 9. d l. 2, & d l. videamus, & d. l. in actionibus, 10. d. l. 2. & d. l. in actionibus, 11. l. 3. § in hac actione ff. commodati. 12. l. 1. §. in depoſiti ff. depoſiti, l ſi cui locaverint ff. locat, 13. l. tutor ff de in lit. juran. l. ſi filiusfamilias ff. ſolut matrim. 14 l. ſed etſi res §. hæc verba ff, de petit. hæred. 15. l. qui reſtituere ff. de rei vendicat. 16. l. ſi fundus ff. de pignorib. 17. l. ſed etſi ff. de publician in rem action 18. leg. arbitrio D. de dolo, 19. leg. ſi quando C unde vi. 20 d, l, in actionibus, d, l ſi fundus, l. 3. D. ad exhibend. 21. d, l. tutor, l 1. §. ult ff. de rer. permutat 22. d l, 3. § 2 ff. Commodat. 23. Dd. in d, l. in actionibus. 24. l. nummis ff de in lit. juran. 25. Bartol. in d. l. nummis. 26. d. l. in actionibus § ult. & leg. cùm furti D. eod 27. d. l. in actionibus. 28. l arbitrio D. de dolo, & d. l. tutor, l ſi cum dos §. ult. D. rerum amotar. 29. Bart in l. unic. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, Iaſon in d. l. videamus §. deferre. 30. d. l. videamus, & ibi Gloſſ. & Dd 31. d. l. 2. & l. tutor, & l. in actionib. 32. d. l. in actionib. & ibi Dd. 33. authen. poſt juſiurandum C. de judic Novell. 82. 34. d l. videamus, d l. tutor. 35. d. l 2. l. 4. & d. l. in actionib. 3 . d. l. nummis, l ult. D. de peric & commod. rei vendit. l, 2. D. rem. rat. habit. 37. Bart. in d. l. in actionibus, Menoch. de arbitr. judic. lib. 2, cent. 3, caſu 208.

TIT. XLIX.

De concluſione cauſæ

POST confirmationem ac refutationem Actoris & Re hinc inde teſtibus, inſtrumentis, aliiſque probationibu factam, ſequitur concluſio cauſæ: quæ eſt omnium alle gationum renuntiatio 1. Tum enim in cauſſa concluſun dicitur, quando collatis probationibus & ſingulis judicii par tibus ordine pertractatis, litigatores utrimque renuntiarun omnibus exceptionibus, & allegationibus, tam juris quàn facti 2. Quæ renuntiationes mox ad acta referri debent; quo niam non præſumitur facta concluſio, niſi ex actis conſte 3. Et quamvis concluſio non eſt ſubſtantialis, ut vocant pars judicii, adeo ut ſi omittatur nihilominus judicium effi cax maneat 4: tamen fieri ſolet in omnibus cauſſis civilibu & ordinariis 5, licet non ſemper & neceſſario in cauſſis ſum mariis, in quibus proximus actus concluſioni, locum eju implet 6. Cæterùm ſi litigatores temerariâ & projectâ liti gandi libidine inſtincti, ut fit, lites proferre & extrahere ſtu deant, neque ad concluſionem cauſæ deveniant, Iudex con ceſsâ jam ſufficienti dilatione illos pro officii ſui ratione, ve cogere, ut concludant, vel cauſſam in contumaciam non con cludentis, tanquam concluſam, ſententiâ ſuâ definire poteſ 7. Concluſione autem facta nulla amplius exceptio, vel te ſtium productio, vel inſtrumentorum editio admittitur 8 niſi hoc ipſum Iudex evidenti aliqua ratione motus conce dat 9; veluti ſi judex ex officio ſuo cauſſæ circumſtantias ple nius inquirere, aut quod omiſſum negligenter eſt, reparare velit 10. Nam judici in cauſſa nunquam concluditur, quin reſcindere concluſionem & rei neceſſitate exigente ulterio rem probationem requirere & inſtituere poſſit 11, etiam ad jus partis novis rationibus inſtruendum, & firmandum 12. Similiter poſt concluſionem recipitur probatio, quæ fit per confeſsionem partis 13. Vnde etiam litigantes poſt conclu-

ſionem

onem interrogari poſſunt 14; vel quæ fit per rei evidenam, & adſpectum loci 15: qua probatione nulla major oteſt eſſe, ideoque talis probatio nunquam excluſa cenſetur 6. Et in criminalibus, matrimonialibus, aliiſque arduis & nagni præjudicii cauſis, in quibus, poſt concluſionem teſtes xaminari poſſunt 17. Item recipiuntur poſt concluſionem nformationes juris, id eſt conſilia & reſponſa Doctorum 8, nec non inſtrumenta tum primùm reperta, aliæque robationes ad cognitionem partis recenter allatæ, 19: quas onnulli hoc amplius etiam poſt citationem ad audiendum ententiam factam, admitti putant 20. Sed & proponi poſt onclusionem poteſt exceptio falſi procuratoris 21, & Exceptio judicis non idonei propter defectum juriſdictionis 22. Denique peti poteſt poſt concluſionem Reſtitutio in integrum per minores, mulieres, & eccleſias; quia tales perſonæ o ipſo, quod eſt in cauſſa concluſum, cenſentur læſæ, & propterea reſtitui debent 23. Examinatio teſtium ad confirmaionem ſcripturarum publicarum, & ad refutationem quaumcumque ſcripturarum 24. Depoſitio principalis tanquam inſtructioris & peritioris 25. Iuramentum verò neceſſarium ſive ſuppletorium defertur poſt concluſionem, ſi modò ante fuit petitum 26: etſi non deſunt, qui exiſtimant hoc juramentum parti deferri poſt concluſionem, ſive antè petitum ſit, ſive non 27.

1 cap. paſtoralis, de cauſ poſſeſſ. & propriet. Gloſſ. in cap. cùm dilectus, de fide inſtrum. 2. Abb. & Dd. in d. cap. paſtoralis, Gloſſa in §. quia verò Novella 90. 3. cap. quoniam contra, extr, de probat. 4. Felin. in cap. cum P & A, de re iudic. Cardinal. in Clement. ſæpe, de Verbor, ſignif 5. Gloſſ. in d, cap. ſæpe, Felin. d. cap cùm dilectus. 6. d. Clement. ſæpe, Ioannes Andr. in addition ad Speculat tit. de renuntiat. 7. Specul tit. de concluſ & tit de dilat. authentic. jubemus C. de judic. Gloſſa in d. Clement. ſæpe. 8. leg. ult. C. de compenſat, cap de teſtibus extr de teſtib. d cap. paſtoralis 9. dict. leg. authent. jubemus, & d. cap. paſtoralis. 10. cap. exceptiones, de exception. cap per tuas, de teſtibus, 11. Socinus regula 184, gloſſ. in cap. quia verò, authent de teſtibus. Iaſon in leg. admonendi ff. de jureiuran, Dd in d. cap. paſtoralis. 12. Alexand. in leg 4. §. hoc judicium D. de damn. infec. Decius cap. 1. de judic. 13. Bald & Caſtrenſis in tit. C. de probat. 14. leg. ubicumque D. de interrogat. action. leg. generaliter C. de reb. credit. Abb. & Felin. in cap. cùm Ioannes de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

fide inſtrumen. 15. B*ald. in leg contra negantem* C. *ad legem Aquil.* &
leg. ſi quæ teſtibus, C. *de teſtib.* 16. *Iaſon in l.* 1. D, *de novi oper. nuntiat.* C
tius in d. leg. admonendi, *Barbat in cap. evidentia*, *de accuſationib.* 17. *c*
ſicut ex literis, *de ſponſalib.* Dd. *in d. cap. cùm dilectus*, *de fide inſtrumen.* B*a*
in d. authentic jubemus, *Alexand leg.* 3. D. *de jurejurand.* 18. Bald *d.*
thentic. jubemus, & *in leg. quamvis indubitatè* C. *ad leg. Iuliam. de adul*
Felin. in d. cap cùm dilectus. 19. *cap.* 1. *de exception Iaſon in d. leg. adm*
nendi, *Felin. d. cap cùm dilectus.* 20. Bartol. *in d. leg admonendi* 21 I
in leg. licet C. *de procurat. Alexand. conſil.* 72. *volum.* 4. 22. *Gloſ*, *in* C
ment. unic. de ſequeſtr. poſſeſ. & *fruct. Bald. in leg. exceptione* C. *de probation*
in leg. fin. Cod. de exception. 23. Dd *in cap. auditis*, *de in integr. reſtit*
24. *Abb. in cap. quoniam contra*, *de probation. Afflictus deciſ.* 215. 25. *c*
Iohannes Heremita, *de fide inſtrumen. Capicius deciſ.* 15. *Franc. deciſ.* 12
26. *Iaſon* & *alii in d. leg. admonendi. Alexand. conſil* 53, *volumin.* 1, 2
Lanfranc. in d. leg admonendi, *Capicius deciſ.* 35. *Foller. in additionib. ad M*
rantam.

AVSO-

AVSONII POPMÆ, *DE* ORDINE ET VSV IVDICIOR.

LIBER TERTIVS.

TIT. I.

De Sententia.

SENTENTIA eſt pronuntiatum Iudicis in cauſa coram ipſo inter litigantes utrimque agitata. Cujus duæ ſunt formæ, una Definitiva, altera Interlocutoria. Definitiva eſt, quæ principali cauſſæ per abſolutionem vel condemnationem finem nponit; Interlocutoria eſt, quæ inter principium & finem uſæ interloquendo fertur, non de principali negotio, ſed : aliqua incidenti, vel emergenti quæſtione 1. Quæ rurſus el ſimplex eſt, vel Mixta. Simplex eſt, cùm Iudex interloquir de teſtibus admittendis, vel de exceptionibus emergentius circa cauſæ cognitiones, ut ſunt dilatoriæ pleræque omes. Mixta eſt, quæ fertur de exceptionibus in ipſa cauſſa hæntibus, & ad definitivam ſpectantibus, quales ſunt exceptioes peremptoriæ. illa ſimpliciter in finibus interlocutoriæ onſiſtit, & permanet 2; hæc ex interlocutoria & definitivâ onſtans, ſecundum illam partem, in qua maximè pręſtat centur 3. Itaque ſi definitivæ vim habet ei par & æqualis eſt m in forma appellationis, quam aliis effectibus juris 4. Tas eſt interlocutoria de competentia judicis, de abſolutione b inſtantia vel obſervatione judicii, de deſertione appellaonis a definitiva, de revocatione attentorum, de procedeno vel non procedendo in cauſſa. Et quando poſt illam non peratur definitiva ſententia, per quam gravamen perfecte reparari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

parari poſſit, & cùm dicitur exceptionem peremptoriam ob-
ſtare, vel aliquid probatum vel non probatum eſſe, & ſi qu
ſunt aliȩ generis ejuſdem, quas prolixè juris interpretes ena
rant, 5. Differunt autem Interlocutoria & Definitiva pluri
bus modis: e quibus nonnullos infra tit. De appellationibu
recenſebimus: hic operæ pretium eſt has differentias propo
nere. Definitiva revocari per eundem judicem non poteſt
niſi incontinenti id fiat 6, & aliis quibuſdam caſibus exceptis
quos interpretes annotant 7. Interlocutoria verò ſi non ha
beat vim definitivæ, poterit revocari officio ejuſdem judicis
vel ad litigantis petitionem, quam debet proponere intra
dies decem 8: Alioquin interlocutoria tranſit in rem judi
catam, quoad ſcilicet litigantes, ſecus verò quoad judicem
poteſt enim judex quandocunq; velit ante definitivam quod
juſsit vetuitúe interloquendo contrario imperio tollere & re
mittere, niſi ſit appellatum 9. Item Definitiva in ſcriptis
proferri debet 10, & à judice ſedente in tribunali 11; nec
non utraque parte citata 12. At Intelocutoria verbo tenus
etiam ſine ſcriptis fieri poteſt, licet mox ad acta referri debe-
at 13. & à procedente judice 14, & abſque partis citatione
15, dummodo ſit levis præjudicii, ut ex ea damnum parti
non inferatur. aliâs enim non poteſt recitari niſi in ſcriptis, &
a judice ſedente 16, & parte citata 17. Præterea definitiva
condemnationem vel abſolutionem habere debet 18, & eſſe
certa 19, conformis libello, actis & probatis 20. formari
juxta receptum judiciorum ſtilum 21, expreſſo nomine judi-
cis & litigantium, inter quos controverſia agitata, liſque con-
teſtata eſt, ſive principales ſint, ſive eorum procuratores 22.
Nam ſententia non concipitur contra tertium, cui res in-
ter alios judicata præjudicare non debet 23: ſicut nec in ab-
ſentem, niſi ſi contumax 24, nec in pupillum & minorem
indefenſum 25. Denique proferri ſententia debet à judice
competente 26; aut ſi plures judices ſunt, omnibus præſen-
tibus 27. Tunc enim univerſi judices intelliguntur judicare
cùm omnes adſunt 28; & duo ex tribus judicibus, uno ab-
ſente,

ente, judicare non poſſunt; quoniam omnes judicare juſſi unt. Sed ſi unus adſit & diſſentiat, ſtatur duorum ſententiæ 29. nec refert an ab ipſo judice ſententia recitetur, quod imperatorum conſtitutionibus ſancitum, exceptis tantum illuſtribus perſonis 30; an ab actuario ex breviculo, ut hodie ferè ubique fieri ſolet. In dicenda verò & formandâ ſententia Iudex adhibere debet diligentem ac ſeveram cauſſæ cognitionem, verum judicium, & rectam conſcientiam, ſepoſita omni affectione mala, & gratificandi aut nocendi cupiditate 31. Cauſſam tamen & rationem judicii ſui non tenetur inſerere ſententiæ, nec interlocutoriæ, nec definitivæ: præterquam in aliquot caſibus in quibus cauſſam ſententiæ inſerendam eſſe putant, ut in cauſſa appellationis, inepti libelli expenſarum & ſimilium 32. Prolata autem Sententia cùm ſtricti juris ſit, 33. tranſit in rem judicatam poſt decem dies, ſi intra eos non ſit appellatum 34, & paratam executionem habet per officium judicis 35, niſi ſit facta novatio 36, exceptionemque parit litis finitæ 37.

1. Gloſſ. Clement, 1. & 2. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Maranta tit. de ſententia. 2. cap. ut debitus, & cap. cùm cauſſam, de appellat. Bart. in l. ejus quis, ff. de appellat. 3. Alexand. in l. ſtipulationem ff. de Verbor. Obligat. 4. Gloſſa in cap, fin, de elect. Bald. in leg. minoribus C. quib. ut indign. 5, Felin. in tit. de judic. Aretin. conſil. 20. Bartol, in l. ante ſententiam ff. de appellat. recip. Franc. in cap. cùm ceſſante, de appellat. 6. l. cum querebat ff. de re judic. l. divi fratres ff. de pœnis. 7. Gloſſ. in d. judex 8. Panorm, in d. cap. cum ceſſante, & cap. ab judice, eod. tit. 9. l. quod juſſit ff, de re judic. & ibi Bartol. in Iaſon, d. cap. à judice. 10. l. 1. & tot, tit. C. de ſentent. ex brevit. recitan. 11. l. nec quicquam §. ubi decretum ff. de off. [illegible] conſ. & legat, l. pro tribunali ff. de re judic. 12. l. de unoquoque ff. de re ju[illegible]cent in cap, dudum, de elect. 13, Gloſſa in cap. quoniam contra, de prob. ... Bartol & Iaſon in d. l. nec quicquam 14. l. diem D. de arbitr. l. voluit ff. de interrogat. action. 15. Gloſſa in d. l. nec quicquam, & in leg. recuſare D. ad Trebell. 16, l. judicio ſedente l. à procedente C. de dilat. 17. Dd. in l. ſi opus ff. de oper. novi nuntiat. Bart. & Iaſon in d. l. nec quicquam. 18. l. 2. C. de ſentent. & interlocut. 19. l. ult. & penult. C. de ſentent. quæ ſine certâ quantit. 20. l. fundus D, Commun. d. vidun. l. fin. C. de fideicom. libertat. §. curare Inſtitut. de action. Dd. in l. illicitas D. de offic. præſid. 21. Dd. in d. authent. jubemus, Guido Papa deciſ. 291, Felin. cap. Rodolphus, de proſcrip. 22. l. 1. ubi Gloſſ. & Dd, C. de ſentent. & interlocut. 23. l. ſæpe conſtitutum D. de re judic. l. 1 de except. rei judic. 24. l, ea quæ, & toto tit. C. quom. & quan. judex. 25. l. ſi præſes d. tit. l. contra pupillo D. de re judic. 26. d. l. 1, & 2. C. ſentent. ex brevit. recitan. & toto tit. C. ſi a non competen. judic. 27. l. duo ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

tribus, D. *de re judic.* 28. *l. tunc autem*, D. *de judic.* 29. *d. leg. duo ex trib* 30. *l hac lege*, C. *de ſentent. ex brevit. recitan.* 31. *l. judices*, C. *de judic. ca præſentia, extr. de probat. d l. illicitas.* 32. *Dd. in cap, ſicut, & cap Abbate, de judic.* 33. Decius *in l. jus noſtrum*, D. *de regul. jur.* 34. *l. 1.* D. *de re judi l, 1.* D. *quan, appell. ſit, l. 1.* D *de appellat.* 35. *l. penult. & ult.* C. *de execut. r judic. l. 1. & l. executorem* C. *eod. l. fin.* C. *de uſur. rei judic.* 36. *l, minor annis* D. *de minor. l. 2,* C, *de execut. rei judic.* 37. *toto tit.* C, *de except. rei judi*

TITVLVS II.

De Nullitatibus Sententiarum.

SENTENTIA duobis potiſſimum modis impugnari & convelli ſolet, quod vel nulla ſit, vel iniqua, & injuſta Nulla ſententia dicitur in qua eſt vitium & defectus ob non ſervatum legitimum judiciorum ordinem 1. unde vulgo appellatur Nullitas ſententiæ, quæ eſt commune ſubſidium ſicut appellatio, & cuilibet ratione ſui gravaminis ac præjudicii proponere permittitur; adeo ut etiam tertio pro ſuo intereſſe, exceptio nullitatis competat 2. Non tamen temere Nullitas proponenda, vel admittenda eſt, per quam judicis exiſtimatio lædi aut imminui poſſit, ſed ita demum, ſi Nullitas ex actis liquido & ſufficienter conſtet, & defenſionem cauſſæ, nec non præſcriptam judicii formam, ſive ſolemnitatem concernat, veluti eſt Nullitas ob defectum juriſdictionis, citationis, mandati, juramenti calumniæ, & ſimilium. Si verò Nullitatis ratio dubia vel levis ſit, neque opponentem allevet, tum cauſſę expeditioni potius favendum, & hujuſmodi exceptio tanquam calumnioſè, litis extrahendæ cauſſa inſtituta, rejicienda. Vt enim reliqui actus judiciales in dubio præſumuntur validi & efficaces, ſic quoque Sententia ſuſtineri potius quàm deſtrui, & infirmari debet 3. Proponitur autem Nullitas vel principaliter, vel perfunctoriè, & incidenter. Principaliter, quando per ſe diſtincte & ſeorſum in judicium deducitur, ſive coram judice primo, ſive appellationis 4; etſi hodie ferè ad judicem appellationis Nullitas devolvitur, præſertim ſi ex iniquitate & malitia judicis profectum appareat 5. Incidenter, cùm de eâ ſecundario tanquam de inciden-

incidenti, & principaliter ut Sententia reiteretur & reformetur, agitur apud priorem judicem 6, vel apud ſecundum, permiſta cum appellatione quaſi acceſſorium ejus tractatur 7. Et ſane magni refert, longeque præſtat, principaliter potius quàm incidenter Nullitatem proponere 8. Nam ſi cum appellatione Nullitas incidenter proponatur, elapſis fatalibus, & deſertâ appellatione, talis Nullitas velut acceſſorium, cum ſuo principali pariter intercidit 9: ſed Nullitas in judicium principaliter deducta viâ actionis competit ad triginta annos, ſicut ceteræ actiones 10: vel viâ exceptionis durat perpetuò, id eſt quadraginta annis, quia omnes exceptiones ſunt perpetuæ 11, & veritas aut falſitas rerum non mutatur temporibus 12. Item prohibitâ appellatione cenſetur quoque prohibita Nullitas acceſſoria: cujus ſcilicet effectus ipſi ineſt appellationi 13: contra quando appellatio prohibetur & locum non habet, quoniam fortè intra legittimum tempus non eſt appellatum, vel res non attingat ſummam ordinationis, tum nihilominus principaliter ratione iniquitatis Nullitas proponi poteſt 14. Quem defenſionis modum cauti Advocati fere adhibent, quotiens appellationis ſubſidio deſtituuntur. Nam appellatio & Nullitas ſunt diverſa & ſeparata juris remedia, & uno ſublato alterum permanet 15. unde ſolent ut plurimùm proponi hoc modo, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello 16, vel, Appello ſalvo jure dicendi de nullitate 17 atq; etiam in eodem libello deduci, alternativè tamen, ita ut prius de nullitate, deinde eâ deficiente de cauſsâ appellationis, ſive de iniquitate ſententiæ cognoſci & pronuntiari petatur 18. Non tamen in ſimplici appellatione ab interlocutoria, ſicut a definitiva, Nullitas ad judicem appellationis devolvitur, ſed gravamen duntaxat 19. Dicitur autem Sententia multis modis nulla; veluti reſpectu perſonarum, ratione quantitatis, qualitatis, loci, temporis, ordinis, & conditionis. Reſpectu perſonarum, ut judicis, litigatorum, procuratoris, Sententia nulla eſt quæ fertur à judice incompetente 20; vel corrupto pecuniâ, favore, vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

odio, vel aliâ pravâ affectione ducto 21, vel recuſato, excommunicato, infami 22, vel aliter incapaci, lege, natura, vel moribus prohibito, ut ſurdo, muto, furioſo, impubere, ſervo, femina 23. Item nullam vim habet Sententia lata adverſus pupillum vel minorem indefenſum ſine tutore & curatore 24, vel contra prodigum cui bonis publice interdictum eſt, abſq; ejus procuratore 25, vel contra hominem mortuum, judice hoc ſciente, aut gravi infirmitate afflictum 26, aut abſentẽ, qui nec legittimè in jus vocatus fuit, nec per contumaciam abfuit 27. Citatio n. hoc efficit, ut Sententia etiam in favorem abſentis non citati lata, nulla ſit in civilibus cauſſis 28. Deniq; non valet ſentẽtia ſi judicatum eſt contra falſum procuratorem, non habentem mandatum, vel eum qui non eſt legittimus defenſor 29, vel contra tertium non nominatum in judicio 30. Ratione quantitatis non conſiſtit ſententia quæ nullam quantitatem aut rem in quam condemnatio fit, continet 31: licet ſufficiat actorem exprimere, & judicem ſolvi jubere id quod petitum eſt, vel quantum petitum eſt 32: vel quæ majorem ſummam complectitur quàm ut Iudex de ea potuerit cognoſcere. Non enim judex ordinarius juriſdictionem 33, neque delegatus formam delegationis poteſt excedere invitis litigatoribus 34: ſed actore majorem ſummam petente ſi reus non opponit, & ſic tacite conſentiat, tunc valet Sententia 35. Ex qualitate Sententia nulla eſt, ſi non eſt conformis libello, vel ex libello inepto ex quo non poſsit legittimè colligi actio, concepta 36, ſi eſt incerta, dubia, vel obſcura 37; ſi eſt lata contra leges, canones, conſuetudines, ſtatuta 38, vel ex cauſſa notoriè falſa 39, vel ex falſis inſtrumentis aut teſtimoniis 40, vel ex errore juris in ea expreſſo, vel ex facti errore contra jus litigatorum; ut eſt in errore calculi 41: ſi non continet abſolutionem vel condemnationem 42. Similiter ex loco, cùm judex ordinarius cognovit vel pronuntiavit extra territorium ſuum, ubi jus dicenti non paretur impunè 43: vel etiam intra territorium, in loco tamen exempto 44. vel non ſolito 45, niſi hoc fecit cum conſenſu

partium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

artium, quem ſufficit tacitum eſſe, modo accedat expreſſus onſenſus judicis ordinarii illius territorii, in quo vult jus diere 46, vel ſit juriſdictio voluntaria, quam extra territorium uum & ubiq; poteſt Iudex exercere 47. Ratione temporis on valet Sententia, quam judex tulit finito tempore ſuæ juiſdictionis 48, vel pronuntiavit poſt occaſum Solis & de octe 49, vel die feriato 50, idque non conſentientibus litiatoribus: nam ſi illi conſentiant tacitè vel expreſſe, tunc vaet ſententia 51. Ob ordinem judiciorum non ſervatum concidit ſententia; quia judex proceſſit abſque citatione ſalem legittimâ, omiſſo libello, lite non conteſtata, ſine proationibus & cauſſæ cognitione 52: pronuntiavit definitivam ſine ſcriptis 53, ſtans aut procedens, non ſedens in tribunali 54, niſi forte cauſſa ſit quæ ſine judicii forma expediri poterat 55. Poſtremo Sententia efficitur nulla ob inſertam conditionem extrinſecam, & non concernentem ea quæ in judicium deducta ſunt: ſive etiam intrinſecam, ut, condemno reum ſi actor probaverit decem ſibi deberi, vel, ſi probaverit intentionem ſuam 56: quia tales probationes poſt ſententiam fieri non poſſunt. Porro nullitas ſententiæ principaliter oppoſita impedit executionem, ſi nullitas eſt notoria, & incontinenti probari poteſt: ut ſi ex actis conſtat neglectas, eſſe ſolemnitates judicii, vel procuratorem falſum ſine mandato egiſſe: ſi verò non poteſt ſtatim probari, ſed altiorem indaginem requirit, non impedit executionem, nec conceditur inhibitio 57.

1. l. 2. & 3. ff. quæ ſentent. ſine appell. 2. Vant. tit. quis poſſit dic. de nullit. 3. l. quotiens ff. de Verb. Obligat. l. ſi inter D. de reb. dub. Clem ſæpe de Verb. Signif. & ibi gloſſa. 4. Bart. in l. ſi expreſſim ff. de appellat. Gloſſ. in l. ſi accuſatoribus, C. de accuſat. 5. l. eos C. de appell. Felin cap literis, de offic. deleg. 6. l. ſi proponis, C. quom. & quant. jud. & ibi Bart. Decius in cap. dilecto, de appellat. 7. Bartol. in l. 1. quan. provoc. non eſt neceſſ. Innocent. in cap. quod contingat, de offic. deleg. 8. Decius d. c. dilecto 9. Bald. in l. contra majores, D. de inoffic. teſtam. Bartol in l. qui teſtamento, ff. de excuſat. tutor. innocent. & Ioann. Andr. in cap. bonæ fidei, de appellat. 10. cap. inter ceteras, de ſenten. & re judic. Bald. in l. Scire oportet §. penult ff. de excuſat. tutor. 11. Salicet. in l. ſi plures C. quom. & quan. judex. Bald. in l. ſicut C. de præſcript. 30. vel 40. annor. 12. l. pure ff. de doli except. Dd. in d. cap. dilecto 13. Gloſſ. in d. l. 1. C. quan provoc. non eſt neceſ.

Bald. in l. eas C. de appellat. Bart. in d. l. ſi expreſſim. 14. Dd. in Clement. ut ca lumniis, de re judic. Bald. in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſs. 15. cap. inter cæter. extr. de ſentent. & re judic. cap. licet, de ſentent. excommunic. 16. Bartol in d. ſi expreſſim, Franc. d. cap. dilecto. 17. Alexand. conſil. 59. 18. Bald. in d. eos, Bart. in d. l. ſi expreſſim, Ferrar. in form. appellat. a definit. 19. Dd. in ca ut debitus, & in cap. Romana, de appellat. Rota deciſ. 389. in novis 10 1010 ti C. ſi a non compet. judic l. nulli C. de ſentent. & interlocut. omn. judic cap. ſigni ficaſti, extr. de for. compet. 21. l. venales C. quand. provoc. non eſt neceſſ l ſe vo invito §. cùm prætor ff. ad Senatuſc. Trebell 22. Dynus in cap. infamibus ext de reg. jur. Specul. tit. de ſententiâ. 23. l. cùm prætor §. non autem omnes ff. de ju dic. cap. cùm viceſimum, de offic. deleg. 24. l. 1. & 2, C. qui legitt. perſon. ſtan. i jud. hab. l. præſes C. quom. & quan. jud. 25. l. clarum C. de autorit. præſt. & tit. C. qui legitt. perſ. 26. l. in ſumma §. fin. & l. quæſitum ff. de re judic. l. 1, & 2. C. quæ ſent. ſine appell. reſcin. 27. d. l. quæſitum, & l. acta ff. de re judic l. 1 & l. 2. ff. qui legittim. perſ. 28. Bart. & Bald. in quidem C. quom. & quan. 29. l licet, & ibi Dd. C. de procurat. l. licet D. de judic. 30 l. 3. D. de except. rei judic. 31. l. 3. C. de ſentent, quæ ſine cert quantit. l. 1. C. de pœn. 32. d. l in ſumma D, de re judic. 33. l. extra territorium ff. de juriſd. omn. judic. & ibi Gloſſ. & Bartol. 34. l. diligenter D. mandati, cap. cùm dilecta, & ibi Dd. d reſcript 35. Innocent. in cap. cùm veniſſent, de in integr. reſtit. Bart. in l. 1. D de judic. 36. l. ut fundus D. commu. dividun l. actor. D. ſi cert. petat cap. exa minata, de judic. 37. l. 1. & l. ult. C. de ſent. quæ ſine rer quant. l. quid tamen §. Pomponius D. de recept. arbitr. §. curate Inſtitut. de action. 38. l. 2. C. quan provoc. non eſt neceſs. cap. 1 extr. de ſentent. & re judic. 39. Panorm. & Ioann Andr. in cap. ſicut nobis, extr. de ſentent. & re judic. Innocent. in cap. quoniam contra, extr. de probat 40. l divus Adrianus, l. ſi prætor ff. de judic. l ſi quis ff ad leg. Cornel. de falſis 41. l. præſes ff. de re jud. ubi gloſſa & Dd l. 2. C. quand provoc. non eſt neceſs cap. 1. extr. de ſentent. & re judic l. 1. §. item ſi calculi D. quæ ſentent. ſine appellat. reſcin. 42. l. 2. C. de ſentent. & interloc. 43. d leg. extra territorium 44, cap. cùm epiſcopus, de offic. ordin lib VI, & ibi Gloſs. 2. de conſtit. ubi Dd. 45, l. fin. D de juſtit. & jure 46. l ſed etſi ſuſceperit. D. de judic. cap. epiſcopum. 4 2. Gloſ. in cap. ut litigantes de Offic. Ordin lib VI. 47. l. 1. C ſi a non compet. judic. l ult. D de juriſdict. cap. poſt electionem de præ ben. 48. l certa ratione l. cùm non eo die, C. quan. provoc. non eſt neceſſ. 49 l. 2. §. & quia magiſtratus ff. de orig. jur cap conſuluit de offic. deleg. 50 l 2 leg. omnes dies, & l. ult. C. de fer. 51. l. inter conſentientes D ad municipal l. ſæpe D. de re judic. 52. l. prolatam C, de ſentent & interlocut. leg. 1. C de re judic. l. nec quicquam D. de offic. proconſ. 53. l. ſtatutis cum authent ſequen. C de ſenten. ex brevit. recitant. 54. l. a procedente C. de dilat. l 2 §. dies bonorum D, quis ordo in poſſeſs. ſervet. 55 Bald in l non dubium C de legib Dd in l 1. §. biduum ff. quan. appell. ſit Bart. in l ait prætor D. de re judic. 56. cap paſtoralis, de except. l. peremptorias C. ſentent. reſc non poſs. 57. Dd l. 4. condemnatum ff, de re judic. Rota deciſ. 280. & 283. in novis.

TITV-

TIT. III.

De Appellationibus.

APPELLATIO eſt provocatio iniquæ ſententiæ querelam continens 1. Quæ vel extrajudicialis eſt, vel judicialis. Extrajudicialis appellatio interdum fit a judice extra judicium procedente ad judicem ordinarium 2, aliquando a parte quæ gravamen infert, aut inferre parat ad judicem, ut fieri ſolet in ſpoliationibus, proviſionibus, electionibus, poſtulationibus, & aliis ejuſmodi actibus 3. eſtque hæc ipſa extrajudicialis appellatio nihil aliud, quàm provocatio ad cauſſam, conſervandi juris gratia facta 4. In qua proponenda duo potiſſimum obſervari debent; Vnum ut fiat in ſcriptis, & exprimatur cauſſa gravaminis: idq; ſi a judice appellatum ſit generaliter & ſummarie, ſi vero ab adverſario, diſtincte & nominatim 5: etiamſi cauſſa vel jure vel ipſo facto notoria ſit, quoniam notorium excuſat quidem ab onere probandi, ſed non ab onere proponendi & allegandi 6. Alterum, ut inſtanter & ſæpius petantur Apoſtoli hac formâ, Appello, & apoſtolos ſi poteſtas ejus qui eos dare poſſit haberi queat, inſtanter & ſæpius peto 7: & tum ſi is qui debet, eos dare recuſat aut ſi ejus haberi poteſtas non poſſit, idipſum appellans in actis conteſtabitur, & ſic petenti non erit fraudi 8. Non tamen per hanc appellationem extrajudicialem inducitur litis pendentia 9, neque etiam inhibitio decernitur 10, ita ut eâ non obſtante vel adverſarius vel judex inferior nihilominus progredi poſſit, donec gravamine deducto & probato ſaltem ſummariè per judicem, ad quem eſt provocatum, actorum revocatio fiat, & omnia in eum ſtatum in quo ante provocationem fuerunt, reducuntur, quod & appellans requiſito judicis officio petere debet 11. Iudicialis appellatio, vel ab Interlocutoria ſententia interponitur, vel a definitiva: quæ pluribus modis differunt. Primo quod appellatio ab interlocutoria introducta eſt jure Canonico, quo ab omni gravamine, ſive ante,

ante, ſive poſt ſententiam definitivam illatum ſit, appellari poteſt 12: cùm Jure civili non amittatur appellatio ab interlocutoria 13: niſi interlocutoria totum negotium perimeret, ut puta ſi quis minor aut major pronuntietur, aut prodigus, aliúſve inhabilis 14, aut tale gravamen haberet quod in definitiva non poſſet reparari 15, aut aliâs nulla definitivæ ſpes eſſet 16. Secundo quod ab interlocutoria non niſi in ſcriptis, cauſſis gravaminum nominatim expreſſis, appellare licet: at definitiva incontinenti viva voce fit appellatio, aut ſi ex intervallo fiat in ſcriptis 17: nec eſt neceſſe certam appellanti cauſſam læſionémve dicere 18, niſi hoc poſtulet rerum qualitas 19, vel ipſam appellationem leges ſcriptæ prohibeant, vel obſtet juris præſumptio 20. Tertio, quod appellatio a ſententia interlucutoria interpoſita non poteſt novis probationibus juſtificari, vel impugnari, ſed iis ſolum quæ in proceſſu primi judicis ſunt producta, & in appellationis libello expreſſa. E diverſo appellatio a ſententia definitiva ex novis probationibus juſtificari poteſt 21. Quarto quod pendente appellatione interlocutoria, nihilominus Iudex primus in cauſa procedit, niſi expreſsè ſuperioris judicis autoritate Inhibitio fiat 22: ſed appellatio à definitiva ſuſpendit juriſdictionem primi judicis, ſine aliqua inhibitione; adeo quod tam medio tempore quàm appellatione pendente, omnia in eodem ſtatu maneant, nec quidquam novare liceat 23. Quamvis fructus rei controverſæ ſi dilapidenter per poſſeſſorem, vel in proprium illius uſum convertantur (quod imprimis probandum erit 24) apud Sequeſtrum deponi, factâ eorundem annotatione ſive deſcriptione, etiam cùm interpoſita eſt appellatio, poterunt 25, aut ne fructus ſemper apud Sequeſtrum deponantur, danda erat ſufficiens cautio, quâ ſalvum jus ſuum petitori conſervetur 26. In utraque autem appellatione diligenter conſiderandum eſt, quæ ſit forma appellandi, Qui poſſint appellare, & a quo judice appelletur. Quod denique tempus ſit interponendæ & proſequendæ appellationis Forma & modus eſt, primum ut gradatim appellatio fiat, non præte-

rito

rito medio judice 27, niſi is inhabilis eſſet, vel ſuſpectus, vel in hoc conſentiret, vel juſtitiam denegaret, tacite vel expreſsè ſui poteſtatem aut viam probationis præcludens, adeo ut opus ſit ſupremi judicis auxilio 28. Deinde ut ea ab inferiore judice ad ſuperiorem deferatur, a delegato ad delegantē 29: ſed ſi copia ejus fortè haberi non poteſt, vel quis juſto ac legittimo metu commotus appellare ab eo non audet, ſatis erit coram notario aliiſq; fide dignis perſonis factâ proteſtatione appellationē interponere 30. Cauſſa omnis appellationem admittit, ſive major, ſive minor & exigua ſit, nec ſolum civilis, ſed etiam criminalis 31: niſi ſpecialiter prohibita reperiatur, veluti, Si cauſſa ſit infra legittimam appellandi quantitatem, puta infra quinquaginta aureos 32, ſi res dilationē non recipiat, ut quia ex appellationis mora damnum pateretur 33, ſi in cauſſa momentaneę poſſeſſionis fuerit appellatū 34, Si ab executione ſententię appelletur 35: niſi executor malè ſentētiam interpretari dicatur, aut modum in exſequendo excedere 36, Si appelletur in cauſſa teſtamenti ne aperiatur, neve ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur 37, in cauſſa debiti fiſcalis, tributi publici 38 decimarum, mercedis, falſæ monetæ 39. Si crimina objecta manifeſta & notoria ſint 40. Deniq; ab interlocutoria ſententia jure civili appellare non licet: etſi jus Canonicū aliter ſtatuat, quod in foro obtinet, ut modo diximus. Perſonarum in appellatione varia & diverſa ratio eſt. Nam appellare quidem poſſunt omnes qui condemnati vel gravati ſunt, adeo ut etiam tertius aliquis ratione ſui intereſſe vel præjudicii appellare non prohibeatur 41: modo ſuum intereſſe ſtatim probet, ſive pecuniæ & emolumenti, ſive ſolius affectionis reſpectu interſit 42. Nec refert utrum is qui condemnatus eſt provocet ipſe an advocatus, vel alius qui ipſius nomine agit 43. Quin etiam Procurator cogitur appellare, ſed non perſequi appellationem 44: niſi eſſet generaliter ad lites datus; quia tunc interpoſitam appellationem perſequi tenetur 45. Excipiuntur, qui ob veram contumaciam condemnati ſunt 46, homicidæ, venefici, adulteri, malefici, violatores, confeſſi & convicti de crimine 47. item

qui ante ſententiam profeſſi fuerunt ſe non appellaturos 48: quorum omnium appellationes non recipiuntur. Sed non ab omni judice appellare licet. Non enim fit appellatio à Principe ſuperiorem non agnoſcente, præfecto prætorio, quocum Cardinalis comparatur, & aliis ſupremis judicibus 49. Nec à pari par Iudex recte appellatur, quoniam judex in parem judicem nullum habere poteſt imperium 50. Neque ab eo qui ita judex datus eſt, ut non liceat ab eo provocare 51. Similiter nec ab arbitro, compromiſſario, cujus ſententiæ ſtandum omnino eſt 52. nam ab arbitro juris, id eſt judicem dato vel delegato, licet appellare 53, Tempus appellationis interponendæ eſt decem dierum ab ipſo latæ ſententiæ die, & ita à momento ad momentum currit, ut poſt decem dies appellans non admittatur ad proſequendam appellationem 54; dummodo ſciverit latam ſententiam. Si enim ignoraverit, incipiunt decem dies currere à tempore ſcientiæ 55. Hinc fit ut etiam extra judicium & quocunque die, non exceptis feriis in honorem Dei inſtitutis 56, atque adeo de nocte quoque 57, appellatio interponi poſſit, ejuſque libellus judici offerri, ſed non item parti 58. Poſt interpoſitam vero appellationem peti debent Apoſtoli intra triginta dies, qui itidem numerantur a tempore latæ ſententiæ, vel ſcientiæ ejuſdem 59: in quibus Apoſtolis judex appellanti pro locorum diſtantia, pro perſonarum & negotii qualitate, certum tempus conſtituit, intra quod ſuam appellationem cum acceptis Apoſtolis inſinuet appellationis judicii 60: quod ipſum ſi appellans neglexerit, tempore quod definitum fuerat elapſo, ſuæ appellationi renuntiaſſe videtur, cenſeturque ipſa appellatio deſerta: quia talis terminus eſt fatalis 61; niſi juſtum impedimentum teſtibus probetur; aut ſi cauſſa non eſt magni præjudicii, jurejurando appellantis. ex quo apud judicem appellationis peti poteſt reſtitutio in integrum, adverſus lapſum fatalium: quâ conceſsâ debet reſtitutus intra decem dies à die reſtitutionis appellare 62. Deſertâ autem appellatione poteſt Sententia à primo judice executioni mandari, nec habet condemnatus

quadri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

quadrimeſtræ ſpatium, vel aliam dilationem jure conceſſam ad ſolvendum 63: quoniam illa tempora dilationum quæ dantur condemnatis, non progrediuntur a die deſertionis, ſed à die ſententiæ. ideo ſi non plenæ tempus fuerit elapſum quando deſeritur appellatio complebitur anteqnam fiat exſecutio 64. Poſtremo appellatio offertur judici ad quem provocatum eſt; & citatur appellatus: a qua citatione incipit appellationis cauſſa, non à litis conteſtatione, ut in principali cauſſa 65. Nec poteſt appellans poſtea adverſario ſuo invito ab interpoſita appellatione recedere, & quaſi conſilium ſuum in læſionem alterius commutare 66: ac proinde appellatus, ſi velit, poteſt appellationem proſequi, ſicuti propriam: quia appellatio eſt communis 67. Tempus verò proſequendæ & finiendæ appellationis eſt annus, vel neceſſaria & evidenti cauſsâ interveniente biennium, ab ipſo factæ appellationis die 68: niſi vel compromiſſum, vel tranſactio, vel caſus infeſtus, ut peſtilentia, hoſtium irruptio, morbus continuus, aut aliud juſtum ac legittimum impedimentum in cauſſam appellationis incurrat, ob quod tempus illud à judice prorogari poteſt 69. Quamvis in nonnullis tribunalibus propter multitudinem cauſſarum, hoc tempus proſequendæ appellationis non obſervatur; nec ex ejus decurſu ſequitur eremodicium ſive deſertio litis 70.

1. l, præfecti ff. de minor. l. 1, l. imperatores D. de appellat. leg. in offerendis C. cod 2. Philipp. Franc. in cap. bona memoria, extr. de appellat Marant. tit. de appellat. 3 d. cap. bonæ memoria, & ibi Dd. 4. Panorm. in cap. dilecti filii, de appellat. 5. Abbas in cap. conſuluit, & in cap. cum ſit Romana, de appellat. 6. Gloſſa in Clement. appellanti, de appellat. 7. leg unica D. de dimiſſor. libell. Clement. quamvis rigor. de appellat 8. Gloſſa in d. Clement. 9. Abb in cap. Romana, & d. cap. bona de appellation. cap. dilecto, de except. 10. Panorm cap. dilecti, de major. & obedien. 11. Dd in d cap. bona. 12. cap. cordi, cap. cum Romana, de appellat. lib. VI, cap. ſuper, cap ut debitum, de appellat. 13. l 2. ff. de appellat. 14. l. intra utile D. de minorib. 15. l. 2. D. de appellat. recipien. 16. l. ut prætor §. permittitur ff. de minorib. 17. l. ſcio D. de appellat. 18 d. l. ſcio 19. d. cap. Romana 20. Abbas in d. cap. Romana, Lanfranc. in pract. tit. de interlocut. & appellat. judic 21. l. per hanc C. de tempor appellat & ibi Dd. l. eos §. ſi quid autem C. de appellat. 22. cap. non ſolum, de appell lib VI, Bartol. in l. ejus qui D. de appellat recip. 23. leg. 1. ff. nihil novar. appell, interp. l. appellatione C. de appellat. 23. cap. ult. de ſequeſtr. fruct. & ibi Panorm. 25. d.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

l. imperatores §. ult. ff. de appellat. d. cap. ult. de ſequeſtr. fruct. 26. leg. ſi fidejuſſor §. ult. ff. qui ſatiſd. cogun. l. ſenatuſconſulto ff de offic præſid. Dd. in l unica C. de prohib. ſequeſtr. 27. d. l. imperatores l. præcipuus C. eod. d. cap dilecti filij, ubi gloſſa & Dd. 28. Authent. ut differat judic. cap. irrefragibili, de offic. judic. ordin. leg 2. C. ut lite pend. non lic. 29. d. l. imperatores Novell. 17. cap. ult. de appellat. ibi gloſſ. 1 Dd. 30. l. 2 C. de iis qui per met. judic. non appel. l. & ibi Bald. 31. l. & in majoribus C. de appellat. l. non tantum litigatoribus, leg. ad dictos C. eod. 32. Novell. conſtit, 23. §. illud etiam. 33. l. fin. D. de appellat. l. quiſquis D. quor. appellat. non recip. 34. l. unica C. Si de moment. poſſeſſ. appell. fuer. 35. l. ab executione D. de appellat. l. quoniam C. eod. 36. d. l. ab executione & l. ab execut. C. quor. appellat. non recip. 37. l. ſi res §. de appellat. recip. d. l. quiſquis 38. l. abſtinendum C quor. appell. non recip. l. & publicarum C. eod. 39. Bald. 2. quæſt. 6. cap. ſi epiſcopi. Angel. in d. l. quiſquis, l. 1. C. de falſa moneta. 40. d cap. cum ſit Romana, cap pervenit, extr. de appell. 41. l. 1. & leg. ſi cujus D. de appell. recip l. à ſententia D. de appellat. d. l. ab executione, l. tutor D. eod. cap. cum ſuper, extr. de ſenten. & re judic. 42. l. 1. D. de appellat. recip. l 2. D. quan. appell. ſit 43. l properandum §. ſin autem reus C. de judic. 44. l. invitus, & ibi Bart. C. de procurat. 45. l ult. D. an per alium cauſſ. appellat. 46. l contumacia D. de re judic. d. l. quiſquis. 47. l. 2. C. quor appell. non recip. 48. l. ult. §. ult. C. de tempor appellat. Gloſſa in l. tale pactum ff. de pact. 49. l. 1. & ſeqq. D. a quib. appell. non lic. l. 1 D. de offic. præf. prat. & ibi gloſſa 50. leg. nam magiſtratus ff. de arbitr. l. ille a quo D. ad ſenatuſc. Trebell. 51. d l. 1 §. fin. D. à quib appell. 52. l. diem proferri §. ſtare D. de arbitr. l. ſi ſocietatem D. pro ſocio l. 1. C. de recept. arbitr 53. l. fin. C. de judic. l. 1. C. de ſentent, ex brevis. recit l. arbiter D. qui ſatiſd. cogun. 54. authent. hodie C. de appellat. & conſult. Gloſſa in l. 1. ff quan. appell. ſit 55. l. §. fin. D eod. 56. Bartol. in l. divus ff. de feriis, Iaſon in l. more tit eod. Dd. in cap. præterea, de dilat. 57. Bald. in d. authent. hodie 58. Lanfranc. in pract. tit. de interlocut. & appellat. 59. l. judicibus C de appellat. d. cap. ut ſuper 60. l. præſes, ubi Gloſſa C. de appellat. d. cap Impend. tit. 61. cap. perſonas de appellat. d cap cum ſit, d. cap. conſuluit, d. l. præſes, 62. Rota deciſ. 446. in novis. 63. Gloſſa in l. 2. C. de tempor appellat. 64. Alexand. & Iaſon in leg. 4. & leg. debitoribus D. de re judic. 65. leg fin. & gloſſa ibid C. de tempor. appellat. 66. leg. nemo poteſt D. de reg. jur gloſſ. in cap ſi quis libellos, de appellat. 67. authent. ei qui appellat. C. de tempor appellat. dict. cap. cum ſit Romana, Dd. in leg. ampliorem Cod. de appellat. 68. dict. authentic. ei qui, Clement. ſicut. de appellat. 69. cap. ex ratione, de appellation. Clement. quamdiu. ubi gloſſ. dict. tit. 70. In camera Imperiali, in Curia Jriſia.

TIT. IV.

De Apoſtolis.

POST appellationem interpoſitam petuntur Apoſtoli, Græco vocabulo ita dicti à mittendo, quaſi litteræ dimiſſoriæ: quas judex inferior à quo appellatum eſt, dat ad ſuperio-

uperiorem ad quem appellationis cauſſa devolvitur. 1. Eo-
um plures & diverſæ ſunt ſpecies. Alii enim ſunt Dimiſſo-
i, per quos Iudex appellationem recipit, & appellantem
ſua juriſdictione ad eum ad quem, provocatum eſt, dimit-
t 2. Alii Refutatorii, in quibus judex declarat ſe non ad-
nittere appellationem ob certas & expreſſas cauſſas, ut po-
a quod appellatio ſit fruſtratoria, & frivola, vel legibus re-
ugnans 3. Alii Honorarii, per quos appellationi ob ho-
norem & obſervantiam ſuperioris refertur 4: & his ferè
udices hodie utuntur. Alii dicuntur Teſtimoniales, qui
el à notario, vel ab ipſo adverſario dantur, ut quando in
bſentia judicis appellatur coram notario, aliiſque honeſtis
erſonis, à quibus atteſtationes loco Apoſtolorum petun-
ur, danturque 5: aut quando ab ipſo adverſario extra ju-
licium appellatur, & ab ipſo tanquam judice Apoſtoli pe-
untur, quo juris ordo ſervetur 6. Alii denique Conven-
ionales, quos itidem dat adverſarius vel notarius, quan-
lo ſcilicet ipſe adverſarius defert appellationi, ſive in judi-
cio, ſive extra judicium, judice recuſante, vel permittente
acitè, aut expreſſè 7. Petendi autem erunt Apoſtoli in-
ſtanter & ſæpius, uno tamen contextu, ut vulgo ſolet, Pe-
to Apoſtolos inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè, vel ſæpe,
ſæpius, ſepiſſimè; idque intra triginta dies 8, qui nume-
rantur a primo latæ ſententiæ die 9, ſi appellans eum ſci-
verit, ſi verò ignoraverit, tum dies non cedit & labitur an-
tequam de lata ſententia certior factus fuit 10. Quanquam
etiam Iudex alium & breviorem diem recipiendi Apoſtolos
poſſit conſtituere, ad quem comparere, petere, & ſe paratum
ad recipiendum exhibere debet 11: quoniam in arbitrio ju-
dicis eſt utrumq; tempus præfigere, & ad recipiendum Apo-
ſtolos, & ad deferendam appellationem cum Apoſtolis coram
judice, ad quem provocatum eſt. 12. Sed ſi judex ad conſtitu-
tum diem requiſitus apoſtolos non dederit, alium autem diem
iterum indixerit, aut reſponderit ſe daturum, nullo certo die
præfixo; non tenetur appellans redire & Apoſtolos ultra binas

 vices

vices petere, ſed poteſt appellationem ſuam proſequi ac ſi expreſſè fuiſſent Apoſtoli denegati. Non enim appellantis diligentiâ & patientiâ Iudex abuti debuit 13. Item ſi judex requiſitus Apoſtolus deneget, aut taceat, & non reſpondeat, vel propter abſentiam dare non poſſit, hoc appellanti nocere non debet, ſed poterit de facta petitione ſua proteſtari coram notario & teſtibus, & proteſtationem in acta redactam cum appellatione deferre 14. Immo ſi Apoſtoli petiti fuiſſent, nec tamen dati, & Iudex nihilominus poſt appellationem in cauſſa procederet, nullus redderetur proceſſus: niſi appellationi renunciatum eſſet 15. Quod ſi verò ipſe appellans non petat Apoſtolos intra triginta dies, vel tempus à judice definitum, videtur appellationi renuntiaſſe, cenſeturque appellatio deſerta 16: quia Apoſtoli ſunt pars appellationis, & ad ejus formam pertinent ut omitti non poſſint ex præſcripto juris civilis & Canonici 17. Licet in pleriſque ſupremis tribunalibus non obſervatur nec requiritur Apoſtolorum petitio, ſed appellatio etiam ſine Apoſtolis recipitur & valet 18. Dantur autem Apoſtoli in ſcriptis, & aperti, expenſis appellantis 19.

1. l. unic. C. de libell. dimiſſor. l. judicibus C. de appellat. l. dimiſſoriæ ff de verbor. ſignific. 2. d. l. unic. & l. dimiſſoriæ cap. ab eo, de appellat. 3. l fin. §. in refutatoriis C. de appellat. cap. cum appellatio tit. eod. Rota deciſ. 723. in novis. 4. l. eos §. ſuper his C. de appellat. cap. cordi, eod. tit. , cap. ult. de appellat. cap. paſtoralis, de offic. ordin. 6. d. cap. cordi, & cap. oblata, de appellat. 7. Rota deciſ. 539. 8. l. præſides C. de appellat. d. l. 1. ff de libell. dimiſſor. Gloſſa d. cap. ab eo. 9. gloſſa in d. l. & in d. c. ab eo, Cardinal. in Clement. quamvis extr. de appellat. 10. Rota deciſ. 39. Maranta tit. de appellat. 11. d. Clement. quamvis, & ibi gloſſa, & Cardinal. 12 d. l. præſides, cap. perſonas, & cap. oblata, eod. tit. Rota deciſ. 131. in antiq. 13. d. Clement. quamvis, & ibi gloſſa Rota deciſ. 406. 14. leg. 1 ff. quand. appellat. Gloſſ. in d. l. unic. & d. Clement. quamvis 15. cap. ſuper & ibi Ioann. Andr. de appellat. 16. d. Clement. quamvis, & d. cap. ab eo. 17. d. cap. cordi, & d. cap. ab eo, Bartol. in l. eos C. de appellation. 18. In regno Siciliæ, Maranta tit. de appell. & in camera imperiali Mynſing. cent. 3. Obſer. 22. & Obſer. 36. 19. gloſſ. & Cardin. in d. Clement. quamvis, Specul. tit. de libell. Bald. in d. dimiſſor. leg. eos.

TITV-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

TIT. V.

De Inhibitione.

APPELLATIONIS cauſsâ jam devolutâ & receptâ ſolet Iudex ſuperior ad quem provocatum eſt, appellanti, ſi petat, concedere inhibitionem, per quam inferior Iudex ulterius procedere, & aliquid attentare pendente appellatione prohibetur 1. Cùm enim appellatio eximat appellantem à juriſdictione judicis, à quo provocatio facta eſt, & ad ſuperiorem deducat: merito conceditur Inhibitio, ſive judex inferior admiſerit appellationem, ſive non 2. Excipiuntur tamen certi quidam caſus in quibus inhibitio non habet locum, veluti quando ab interlocutoria ſimplici appellatum eſt 3, Si principaliter in appellationem deducta & oppoſita ſit Nullitas ſententiæ, & ea altiorem requirat indaginem: ſecus ſi notoria eſſet Nullitas, ut probatione non egeret, aut poſſet incontinenti probari 4, Si tertius pro eo quod ſua intereſt appellaverit, contra quem innovantem non datur Inhibitio 5; niſi tertius iſte innovans à parte contradicente, vel etiam à judice cauſſam habuiſſet 6, Si interdicto retinendæ poſſeſſionis agatur 7, Si juriſdictio judicis appellationis redditur dubia; cujus cognitione pendente, non debet fieri Inhibitio 8, Si inhibitio cauſſæ principali præjudicat 9, Si appellatus non fuit citatus, nec appellatio recepta 10. Conceditur enim Inhibitio ad petitionem & inſtantiam appellantis parte adversâ citatâ 11, & præcedente ſummariâcognitione, præſertim ſi appellatum ſit extra judicium, vel ab interlocutoria, an ſcilicet appellatio ſit recipienda necne, an ſit juſta, non frivola, non prohibita 12. Nam Iudex appellationis priuſquam legittimam & ad ſe devolutam eſſe cognoverit non facile attentata & innovata revocat: neque inhibitio contra jus facta, irrita & nulla reddit ea quæ poſtea geruntur 13: ſed poſt legittimam Inhibitionem innovata per eundem appellationis judicem ante omnia in ſtatum priſtinum revocantur 14.

1. cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

1. cap. non ſolum, de appellat. cap. Romana, eod tit. 2. l. ſciendum ff de appe lat. recipien. 3. Panorm. cap. dilecti, de appellat. Innocent. in cap. dilectus, de r ſcript. 4. Bartol. in l. 4. §. condemnatum D. de re judic. Vitalis in tract, cla ſul. Nil novan. pend. appellat, 5. d. cap. Romana, gloſſa in l. creditor. D. ma dat. Rota deciſ. 509. Panormit. cap. in literis, de reſtitut. ſpoliat. 6. Afflict. d ciſ. 354. 7. cap. 1. ut lite penden. & ibi gloſ. Panorm. d. cap. dilectus, Rota d ciſ 44, tit. de appellat. 8. Innocent. d cap. dilectus, & cap paſtoralis, de off deleg. 9. l. 1. §. ſed ſi inter D. uti poſſidetis cap. 2. & ibidem Gloſſ. de in integ reſtitut. 10. Specul tit. de appellat. Aretinus 20. conſil. 11. Alexand in l. T tia ff. Solut. matrim. & l. 4. § condemnatum D. de re judic. & conſil. 9. volum 4. Iaſon in l. ſi opus ff de oper. novi nuntiat. & in l. nequicquicquam ff. de offi proconſ. 12, Aretin. dict. conſil. 20. & conſil. 345. Specul. & Maranta tit. de ap pellat. 13. Abbas in cap cum veniſſens, de reſtitu. in integr. cap. non ſolum, d appellat. lib. VI.

TITVLVS VI.

De in integrum Reſtitutione Adverſus Sententiam.

Est item appellationis adfine remedium extraordinarium reſtitutio in integrum, quod & latius patet, & facilius expeditur. Nam cauſſa reſtitutionis coram eodem judice agitari poteſt; nec eſt neceſſe, ut in appellatione novam ſubire inſtantiam, nec alium judicem majorem accedere. ad hoc: Appellatio iniquitatis ſententiæ querelam: in integrum verò reſtitutio erroris proprii, veniæ petitionem, vel adverſarii circumventionis allegationem continet 1. Competit autem Reſtitutio minoribus viginti quinq; annis per ſententiam læſis, modò ſententia tempore minoris ætatis dicta ſit: quia ſi majore eo facto lata eſſet, non daretur reſtitutio 2: niſi protractum ſit tempus dolo adverſarii 3. Quod ſi ſententia in cauſſa minoris contra tutores ipſius, ſive abſentes ſive præſentes dicta ſit, conceditur reſtitutio 4: ſi in minorem legittimè defenſum, valet quidem ſententia, ſed minor, quatenus læſus eſt, reſtitui in integrum poteſt 5. Quin etiam aliis quibuſdam perſonis competit beneficium reſtitutionis, veluti militibus in expeditione occupatis 6, magiſtratibus & ſtudioſis abſentibus, reip. vel ſtudiorum cauſſa 7, civitatibus, pagis, villis

villis habentibus ſyndicos & adminiſtratores 8, Eccleſiæ, maximè quando fuit læſa per negligentiam procuratoris 9, collegiis, Xenodochiis, & ſimilibus iniquitate ſententiæ affectis 10. Ceterum dare reſtitutionem poteſt judex ordinarius, qui juriſdictionem cum adminiſtratione habet, adverſus ſententiam a ſe vel ab alio inferiore dictam 11. Iudex item delegatus a principe, vel ab ordinario habente adminiſtrationem, ſi ad cauſſam reſtitutionis vel ad cauſſam univerſam principaliter datus eſt, habet poteſtatem reſtituendi 12: ſed ſi cauſſa principalis illi ſit delegata, reſtitutio autem incidenter petatur, ſuper ſententiâ interlocutoriâ aut caſu aliquo emergente, de ea quoque poterit cognoſcere 13: non tamen ſi reſtitutio principaliter petatur contra ſententiam latam; quoniam tunc nullam reſtitutionis poteſtatem habet 14: ſicut nec Arbiter & Arbitrator, qui non habet juriſdictionem cum adminiſtratione conjunctam, nec cognoſcere de reſtitutione, nec eam dare poteſt 15. Petitur ergo reſtitutio adverſus ſententiam definitivam coram ordinariis judicibus adminiſtrationem habentibus, vel delegatis ab eis; per ipſum actorem aut ipſius procuratorem ad hoc ſpeciali mandato conſtitutum, vocato & præſente eo contra quem petitur 16: tum libellus, qui læſionem contineat exhibetur, fitque litis conteſtatio 17; adducuntur probationes, quibus captio ſive læſio plenè docetur. nam petens reſtitutionem quocunque jure, cauſſam, qua nititur reſtitutio, plene probare debet 18: verbi gratia, quod minoris advocatus prævaricatus ſit 19, quod ipſe minor allegationem, ſive exceptionem, ſive probationem in cauſſa omiſit, 20, aut temerè in judicio confeſſus eſt ſine tutoris vel curatoris autoritate 21, aut intra legittimum tempus non appellaverit 22, aut abſens etiam per ſuum procuratorem defenſus non appellavit 23: quia ſi defenſus non ſit, in totam cauſſam reſtituitur; ſi per procuratorem defenſus ſit, reſtitutio tantum ita conceditur ut ei liceat appellare 24. Denique proponi ac finiri reſtitutionis in integrum cauſſa debet, ſive jure minorum ſive jure majorum petatur

intra quadriennium continuum à tempore ſententiæ & ſcientiæ ejuſdem 25; quod tempus ne litis quidem conteſtatione continuatur 26: niſi vel per judicem ſteterit quo minus cauſſa intra quadriennium fuerit definita 27, aut actor reip. cauſa abſuerit ab aliis legittimis cauſſis fuerit occupatus 28. Poſtulatâ autem & pendente in integrum reſtitutione omnia in ſuo ſtatu manent, neque quidquam interea vel innovare, vel propoſitâ executione attentare licet 29: niſi ſit præſumptio, animo impediendi effectus ſententiæ, reſtitutionem peti. Nam ex tali præſumptione Sententia executioni mandatur adverſus petitam ac datam in integrum reſtitutionem: receptâ tamen a victore idonea cautione, ſe omnia quæ commodo ſententiæ medio tempore perceperit, reſtituturum, ſi adverſarius in cauſſa obtinuerit. Sed in una eademque cauſſa bis in integrum reſtitutionis beneficium peti non poteſt, niſi novæ defenſiones aliquæ prætendantur 31.

1. l. præfecti etiam ff. de minor. 2. l. 1. ubi Dd. C. ſi adverſ. rem judic. 3. l. denique §. 1. D. de minor. 4. l. in re pupilli d. tit. & ibi gloſſa. 5. l. cùm & minores d. tit. & ibi Dd. 6. l. fin. C. de reſtit. milit, Dd. ibid. 7. leg. nec non, ubi gloſſa ff. ex quib. cauſſ. major. 8. l. reſpublica C. eod. l. rempublicam C. de jure reip. 9. cap, cùm veniſſent, & ibi Abb. cap. 1. de reſtitut. in integr. lib. VI. 10. Innocent. in cap. niſi de præbendis, Abb. d. cap. 1. 11. l. ult. C. ubi & apud quem in integr. reſtit. agat. l. in cauſſæ, l. præfecti, l. minor autem D. de minor. 12. l. cùm ſcimus, C. Vbi & apud quem. 13. d. l. cùm ſcimus 14. argum. l. adverſus C. ſi adverſ. rem judic. Bart. in d. leg. cùm ſcimus 15. Bartold. & Bald. ibidem 16. Bald. in l. ſi omnes C. ut ſe ab hæredit. abſtin. 17. Panormit. cap. tum ex literis, de in integr. reſtitut 18. cap. 1. cap ex literis, de in integr. reſtit. Panorm. d. cap. tum ex literis 19. l. minor autem magiſtratus D. de minor, leg. 1. C de advocat. diverſ. judic. 20. l. minor 25. ann. ff. de minor. ubi gloſſ. l. exceptionem C. de probat. 21. l. certum confeſſus ff. de confeſſis. 22. l etſi ſine dolo ff. de minor. 23, l. inter minores ff. de integr. reſtit. 24. d. l inter minores, & ibi gloſſa 25. l. fin. C. de tempor. in integr. reſtitut cap. 1. eod. tit 26. l. Papinianus D. de minor. Gloſſ. in cap. 2. de offic. judic. 27. d. cap. tum ex literis, ubi panorm. l. petenda C. de tempor. in integr. reſtitut. 28. l. ult. C. eod. 29. l. unica C. de in integr. reſtitut. poſtul. ne quid novi fiat. 30, cap. ſuſcitata, de in integr. reſtitut. Panormit, ibidem. 31. l. ult. C. ſi ſæpius in integr. reſtitut. poſtulet.

TITV-

TITVLVS VII.

De Supplicatione Adverſus Sententiam.

ADVERSUS iniquitatem Sententiæ tertium auxilium eſt Supplicatio, quæ à condemnato offertur principi, vel Iudici, a quo aliâs appellare non licet, ut cauſſam recognoſcat & ſententiam emendet 1. Differt autem ab appellatione, & in integrum reſtitutione, multis & variis modis. Nam reſtitutio non datur niſi cum cauſſæ cognitione, ſervato judicii ordine 2: Supplicatio ex mera gratia & benignitate ſuperioris conceditur, & eſt auxilium extraordinarium, ſicut & Reſtitutio 3. Appellatio verò eſt ſubſidium ordinarium, & ob æquitatem cauſſæ competit 4. Vnde Supplicare ei duntaxat licet, cui illud ſubſidium appellationis ordinarium non competit, veluti cum quis a principe, Senatu, præfecto prætorio appellare non poteſt, adverſus eorum ſententiam ſupplicare ſaltem permittitur 5: & cùm a vicario, vel officiali principali ad Epiſcopum appellari non poſsit, tamen licet ſupplicare ad epiſcopum a ſententia vicarii 6. Quando enim illo ordinario auxilio frui non licet, tum ad hoc extraordinarium confugiendum eſt 7: præterquam in caſibus, in quibus jus ipſum appellationem non admittit. in his namque nec Supplicatio permiſſa eſt 8: quoniam contraria juri poſtulari non debent 9; niſi forte beneficio minoris ætatis, aut matrimonii favore, vel cauſâ diſpenſationis hoc fiat 10. Hinc verus contumax, & is qui appellationi renuntiavit, ſicut jure prohibentur appellare, ſic nec ſupplicare poſſunt 11. Præterea appellatio fit a minore judice ad majorem 12, Supplicatio ad eundem fit judicem, a quo non licitum eſt appellare, vel propter excellentem ipſius dignitatem, vel privilegium latæ ſententiæ, vel factam prohibitionem 13, vel cauſſæ qualitatem, ut puta quod ſit infra legitimam appellandi quantitatem 14. Item appellare lite pen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

dente licet a quocunque gravamine ante definitivam ſententiam: Supplicare adverſus gravamen, vel interlocutoriam minime licet: ſed tantum adverſus definitivam 15. Et cum permiſſum ſit victo bis appellare 16, ſupplicandi licentia non niſi ſemel in cauſſa conceditur 17. Denique in appellatione proponitur iniquitas ſententiæ latæ ex errore juris: in ſupplicatione petitur venia, & facti error, vel negligentia, vel imprudentia ipſius ſupplicantis, aut advocatorum, vel adverſarii dolus & calliditas quomodocunque prætenditur 18. Cùm enim ſupplicetur apud eundem judicem à quo Sententia dicta eſt, & ut plurimum apud principes & honoratos viros, in quos non cadit mala præſumptio, minime decet illos iniquitatis & injuſtitiæ inſimulari, ſed potius convenit culpam derivare & transferre in proprium errorem, vel dolum adverſarii, quo Iudex inductus minus potuit verum videre, & ob eam rem ſaltem per ſupplicationem ſententiam reformare debet, ne cuiquam ſuus dolus proſit, & alteri noceat 19. Offerri autem poteſt Supplicatio, ut etiam appellatio, vel incontinenti, vel ex intervallo in ſcriptis ſeu libello ſupplici 20, idque intra decem dies poſt latam ſententiam, cùm apud judicem ſupplicatur 21, vel intra duos annos, ſi principi Supplicatio edatur 22. Sed ubi intra decem dies Supplicatio oblata eſt, non aliter executioni ſententia mandatur, niſi victor idoneam fidejuſſionem præſtiterit reſtiturum ſe non legittimis augmentis quod obtinuit, ſi contingat ſententiam per ſupplicationem reſcindi, & ipſum ſuccumbere. Si verò poſtea intra duos annos offeratur ſupplicatio, tum indiſtinctè fit executio ſententiæ ſine ulla fidejuſſione 23. Nam Supplicatio non impedit aut ſuſpendit ſententiam ejúſve executionem, niſi quando victor non præſtat fidejuſſionem; quâ præſtitâ executio procedit 24. Finiri denique Supplicationis inſtantia debet, ſi coram præfecto prætorio vel judice agitetur intra biennium, ſi coram principe, certum tempus non conſtituitur: propterea quod earum cauſſarum quæ in principis auditorio cognoſcuntur, nulla

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

nulla cenſeantur eſſe fatalia 25. Nec ſolum ei ad quem ſupplicatur, ſed & ipſius conſiliario, vel ſcribæ, porrigi Supplicatio poteſt 26.

1. leg. 1. D. a quib appell. non lic. l. unic. C. de ſentent. præf. prat. authent. quæ ſupplicatio C. de precib. imper. offer. 2. cap, v ex literis, & ibi Panorm. de in integr. reſtitut. Bart. l. omnes ff eod. tit. 3. Abbas in d cap. ex literis. 4. cap. bonæ memoriæ, de appellat. gloſſa in l reſtituere ff. de rei vendic. 5. d. leg. 1. ff. à quib. appell. non lic 6. cap. 2. de conſuetud. lib. VI. cap. Romana de appellat. eod. lib. & ibi Ioann. Andr. 7. Abbas d. cap ex literis, Specul tit. de offic. omn. judic. 8. Dd. in l. 1. C. Ne liceat in una cauſſa ter provoc. Innocent. & alii in d cap. ex literis. 9. l. nec damnoſæ leg. reſcripta C. de proc. imperat. offeren. 10. Iaſon & Salicet in d. authent. quæ ſupplicatio, Angel. in d. l. unica C. de ſentent. præf. prætor. 11. l. ex conſenſu §. fin. D de appellat. & ibi Imola, Caſtrenſ. in l. ſi quis C. de precib. imper. offeren. 12. l. 1. D. de appellat. 13. Iaſon in d. authent. & d. l. 1, ff à quib. appell non lic. Specul. tit de ſupplicat. 14. Caſtrenſ d. l. ſi quis 15. cap. ut debitus, de appellat. l. 2. C. Vt lite penden. Specul. d. tit. 16. l 1. C. Ne liceat ter provoc. 17. d. l. ſi quis, & ibi Bald. 18. l profecti D. de minor. Azo in ſumma C. de ſentent. præf. prat. 19. cap. cum olim, de ſentent. & re Iudic. Caſtrenſ. in d l. ſi quis 20. Iaſon, Salicet & gloſſa d. authent. quæ ſupplicatio, Specul. d. tit. 21. d. authent. & gloſſa in d cap ex literis 22. d. l. unic. C. de ſentent. præf. prætor 23. d. authent. gloſſa & Abb. d. cap. ex literis 24. Bald in d l. 1. C. Vt lite penden. gloſſa & Iaſon in d authent. 25. authent. ſed & lis §. ex inſinuatione C. de tempor. appellat. 26. d. authen. quæ ſupplicatio & ibi Bald & Iaſon.

TITVLVS VIII.

De Declaratione & Reformatione Sententiæ.

SVNT & alii duo modi impugnandæ Sententiæ prioribus quidem adfines, ſed minus in uſu, & non niſi in pleriſque tribunalibus recepti, Declaratio ſive Interpretatio, & Reformatio. Vtraque petenda intra decem dies coram eodem judice, a quo ſententia dicta eſt, & legitimo tempore proſequenda, ſicut in appellatione fieri ſolet. Sed per declarationem emendatur & tollitur Sententiæ iniquitas, quæ vel litigantium, vel advocatorum, vel etiam judicis errore forte, negligentiâ, aut imperitiâ commiſſa eſt. Quam declarandi poteſtatem leges judicibus tribuunt publicæ utilitatis cauſsâ, 1, Vt ſcilicet is qui ſententiæ

iniquitate læſus eſt, hac compendiariâ viâ & parvis impenſ reſtituatur, quod aliâs magnis difficultatibus & ſumptibus au xilio appellationis fieri oporteret. Per Reformationem au tem ſeparatur & diſtinguitur ſimplex & generalis Sententi Nam reformatio tum demum locum habet, quando Senten tia ſimpliciter & indiſtinctè abſolutionem vel condemnatio nem continet: cum tamen in libello res diverſæ & ſeparatio nem admittentes petitæ atque propoſitæ ſunt, quæ dividi & ſeparatim in ſententia exprimi debent: & tunc tot cenſentu eſſe Sententiæ, quot ſunt capitula, & diverſæ res 2, Imm Sententia in uno capitulo poteſt eſſe valida, in alio nulla 3.

1. l. 4. D. de appellat. Lanfranc. in pract. tit. de interloc. & appellat. 2. l. qui tamen D. de arbitr. gloſſ etiamſi parte ff. de minorib. Alexan. l. quod juſſit ff. de judic. 3. l. quadam mulier ff. famil erciſc. & ibi gloſſa; Bartol. & Bald.

TITVLVS IX.

De Expenſis litium cauſa factis.

EXPENSÆ in judicio litium cauſsâ factæ ſunt varii & diverſi generis. Debentur enim ratione temerariæ citationis, cùm quis temerè adverſarium ſuum in judicium vocavit 1, vel ratione pœnæ temerè litigantium 2, vel ratione deſiſtentiæ litis, quando quis inchoatæ liti renuntiaverit 3, vel propter contumaciam, quod non venit, aut non reſpondit 4: quod genus expenſarum in qualibet parte judicii non expectatâ ſententiâ diffinitivâ præſtari debet, antequam contumax porro in cauſſa audiatur 5, vel propter retardatum proceſſum 6, ſive retardatio facta eſt occaſione exceptionis peremptoriæ, quam opponens non potuit probare 7, ſive occaſione exceptionis dilatoriæ non probatæ, & malitioſè propoſitæ 8. ſecus ſi de malitia excipientis non conſtet, & maximè ſi juratum eſt de calumnia 9, vel propter temporariam appellationem quomodocunque ſuccumbentis 10: in quo nonnulli diſtinguunt inter ſuccumbentem ex novis probationibus primæ inſtantiæ, & illum ab expenſis abſolvendum; hunc condemnan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

emnandum putant 11: quę diſtinctio cùm non ſit à lege pari momenti cenſetur; quoniam, ut vulgò dicitur, ubi lex non iſtinguit nec nos diſtinguere debemus. Vel denique Expenſe debentur ratione victoriæ in cauſſa 12. Victus enim victoi in expenſas condemnatur 13, niſi probabilem litigandi auſſam habeat, per quam ab expenſis excuſatur 14. Quæ autem ſit ea cauſſa judicis arbitrio relinquitur, ſed communiter probabilis eſſe cenſetur, ſi quis aliquatenus & ſemiplene ntentionem ſuam probet 15, ſi communem juriſperitorum pinionem pro ſe habeat, vel ſaltem reſponſa ſive conſilia uorundam clariſsimorum doctorum 16, Si varię ſint juriſpeitorum opiniones de ea quæſtione juris, in qua victus ſuccumbit 17. Si victus habeat probabilem ignorantiam, vel errorem ex eo quod alteri ſucceſſit, veluti ſi debitum petat ex nſtrumento invento in arca paterna, cui ſatisfactum eſſe ipſe probabiliter ignoravit, ſed adverſarius poſtea probavit 18, ſi actor ſtudio defendendi & conſervandi honoris ſui, quem adverſarius temerè læſiſſe videtur, litem inſtituit 19, Si actor agat ex aliqua ſcriptura, cujus præſumptione excuſatur à temeritate 20; Si non plus petitum ſit, quàm debebatur ratione præſertim partis 21. Non tamen juſta litigandi cauſſa liberat ab expenſis promiſſis in inſtrumento. 22. unde in inſtrumento utiliter apponitur pactum de reficiendis expenſis: quo appoſito ſi judex abſolvit ab expenſis, intelligitur ſenſiſſe de judicialibus, non de conventionalibus, quæ nihilominus peti poſſunt 23. Vt autem variis ex cauſſis debentur expenſæ, ſic quoque diverſis actionibus petuntur: jure & in factum actione, ideoque etiam finito negotio peti poſſunt: quæ vero debentur ratione victoriæ totius cauſſæ, officio judicis petuntur & decernuntur, neque poſt latam ſententiam peti poſſunt 24. Iudex enim debet in ſententia definitiva pronuntiare de expenſis litis, victum in eas condemnando, vel eas compenſando, & niſi pronuntiet, non poteſt amplius de illis cognoſcere, neque judicare; etſi nonnulli putant expenſas non petitas poſſe adhuc decerni à judice ipſo latæ ſententiæ die, ſi juſta &

evidens

evidens cauſſa id exigat 25: Quod uſus fori non recepit. Imo
ſi Iudex expenſas a parte in libello petitas & debitas omittat
eas victori de ſuo refundere tenetur, ut qui litem ſuam feci
26. Sed ſi à parte non fuerint petitæ, Iudex non tenetur de
illis pronuntiare: poterit tamen ex officio ſuo ſi voluerit de
expenſis poſt litem conteſtatam factis judicare: de iis verò
quæ ante litem conteſtatam factæ ſunt, officium ſuum minimè impartit, cùm ea, quæ fiunt ante litis conteſtationem,
non pertineant ad officium judicis, ſed jure actionis & libello
oblato peti debeant 27: præterquam ſi debeantur expenſæ ratione contumaciæ, in quas contumax non comparens in judicio ante libelli oblationem condemnatur 28. Porro expenſæ, quæ a judice æſtimandæ, & victori refundendæ ſunt, debent
eſſe moderatę, neceſſarię, ſolitę, & quę factę fuerunt in litis inſtructione & proſecutione, in honorariis advocatorum & procuratorum, in teſtium vel inſtrumentorum productione, &
ſimilibus 29: in quarum æſtimatione non eodem modo in
omnibus tribunalibus proceditur: in nonnullis ita obſervatur:
Victor in judicio expenſarum deſignationem, ſive, ut vulgo
vocant, declarationem exhibet; victus citatur ut illam accipiat,
& diminuat, ſi velit: tunc declaratio cum diminutionibus. traditur judici, qui deinde expenſas ſecundum forenſem uſum &
negotii qualitatem ex ęquo & bono taxat & moderatur, & poſtremò pronuntiat. In aliis longe diverſa ratio eſt, in quibus nullæ omnino Diminutiones fiunt, ſed victor tradit declarationem expenſarum: citatur victus, mox judex taxat expenſas, & poſtea ſuper ſic taxatis victori per interlocutoriam
juramentum defert, quo expenſæ probentur: illoque recepto,
de expenſarum taxatione profert ſententiam 30. Quanquam
interdum remittitur juramentum & creditur traditæ declarationi, quando ſcilicet expenſæ modicæ ſunt, utpote intra viginti florenos, & victor homo fide dignus 31 nonnunquam
præter juramentum quoque exiguntur probationes, ubi expenſæ ſunt graves, & modum excedunt 32. Taxatio autem expenſarum fieri etiam poteſt; ſi pars petat a Iudice, a quo appellatum

ellatum eſt pendente appellatione: quia taxatio cenſetur ars ſententiæ, & ejuſdem declaratio potius quam innovatio 3: & pronuntiari debet in auditorio, ſeu loco ubi jus reddi olet 34, parte ad hoc citata; ut ſi læſum ſe ſentiat, poſſit appellare 35. Quod quidem ſemper licet, quando taxatio modum excedit, aliâs minimè 36; & certa cauſſa exceſſus & graaminis in appellatione nominatim exprimenda eſt; alioquin non reciperetur appellatio 37: cùm non facile ſoleat Iudex ad quem provocatum eſt reſcindere primi judicis taxationem. Suſpendit tamen taxatio executionem, quando fit poſt definitivam 38.

1. l. eum quem temere ff. de judic. l. properandum eod. tit. cap. litibus, cap. fin. de dolo & contum. 2. §. 1. Inſtitut. de pœn. tem. litig. 3. Bald. in leg. poſtquam liti C. de pact. & in authent. contra qui propriam C. de non numer. pecun. 4. cap. 1. de dolo & contum. cap. conſtitutis, de procurat. 5. cap. quoniam ſciatis. extr. ut lite non conteſt. l. ſancimus C. de judic. 6. l. non ignorat C. de fruct. & lit. expenſ. 7. cap. exceptionem, de except. 8. d. cap. exceptionem, & cap. 1. eod tit. 9. d. cap. fin. & ibi Panorm. 10. gloſſ. in cap. inprimis ii quæſt. 1, & in c. qui ſcit ii quæſt. 6. per tex. in l. negotiorum ff. de appellat. & c. dilectus tit. eod. 11. Innocent. d. c finali Guido Papa deciſ. 157. Bart. & Dd. in d. l. properandum 12. d. l. properandum §. ſin autem alterutra. 13. l. litigator l. conſtitutio C. de fructib. & lit. expenſ. d. l. properandum 14. d. cap fin. Dd. in d. l. properandum 15. cap. mulieri de jurejur. Dd. in d. fin. 16. cap. 1. de poſtul. prælat. gloſſa in l. 1. C. de legib. Angel. in l. terminato C. de fruct. & lit. expenſ. 17. Ioann. Andr. in cap. ut debitus, l. de appell. Specul. tit. de expenſis. 18. Hoſtienſ. d. cap. fin. Lanfranc. in practica. 19. Bart. in l. quæ omnia ff. de procurat. 20. Bald. Conſil. 166 argum. l. de ætate §. ex cauſſa ff. de interrogat. action. 21. Bartol. in l. qui ſolidum ff. de legat. 2, & in l. quidam deſtinaverant ff. ſi cert. petat. 22. gloſſa in authent. de judic. § oportet, Alexand. conſil. 34. lib. 3, & conſil. 119. lib. 2. 23. Bald. in authent. generaliter C. de epiſc. & Cleric. Aretin. in §. hæc autem Inſtitut. & pœn. temer. litigan. 24. d. l. terminato l. 1. ff. ſi quis jus dicem non obtemper. & ibi Bart. 25. l. Paulus D. de re judic. gloſſa & Bartol in d. l. terminato, Abb. & Innocent. in cap. ſæpe, de appellat. 26. d. § ſin autem alterutra, & ibi Dd. gloſſ. in cap. ult. de reſcript. 27. l. ædiles §. item ſciendum ff. de ædil. edic. gloſſ. in d. cap fin. 28. cap. cùm debitus, & ibi Panorm. de dolo & contumac. 29. l. 2. C. de ſportulis. leg. inter quos §. fin. cum ſeqq. ff. de damn. infec. d. cap. fin ubi gloſſa. 30. d. l. ſancimus, authent. poſt juſiurandum C. de judic. & ibi Dd. cap. olim, ubi gloſſa, de injur. & dam. dat. 31. argum. l. ſcio D. de in integr. reſtitut. gloſſa ibid. Bald. in l. ſcimus C. de jure deliberan. 32. Dd. in d. l. ſancimus, Iaſon in d. l. ſcimus §. in comparatione. 33 Felin. cap. ſignificaverunt, de except. gloſſa in cap. ſi a judice de appellat. Rota deciſ. 3 & 16. in antiquis. 34. Placitum Curiæ Pariſienſ. anno 1539 in conventu Andium. 35. Bald. in d. l. terminato, Franc. in d. cap. ſæpe 36. Bartol. in l. ab executione D. de appell. 37. Iaſon d. l. properandum, Franc. d. cap. ſæpe 38. Bart. d. l. ab executione, Bald. d. l. terminato, Innocent. d. cap. ſæpe.

TIT. X.

De Executione.

EXECUTIO eſt rei judicatæ ad effectum perductio, qu
fit à Judice ordinario, penes quem eſt Juriſdictio ac im
perium, ſaltem mixtum, 1. Nam ſolus judex ordinariu
poteſt exſequi ſententiam, ſive ipſe eam dixerit, ſive delega
tus, ſive arbiter: quorum neuter habet executionem ſenten
tiæ ſuæ 2, niſi ſit delegatus Pontificis aut principis 3. Et Iu
dex appellationis ſententiam primam quam confirmavit, re
cte exſequitur, agiturque ex ſententia confirmante, non e
confirmata, tam in criminali quam civili cauſſa 4: licet prio
judex quoque poſſit exequi ſententiam confirmantem, ub
imploratur ipſius officium 5. Fieri autem debet Executio e
formâ, quam ſententia præſcribit, ſcilicet ſuper re petitâ & a
judicatâ, veluti ſi adjudicata eſt poſſeſſio, eadem quoque exſe
quenda erit, non loco ejus pignora capienda 6. Ac in actio
ne quidem reali, ſi intra legittimum tempus appellatum, no
ſit, ſtatim mandatur Sententia executioni, & res cum fructi
bus reſtituitur; Sed ſi poſſeſſor neget in præſenti ſe reſtituer
poſſe, & ſine fruſtratione & dolo videtur tempus reſtituend
cauſſa petere, indulgendum eſt ei; ut tamen de litis æſtima
tione caveat cum fidejuſſore, ſi intra tempus quod ei datum
eſt, non reſtituiſſet 7. In perſonali verò actione datur Sen-
tentia executione poſt elapſos menſes quatuor à die condem-
nationis, vel ſi interpoſita ſit appellatio, à die confirmationis
ſententiæ 8: ſic tamen ut liberum Judici hoc quadrimeſtre
tempus vel prorogare, vel artare, pro cauſſę qualitate & quan-
titate, vel perſonarum obſequio, aut contumaciâ 9: ut ſi ali-
menta alicui conſtituenda ſint, vel minori viginti quinque
annis ſubveniendum, Iudex ſententiam ſuam intra ſtatutum
tempus poterit exſequi. Rurſus ſi minor dies tempore legit-
timo ſtatutus ſit, poteſt illum prorogare, & replere ex lege
quod ſententiæ deeſt 10. Præterea fit Executio in victum &
condem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

condemnatum, non in alium tertium in judicio non nominatum 11: niſi ſit rei controverſæ poſſeſſor, ad quem poſſeſſio lite pendente vel finitâ pervenit 12; vel fidejuſſor de judicato ſolvendo, in cujus bonis ſtatim fieri poteſt executio ex ea ſententia, qua condemnatus eſt is, pro quo fidejuſſit, ſi idem non eſt ſolvendo: ſecus eſt in fidejuſſore, qui intervenit alterius contractus ſervandi cauſsâ; contra quem nova actione oportet experiri 13. In procuratorem fit executio ſi abſque mandato ſe liti obtulit, & eſt ſolvendo 14, vel aliquâ ſuâ culpa aut contumacia damnatus eſt 15. Sed ſi obtulit ſe liti, nec eſt ſolvendo 16; aut ſi cum mandato Domini judicium accepit, & ſine dolo aut contumacia ſua in eo verſatus eſt, ſententia in dominum mandatur executioni, etiamſi in procuratorem lata ſit: quod idem obtinet in tutore, curatore, ſyndico, & aliis omnibus qui alieno nomine agunt 17: præterquam quod fit executio expenſarum contra tutorem, & non contra pupillum, ſi tutor non habuit juſtam litigandi cauſſam, & propterea fuit condemnatus in expenſas 18; & contra procuratorem, ubi condemnatio expenſarum facta eſt ob delictum procuratoris, ut puta falſitatem, vel quia aliquid fecit ad quod non habuit mandatum 19. Deniq; fit Executio in bona condemnati ſervato hoc ordine, ut primo capiantur moventia & animalia, ita tamen ut ſemper initium fiat à minus pretioſis, & ab iis quæ commodius diſtrahi poſſunt; deinde ſi illa non ſufficiant, aut nulla ſint, res immobiles; tum perveniatur ad nomina, jura, & pignora 20: poſtremo his omnibus deficientibus ad debitoris apprehenſionem deveniatur; qui niſi bonis cedat, in carcerem ducitur 21. Non tamen Executio dirigi poteſt in inſtrumenta culturæ, artis, aut operæ condemnati, ſi quando alia bona habet quibus judicatum ſolvi poſsit. Itaque non capiuntur niſi in defectum aliorum bonorum ſervi, boves, aratra, aliáve inſtrumenta ruſticorum, nec equi, arma, & ſtipendia militum, nec libri ſtudioſorum, nec ſecures, ſerræ, incudes operariorum 22: itemque nec fructus, reditus, & commoditates bonorum feudalium, & beneficiorum eccle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

ſiaſticorum 23. Cæterum ſi res in qua executio facienda eſt in alterius juriſdictione ſita ſit, victor debet requirere a judice latæ ſententiæ literas requiſitorias, uti vocant, ad judicem ejus loci, ut ſententiam exſequatur in bona condemnati, quæ ipſius juriſdictioni ſubjecta ſunt. Alioquin executio per judicem alterius juriſdictionis facta abſque hujuſmodi literis requiſitoriis judicis latæ ſententiæ, nullius erit momenti 24: quoniam nemo in alieno judicio, niſi legittimè requiſitus, ſe ingerere poteſt aut debet, præſertim Iudex, qui officium ſuum niſi poſtulatum impartire nequit 25.

1. l executorem C. de execut. rei judic l. à divo Pio ff. eod. 2. Dd. in d. l. a divo Pio, Abb. in c. ſi quis contra, de for. compet. 3 l. 2. & 3. C. de uſur. rei judic. cap. quærenti, de offic. deleg. 4. l. ad dictos, l. eos, l. præcipimus §. in his C. de appell. l. fin. ubi Bartol. C. de judic. l. 2. C. de uſur. rei judic. gloſſa & Dd in c. Paſtoralis, extr. de offic. deleg. Philippus Franc. in cap. Romana, de appell. lib. VI, ubi dicit eſſe communem opinionem. 5. Bald. in l. tale pactum §. qui procuravit ff de pact. 6. cap. cum aliquibus, de ſentent. & re jud. 7. §. etſi in rem inſtit. de offic. judic. l qui reſtituere ff de rei vendicat. 8. leg. 2. & 3. C. de uſur. rei judic. d. l. à divo Pio, d. c. quærenti, & ibi gloſſa 9. l. qui pro tribunali ff. de re judic. cap. quod ad conſultationem, de re judic. 10. l. ſi quis ſe non obtulit §. condemnatus ff. de re judic. gloſſa in d. cap. quod ad conſultationem. 11. l. ult. C. de execut rei judic l. cùm quæritur leg. ſæpe D. de except. l. 2. C. quib. res judic., toto tit. C. Res inter alios acta 12. l. fin. juncta authent. nam ſi heres, C. de litigioſ. Bart. in l. ſi creditores C. de pignor. & Hypoth. Rota deciſ. 477. & 479 in novis. 13. authent. præſente C. de fidejuſſor. gloſſ. in l. fin. C. de uſur. rei judic. 14. l Plautius. D. de procurat. & l. ſi ſe non obtulit ff. de re judic. 15. l. non eſt ignotum ff. de adminiſtr. tutor. l. 1. § ſi procurator ff. ſi quis jus dicen. non ob obtemper. l. qui ſolidum §. reſpublica ff. de legat. 11. 16. authent. Vt omnes obediant judic. provinc. §. ſi vero alius, Alexand. in d. l. ſæpe ff. de rei judic. 17. l. 4. D. de re judic. leg. poſt mortem ff. quand ex fact tutor. 18. d. leg non eſt ignotum, Bart. in l. edita C. de eden. & in l. 4. ff. de re judic. 19. Dd in d. leg. Plautius D. de procurat. 20. d. l. à divo Pio, l. 1. C. de prætor. pignor. l. 1. & l. ult. C. de execut. rei judic. 21 l. 1 ff. qui bon. ced. poſſ. gloſſ. in l. 3. §. tutores D. de ſuſpec. tutor Dd. in d. l. à divo Pio. 22. leg. executores, & in authent agricultores C. quæ res pignor. oblig. l. ſtipendia C. de execut. rei judic & ibi Dd. gloſſa in l. nepos D. de Verbor. Signific. 23. leg commodis D. de re judic. & gloſſ. ibid. Curtius in tractat. feudal. parte 4. Gloſſ. in cap. 2. de fidejuſſor. Panorm. in cap. olim, de reſtitut. ſpoliat. 24. d. leg. à divo Pio §. ſententiam ff. de re judic. l. 1. ff. de offic. conſ. leg. properandum §. ſin autem reus C. de judic. cap. Romana, de foro compet. Dd in d. l. properandum §. ſententiam. 25. l. 4. §. hac autem ff. de damn. infect.

TITVLVS XI.

De Impedimentis Executionis.

IMPEDITUR Sententię executio multis & diverſis modis. Primo, ſi ſententia non ſit liquida, ſive tota, ſive in partem; quia Executio nequit fieri ſuper rebus dubiis & incertis, veluti debito illiquido, hæreditate indiviſa, aut alia re communi 1. Ideo in executione nova liquidatione & probatione opus eſt, in qua ſummariè proceditur abſque libello, & litis conteſtatione, propoſitis a victore articulis probatoriis 2. Secundo, ſi à ſententia fuit legittimè appellatum, & pendet appellatio 3. Tertio, ſi in integrum reſtitutio eſt poſtulata ſine præſumptione doli aut malitiæ 4. Quarto, ſi à ſententia fuit ſupplicatum, & victor non præſtitit debitam cautionem de reſtituendo, ſi contingat ipſum in cauſſa ſupplicationis ſuccumbere 5. Quinto, ſi executio fiat, ſuper re non petita, nec in ſententia compræhenſa, ſed ſuper alia re. tunc enim tertius jus ſuum in rem illam ſummariè oſtendens, executionem impedire poteſt 6. Sexto, ſi executor capiat rem litigioſam, & cōdemnatus habet alia bona, quæ ſine controverſia capi poſſnnt 7. Septimo, ſi tempus quadrimeſtre à lege conceſſum ad ſolvēdum, vel aliud à judice datum, nondum ſit elapſum 8. octavo, ſi executor non obſervet legittimū exſequendi modum & ordinem lege, vel ſtatuto receptum, ſed violenter agat: ob quod poteſt illi licitè reſiſti: quia juris executio injuriam continere non debet 9. Nono, ſi poſt ſententiam opponatur & probetur exceptio habens vim impediendi effectum ſententiæ, qualis eſt exceptio TRANSACTIONIS antequam ſententiæ in rem judicatā tranſierit factę 10, vel etiam poſtquam tranſierit factę, ſi judicatum eſſe negetur, vel id meritò ignorari poſſit 11, SOLUTIONIS poſtquam ſententia in rem judicatam tranſierit factę 12, COMPENSATIONIS quando debitum eſt liquidum, i. cūm per ſententiam eſt liquidatum 13, vel cum condemnatus id liquidum eſſe plene probat 14. Alioquin

Illiquidi cum liquido nulla eſt compenſatio PRETII NON SOLUTI, quæ exceptio in judicio omiſſa ad impediendam executionem competit venditori condemnato ad rem tradendam 15: ſicut contra emptori condemnato ad ſolvendum competit exceptio REI NON TRADITÆ. Nam ante ſolutum pretium & rem plene traditam, non poteſt fieri executio 16. S.C. MACEDONIANI & VELLEIANI, filiofamilias mutuam pecuniam accipientibus atque mulieribus pro alio quovis modo intercedentibus, competens 17. CEDENDARUM ACTIONUM, quæ competit uni ex pluribus fidejuſſoribus in ſolidum convento 18. CESSIONIS BONORUM, ſive ante ſententiam factæ, ſive poſt: quia hoc miſerabile beneficium ſemper impedit executionem 19; niſi in fraudem creditorum alienaſſet vel occultaſſet bona ſua, ut non poſſint reperiri 20, vel eſſet ſolvendo 21, vel ſponte ceſſiſſet non urgentibus creditoribus 22, FALSITATIS INSTRUMENTORUM vel teſtium, quorum prætextu ſententia lata eſt 23. NULLITATIS SENTENTIÆ, cùm nullitas ita manifeſta ſit ut probatione non egeat, vel ſi egeat, probari ſtatim poſſet. Alioquin ſi requirat altiorem indaginem, exſequitur judex prius rem judicatam, & poſtea de nullitatis exceptione cognoſcit 24. Nam Executor ſententiæ de exceptionibus Nullitatis, falſitatis, & ſimilibus principalis cauſſæ merita concernentibus & ad impugnandam ſententiam in executione oppoſitis, non cognoſcit, neque pronuntiat: ſed eas ad judicem, qui ſententiam dixit, diſcutiendas & decernendas remittit 25: de illis verò exceptionibus quæ non oppugnant ſententiam, ſed ſolam executionem impugnant & impediunt, qualis eſt exceptio tranſactionis, compenſationis, & id genus aliæ, cognoſcere atque pronuntiare poteſt 26. Ceterum Executor facti de nulla prorſus exceptione cognitionem & definitionem habet; quia nudi facti executor eſt: ſicut nec Iudex ordinarius, qui ab alio judice, vel ordinario, vel delegato requiſitus, ſententiam ab eo latam executioni mandat, de ipſius ſententiæ juſtitia aut iniqui-

niquitate cognoſcit: quoniam non cognitio, ſed nuda executio ei mandata eſt 27.

1. Bartol. in leg. 4. § ſi ex conventione ff de re judic. 2. Socinus ſenior Conſil. 96, volum 4, Specul. tit. de Sententia 3. l. una ff Nil novi appell. pend. 4. l. 1. & ſeqq. C. in integr reſtit. poſtul. 5. authent quæ ſupplicatio C. de prec. imperat. offer. & ibi Dd. 6. Bartol. & Iaſon in l. à divo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de re judic. 7. d. l. à divo Pio § ſed & illud 8. leg. 2. & 3. C. de uſur. rei judic. d. leg. à divo Pio, cap querenti. de offic. deleg. 9. leg. memineris C. Vnde vi, 10. leg. ſi cauſſa cognita C de tranſact. 11. l. poſtquam rem ff. eod. Dd. in l. 1. C. de jur. & fact. ignor. 12. l. in perpetuum D. de ſolut. 13. l. 2. C. de compenſat. l. 1. C. de condict. indeb. l. ſive contra ff. de lib. agnoſc. Alexan. conſil. 95, volum. 4. & in l. ſi duo §. ſi quis D. de jurejur. 14. l. fin. C. de compenſ & ibi gloſſa, & in l. nemo ex his ff. de reg. jur. 15. leg. ex diverſo §. fin. ff. Solut. Matrim. & gloſſ. ibidem, Salicet & Alexan. in d. §. ſi quis. 16. l. Titius hæres ff. de action. empt. 17. l. tametſi D. ad Sc. Macedon. 18. l. fidejuſſoribus, l ſi fidejuſſores ff de fidejuſſor. 19. l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. ubi Bart. 20. Gloſſa & Bart. l. penult. D. de ceſſion. bon. Dd in l. alia §. eleganter ff. ſolut. matrim. Bart. in l. fin. D. de his quæ in fraud credit. 21. Bald. in d. l. 1, Caſtrenſ. in d. §. eleganter 22. Bald in d. l. 1. Iaſon in § fin. Inſtitut. de action. 23. l. fin. C. ſi ex falſ. inſtrum l. ſi docueris C. ad leg. Cornel. de falſ. 24. Dd. in d. l. à divo Pio, & in l. 1. D. nil nov. appell. pend. Bartol. in l. §. condemnatum ff. de re judic. 25. pretor §. de judic. l ſi ut proponis, l executorem, C. de execut. rei judic. cap. de cætero. extr de ſentent. & re judic. & ibi Panorm. 26. Dd in d. l à divo Pio, argumen. l. fin. D. de judic. 27. cap paſtoralis, extr. de offic. judic. deleg. Innocent. & Ioann Andr. d. cap. de cætero.

INDEX TITVLORVM
LIBRI PRIMI.

DE

IVdiciis. 1.
Iuriſdictione. 2.
Foro competenti. 3.
Perſona legittima. 4.
Iudice. 5.
De legatis & Subdelegatis. 6.
Arbitris & Arbitratoribus. 7.
Adſeſſoribus. 8.
Scribis. 9.
Apparitoribus, Viatoribus, cæteriſque judicum miniſtris. 10.
Actore. 11.
Reo. 12.
Syndicis. 13.
Defenſoribus. 14.
Conjuncta perſona. 15.
Tutoribus & Curatoribus pupillorum & minorum. 16.
Curatore bonorum. 17.
Conſortibus ejuſdem litis. 18.
Advocatis 19.
Procuratoribus. 20.
Mandato procuratorio. 21.
Actore, & Negotiorum geſtore. 22.

INDEX

INDEX TITVLORVM

LIBRI I I.

DE

Proceſſu Iudicii. 1.
Citationibus 2.
Citatione verbali in perſonam. 3.
Citatione ad domum. 4.
Citatione in ſcriptis dilatoria, & præemptoria. 5.
Citatione reali. 6.
Citatione per edictum. 7.
Arreſtatione & Sequiſtratione. 8.
Comparitione. 9.
Contumacia. 10.
Primo decreto. 11.
Secundo decreto. 12.
Libello. 13.
Emendatione mutatione & cnmulatione libellorum 14.
Clauſulis libellorum. 15.
Editione libelli, aliorumque actorum. 16.
Dilationibus. 17.
Feriis. 18.
Exceptionibus. 19.
Exceptionibus dilatoriis. 20.
Peremptoriis exceptionibus Iuris. 21.
Exceptionibus peremptoriis facti. 22.
Exceptionibus anomalis. 23.
Replicationibus. 24.
Satiſdatione. 25.
Reconventione. 26.
Interventione. 27.
Autoris laudatione ſive nominatione. 28.
Litis conteſtatione. 29.
Iuramento calumniæ. 30.
Poſitionibus. 31.
Reſponſionibus. 32.
Probationibus. 33.
Articulis probatoriis. 34.
Interrogatoriis. 35.
Teſtibus. 36.
Citatione & juramento teſtium. 37.
Examinatione & profeſſione teſtium. 38.
Productione & examinatione teſtium ad perpetuam rei memoriam. 39.
Publicatione teſtium. 40.
Confutatione ſive reprobatione teſtium. 41.
Tabulis ſiue Inſtrumentis. 42.
Infirmatione inſtrumentorum. 43.
Præſumptionibus. 44.
Confeſſionibus. 45.
Iurejurando. 46.
Iuramento neceſſario. 47.
Iuramento in litem. 48.
Concluſione cauſſæ. 49.

LIBRI I I I.

DE

Sententia. 1.
Nullitatibus Sententiarum. 2.
Appellationibus. 3.
Apoſtolis. 4.
Inhibitione. 5
In integrum reſtitutione adverſus ſententiam. 6.
Supplicatione adverſus ſententiam. 7.
Declaratione & Reformatione ſententiæ. 8.
Expenſis litium cauſſa factis. 9.
Executione. 10.
Impedimentis executionis. 11.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 43